



HISTORIÆ
COMITUM
FLANDRIÆ

PARS SECUNDA.

FLANDRIA
CHRISTIANA

A CLODOVEO PRIMO

FRANCORUM REGE CHRISTIANO.

USQUE AD ANNUM



D. CC. LXVII.

PIPINI FRANCORUM REGIS XVI.





FLANDRIA CHRISTIANA.



Nno Christi 500. *Clodovæi* 1. *Francorum Regis* 16. Sub finem sæculi quarti à Christo nato, Symmachi Pontificis anno 1. Anastasii Dicori Imp. IX. Clodovæi Regis Francorum decimo sexto, Francos Romanorum in Gallia victores, discussis idololatriæ tenebris, Christianæ doctrinæ lumine illustratos fuisse, obiter attigimus in coronide libri præcedentis. Nunc quoniam sæculo subsequente lumen illud in Flandriam quoque nostram se cœpit diffundere, distinctiùs singula, & enucleatiùs indaganda sunt.

Locum, ubi votum baptismi Christo nuncupatum est à Clodovæo, ac victoria ab Alemannis obtenta, vocant omnes, quos quidem hactenus legi, rerum Francicarum scriptores, Tulbiacum, sive Tulbiacense oppidum, ex hoc Gregorii Turonensis, ubi de bello Clodovæi adversus Alaricum Gothorum Regem: *Rex Clodovæus victoriam Domino adjuvante obtinuit. Habebat autem in adjutorium suum, filium Sigeberti Claudi, nomine Clodericum, hic Sigebertus pugnans contra Alemannos apud Tulbiacense oppidum, percussus in geniculo, claudicabat.* Erat tum Sigebertus eorum Francorum Rex, qui Coloniam, viciuaque loca cis Rhenum incolebant, eodem Gregorio teste, cui & Ragnacharius Rex dicitur, apud Cameracum; & alius Rex Chararicus, in altero Francorum districtu; omnes consanguinei Clodovæi, & à primis Francorum Regibus oriundi. Quibus, utpote sibi inferioribus, ad prœlium convocatis, Clodovæus Alemannis occurrens, eam,

Lib. 2. c. 37.

Lib. 2. c. 40. 41. 42.

 quam

quam antea descripsimus, victoriam reportavit, læso tamen Sigeberto, qui inde claudus est nuncupatus.

Tulbiacum illud iidem Scriptores interpretantur *Zullich*, vicum, aut pagum, non procul à Rheno, atque urbe Bonna, inter Mosam & Mosellam, prope fontem Ruræ; quod nullâ ratione potest subsistere, cum claré oppidum nominet Gregorius, *Zullich* non nisi sit pagus.

Deinde Alemanni Rhenum transgressi, non poterant attingere Tulbiacum (si *Zullich* ita fuerit unquam appellatum) cum longè superiùs sedes suas habuerint, intra Rhenum videlicet, Danubium & Moenum, ut constat apud omnes Authores; Præterea cum certum sit victoriâ obtentâ Clodovæum statim Tullum advenisse, atque inde properasse Rhemos, ad suscipiendum baptisma, non potuit id fieri à Tulbiaco ad fontem Ruræ, quod Rhemis propiùs abest, quam Tullo.

Vid. Cluu. in Germ. antiq. li. 3. cap. 4.

Itaque omnino apud Gregorium legendum est, apud *Tulliacense* aut *Tullense oppidum*, quò scilicet, transito Rheno, inter Nemetes, & Triboccos. pervenerant Alemanni. Aimoinus statim atque Clodovæi victoriam descripsit, *Victor* inquit *Clodovæus exinde regrediens Tullo civitatem devenit*; à loco pugnæ videlicet, inter Mosellam & Rhenum, non procul à Tullo. Pergit Aimoinus: *Repertumque ibi Beatum Vedastum, postea Atrebatensem Episcopum, comitē sui ascivit itineris. Ventum dū esset Rhemis, cunctos suos suorumque casus, conjugi refert Rex, gratiæ Deo in communi referuntur: Rex credulitatem suam profitetur: gratulabunda conjux ad sanctum Remigium Rhemensis Vrbis Episcopum properat, fidem Regis edicit; quid facto opus sit, edocet: hortatur Antistitem ad aulam quantocyus Regis properet: dumque animus adhuc dubia pendet sub sorte, viam ei veritatis, qua ad Deum itur, pandit, vereri se dicens* ne mens prosperis elata successibus, largitorem horum dum ignorat, contemnat: faciliùs enim pro libitu nobis attributa, nostro temporis interstitio memoriæ eximuntur, quam si quæ aliorsum ac volumus evenerint. *Accelerat Pontifex monitu religiosæ parère mulieris: conspectibus sese effert Regis, jam dudum præsentiam ejus opperientis: fides ab Antistite profertur: modus credendi edocetur.* Hinc in antiqua & rudi vita S. Vedasti, quam postea Alcuinus petente Radone Abbate emendavit, statim ab obtenta victoria, ita legitur de Clodovæo: *Ad Patriam festinus rediens, ad Tullum oppidum venit, & cum desiderio, ut celer ad baptismi gratiam confugeret, sciscitando comperit inibi Beatum Vedastum sub religionis cultu vitam degere, quem mox sibi itinere junxit. Dum pariter pergerent, quadam die venerunt in pago Vongise ad locum qui dicitur Grande Ponte, juxta Villam Riguliago, supra fluvium Axona. Deinde ad Rhemorum urbem, ad Pontificem Remigium, qui tunc inibi sacerdotalem Cathedram regebat, perduxit. Quò tantisper moratus Sacra Trinitatis fidem Clodovæus professus, baptismi gratiam recipit, indeque*

Lib. 1. cap. 16.

Du Chesne tom. 1. Franc. Script. fol. 523.

indeque progressus victor ad patriam rediens, jam dictum Vedastum Beato Remigio commendauit. Patriam hic intelligit Lutetiam Parisiorum, regni sui sedem, ubi haud multò post Basilicam condidit Deo, & D. Petro Principi Apostolorum, unde loco citato apud Aimoinum sequitur: *Baptisantur multi de populo: Deo laudes, Deo gratia, acclamantur; & gaudens Rex ab Ecclesia ad propria regreditur: &, ut plenius devotionem suæ propalaret fidei, Basilicam Deo ac Principi Apostolorum in civitate Parisiaca, in qua ipsius sedes erat, construi fecit, permansitque in eo, usque ad terminum vitæ, custodia Religionis, & justitiæ vigor.* Quibus clarè convincitur apud Tullum, non ad *Zullich* prope Bonnam, & fontem Ruræ, prœlium cum Alemannis commissum fuisse; siquidem inde Rex tā festinanter properans Rhemos, ac deinde Lutetiam, adeò remotè ad Tullum oppidum non divertisset. Alcuinus in vita S. Vedasti sic disserit eadem de re: *Rex ovans cum laude triumphi ad patriam rediit, & ut fidelis tantæ suæ gloriæ largitori sponsor appareret, festinavit servorum Christi sacrâ imbui prædicatione, & sancti baptismi ablui Sacramentis: venit autem ad Tullum oppidum, ubi Sanctum agnovit Vedastum laudabili Religione soli Deo servire & dulcissimos contemplativæ vitæ carpere fructus. Hunc vero ad sanctum Remigium Christi clarissimum Sacerdotem, ad Rhemorum properans civitatem, sibi socium assumpsit, quatenus per singulos itineris sui gressus saluberrimis ab eo imbueretur doctrinis, & Catholicæ fidei firmis initiaretur fundamentis, ut paratus fide, & virtutum scientiâ à sancto pontifice, Remigio scilicet, spirituali ablueretur lavacro, & ab illo donis cælestibus confirmaretur.* Nicetius Trevirorum Episcopus in epistola, qua Chlodosvindam Clodovæi neptem è filio Chlotario, Reginam Longobardorum, hortatur, ut Alboinum Regem maritum suum ad fidem Catholicam addūcat, notat Chlodovæum statim à victoria, sine mora voluisse baptisari: *Audisti,* inquit, *ab avia tua, Domina bonæ memoriæ Rodhilde, qualiter in Franciam venerit, quomodo Dominum Chlodoveum ad legem Catholicam adduxeris, & cum esset homo astutissimus, noluit adquiescere, antequam vera agnosceret, cum ista quæ supradixi probata cognovit, humilis ad Domini Martini limina cecidit, & baptisari se sine mora permisit. Qui baptisatus, quanta in hæreticos, Alaricum, vel Gundebaldum Reges, fecerit, audisti; qualia bona ipse, vel filii ejus in seculo possederunt, non ignoratis, talis ornatus, talis vir, qualis Alboïnus Rex esse dicitur, talis fama, quem mundus sic proponit, quare non convertitur, aut quare tardus ad requirendam viam salutis apparet? Deus bone, qui es Sanctorum gloria, & omnium salus, tu te in illum mitte, & tu Domina Chlodosvinda, cum verbum facis, solatium tribue, ut omnes de tali stella, de tali gemma sic gaudeamus, qualiter Deo placere possimus. Saluto tantum quantum valeo, deprecor ut otiosa non sis: incessanter clama, incessanter canta, audisti dictum: Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Nam scias, prima salus, prima remissio*

Sirmond. Tom. 1. Conc. Gall. fol. 322.

1. Cor. 7. 14.

est, qui converti fecerit peccatorem ab errore suo. Vigila. Vigila, quia Deum propitium habes, rogo ut sic agas, ut & gentem Longobardorum fortem super inimicos facias, & nos de salute tua vel viri tui gaudere concedas.

Quod eò lubentius adduxi, ut inde pateat in Ecclesia D. Martini, ad portam Collatitiam Rhemis (cujus in testamento suo meminit S. Remigius) Clodovæum sacrum baptisma suscepisse, contrà quam putarunt Hincmarus, & Flodoardus, Ludovici Pii Imp. tempore, quos secutus ipse Lud. Imp. apud Flodoardum in Historia Rhemensi, scripsit in D. Mariæ Virginis id accidisse, ejus verba hæc sunt: *Ebo venerabilis Archiepiscopus Remensis Ecclesiæ, & reverentissimæ sedis Sancti Remigii gloriosissimi Pontificis, & specialis Patroni nostri Præsul, clementiæ nostræ innotuit, quia vetustatis senio contrita jam dicta Metropolis Urbis Sancta Mater nostra Ecclesia, in honore sanctæ semperque Virginis ac Genitricis Mariæ consecrata existeret, in qua auctore Deo & cooperatore Sancto Remigio, gens nostra Francorum, cum æquivoco nostro Rege ejusdem gentis, sacri fontis baptismate ablui, ac septiformis Spiritus Sancti gratiâ illustrari promeruit.* Vides ut per tempora veritas dilabatur, quare, nisi coëtaneis ferme auctoribus, standum est, & Nicetio qui puer Clodovæum, & S. Remigium vidit, scribenti ad neptem Clodovæi, quæ ab Avia Chrotilde veritatem potuit intellexisse, credendum potius est, quam iis, qui trecentis post annis vixêre.

I.2.c.19. fol. 257.

Idem Hincmarus hanc baptismi solemnitatem statuit in vigilia Paschæ, ubi, appositè ad hanc Historiam, notat id Francis imprimis saluti fuisse, quod sub Barbarorum in Galliam incursum, Episcopi, ut boni pastores gregem suum non deseruerint, sed quantum potuêre, defenderint, & conservarint: *Maximè*, inquit, *probatur illa charitas, quam Ioannes Apostolus commendat*, dicens: *„Sicut Christus animam suam pro nobis posuit, „sic & nos debemus animam pro fratribus ponere; nam qui fugiunt, vel suis devincti necessitatibus fugere non possunt, si comprehensi patiuntur, pro se ipsis, non pro fratribus utique patiuntur. Qui vero propterea patiuntur, quia fratres, qui eis ad Christianam salutam indigebant, deserere noluerunt, sine dubio suas animas pro fratribus ponunt. Sic enim fecit sanctus Nicasius Remorum Episcopus, qui tempore Wandalorum, in persecutione generali, suam non deseruit civitatem, & intra parietes Ecclesiæ martyrio meruit coronari. Sic eodem tempore sanctus Anianus, sicut in sacris Historiis legitur. Sic beatus Lupus, ut in ejus hymno canitur:*

Tom. 2. ep. 9. cap. 16. 17. fol. 165.

Dum bella cuncta perderent,
Orando Trecas muniit.

Sic Sanctus Remigius Remorum Episcopus, supervenientibus Francis paganis, in Belgicam diœceseos suæ Provinciam, Ecclesiam suam non deseruit, sed orationibus, & sanctis exemplis ferocitatem gentis perdomuit

domuit, & in verbis suis monstra placavit: & non solum provinciam suam à gladio gentili eripuit, verum & gentem paganam ad fidem Christi cooperante gratiâ, convertit, & tria millia paganorum, unà cum Rege in vigilia S. Pascha, ad gratiam baptismi perduxit. Avito Viennensium Episcopo, contemporali Clodovæo, omnino credendum diem Nativitatis Christi, ei rei fuisse deputatum. Sic enim ipsemet ad Chlodovæum scripsit de suscepta ab eo Christi fide, atque baptismo, apud Sirmondum: *AVITVS VIENNENSIS EPISCOPVS CHLODOVÆO REGI. Vestra subtilitatis acrimoniam quorumcumque schismatum sectatores sententiis suis, variis opinione, diversis multitudine, vacuis veritate, Christiani nominis visi sunt obumbratione velare. At dum status nostros æternitati committimus, dum quid recti unusquisque sentiat, futuro examini reservamus; etiam in præsentibus interlucentis radius veritatis emicuit.* Et mox: *Gaudeat ergo quidem Græcia, habere se Principem legis nostra; sed non jam quæ tanti muneris dono solo mereatur illustrari; quod non desit & reliquo orbi claritas sua. Si quidem & occiduis partibus in Rege non novo novi jubaris lumen effulgurat. Cujus splendorem congruè Redemptoris nostri nativitas inchoavit: ut consequenter eo die ad salutem regenerari ex unda vos pareat, quo natum redemptioni suæ cæli dominum mundus accepit. Igitur qui celeber est natalis Domini, sit & vestri: quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus est mundo: in quo vos animam Deo, vitam præsentibus, famam posteris consecrastis. Quid jam de ipsa gloriosissima regenerationis vestra solemnitate dicatur? Cujus ministeriis etsi corporaliter non accessi, gaudiorum tamen communione non defui. Quandoquidem hoc quoque regionibus nostris divina pietas gratulationis adjecit, ut ante baptismum vestrum ad nos sublimissimæ humilitatis nuntius pervenerit. Unde nos, post hanc expectationem, jam securos vestri sacra nox reperit. Conferebamus namque, nobiscumque tractabamus, quale esset illud, cum adunatarum numerus Pontificum, manus sancti ambitione servitii membra Regia undis vitalibus confoveret, cum se Dei servis inflecteret timendum gentibus caput, cum sub casside crines nutritos salutaris galea sacræ unctionis indueret, cum intermisso tegmine loricarum immaculati artus simili vestium candore fulgerent.* Pergit paulo post in hunc modum, Avitus: *Unum ergo quod vellemus augeri, ut quia Deus gentem vestram per vos ex toto suam faciet, ulterioribus quoque gentibus, quas in naturali adhuc ignorantia constitutas, nulla pravorum dogmatum germina corruperunt, de bono thesauro vestri cordis, fidei semina porrigatis, nec pudeat pigeatque etiam directis in rem legationibus adstruere partes Dei, qui tantum vestras erexit.* Tom. 1. Conc. Galliæ. fol 153.

Efficax fuit ista Aviti exhortatio, suumque apud Regem pondus invenit; scribit enim Sigebertus consilium Aviti secutum Clodovæum, non exemplo tantum, sed & edicto voluisse, Franci omnes fierent Christiani, & quidem orthodoxi,

apud quem ita legitur ad annum 499: *Ludavicus* (ita Chlodovæus dicitur post baptisma) *Rex &c. baptisatus à Remigio Episcopo Remorum, exemplo; & edicto suo, perduxit ad fidem Christi populum Francorum.*

Imprimis autem sollicitus fuit Clodovæus pro illa Galliæ parte, quæ ultra Somonam porrigitur, ubi Regiæ paternæ erant Atrebatum, & Cameracum, sub moderatione Ragnacharii, qui Galliam, Somona, Scalde & Oceano circumfusam, & in ea vetustissimam, & primam Franciam, nunc Flandriam nostram, gubernabat. Eo de sic Flodoardus in Historia Ecclesiæ
L.1,c.13. Rhemensis: *Exercitûs autem pars magna Francorum, necdum ad fidem Christi conversa; cum quadam Raganario Principe, trans Somnam fluvium past aliquamdiu in infidelitate versata est, donec superna disponente gratiâ, præfato Rege Ludovico glariosis potito victoriis, idem Raganarius, flagitiorum sectator, ac turpitudinum, traditus est, & interemptus, omnisque Francarum populus ad Christi fidem per B. Remigium convertitur & baptizatur.* Huncce locum corrigit Baldericus in Chronico Cameracensi, hac ratione: *Legimus autem in gestis Remorum Pantificum* (Flodoardi historiam intelligit) *quod Rege &c trans Somnam fluvium*; *id est*, inquit, *in urbe Cameraco.* Et ad illud; *populus ad Christi fidem per B. Remigium convertitur*, subjungit Baldericus: *potius per beatum Vedastum credimus. Nunquam enim S. Remigium in nostris partibus verbum Dei populo prædicasse audivimus sed ab illo, & à Rege; noviter baptizato, huic nostræ urbi, ad canvertendam gentem, directum B. Vedastum cognovimus; quare illum hujus negotii authorem credimus.* Qua ratione Remigius Vedastum Atrebatum miserit, ita narrat in vita S.
Apud.Sur. 6. Febr. Vedasti Alcuinus: *S. Remigius divinâ dispensatione, & salubri Sacerdotum cansilio ordinavit eum Episcopum, & ad prædicandum verbum vitæ, Atrebatensi eum direxit urbi, quatenus populus diu in antiquus mala consuetudinis erraribus jacens in viam veritatis, & cagnitionem veri Dei deduceretur.* Sic & vetus M. S. vita S. Ve-
Tom 1. du Chesne fol. 523. dasti à du Chesne recensita: *Cumque jam* (Vedastus) *celeberrima fama in præfata Vrbe Remorum esset, & B. Remigius eum venerationis cultu attollere niteretur, fuit tandem consilii, ut Atrebatum urbi eum Pantificem faceret, quo Francorum gentem ad baptismi gratiam
Chr.lib. 1. c.7.fol.20. paulatim, dacendo, ac de industria monenda attrahere curaret.* Unde sic etiam Baldericus in Chronico Atrebatensi: *Advertens beatus Remigius in vira (Vedasto) conversationis, & spiritualium donorum insignia, indignum duxit sidereæ lampadis lumen claudi sub tenebris, quæ ad salutem, & illuminationem melius luceret multorum. Favente igitur Rege Clodavæo, per Dei pravidentiam ordinatum Episcopum, ad evangelizandum, Cameraco, & Atrebatô, dirigit urbibus. Liquet ergo, quod Rex iste, quanto impensius paternas sedes amaverat, tanto prabatioris vitæ, per pastorem, eò loci delegaverat. Ibi enim, præter cæteras sedes, ut paulò superius dictum est, specialius*

versa-

versabatur: ideoque, majori gratiâ ductus, pastorali regimine parochiam ditare conabatur. Pergit Baldericus: *notandum verò, quod hæ duæ parochiæ, antea geminâ episcopali administratione gaudebant, nunc autem, quia ab hoc Pontifice, vastata reperta sunt, uno regimine colliguntur.* Idem paulò ante: *has duas fuisse matres Ecclesiæ sedes, certa res est, quæ nunc unius pastoris moderamine reguntur, quod faciliè ex descriptionibus Dionysii papæ perpenditur, qui universis provinciis singulas sedes, propriis terminis discrevit, sicut etiam Hincmarus episcopus in suis libris definit.* De Dionysio Papa ita clariùs idem author in fine cap. 7. ejusdem libri: *Dionysius papa, quem juxta chonicorum fidem, annis CCLXIII ante Hormisdam papam, qui tempore fuit B. Vedasti, constat Romanæ ecclesiæ sedem tenuisse, inter cæteras, has quoque urbes, Cameracum, atque Atrebatum, adscriptas, & cum suis parochiis, æquè distinctas reliquit, singulas diœceses circumscriptis finibus ordinavit, & editiores quasque, metropolitanas; inferiores verò, suffraganeas esse instituit.* Lib. 1. c. 5.

Factum id notat Baronius anno Christi 270. sub Claudio Imp. Aurelio Claudio, & Ovinio Paterno coss. ex ipsius Dionysii Papæ epistola ad Severum episcopum Cordubensem, traditque ab aliis antecessoribus Romanis pontificibus, antea quidem suis limitibus distinctas fuisse parochias, præsbyterisque divisas; at quod in persecutione Valeriani ab ecclesiis essent avulsi presbyteri, illo sublato de medio, & à Gallieno restitutâ ecclesiæ pace, easdem iterum dividere, Dionysii opus fuisse.

Sanè postquam Constantinus magnus Christi sacris initiatus est, sub reliquis Imp. Christianis, constitutas fuisse ecclesias metropolitanas, & suffraganeas, patet ex notitia Provinciarum sub Honorio Imp. quam dedimus libro præcedente, ubi in provincia Belgica secunda, sub metropolitana civitate Remorum, utraque Civitas, *Atrebatum*, *& Cameracensium*, censita est. Cap. 8. fol. 73.

Ibidem sub metropoli eadem, est & civitas *Tornacensium*, *& Bononiensium*, *& Morinorum*.

Neque dubium, quin nunc etiam, à Clodovæo, novo Constantino, restitutâ pace religioni Christianæ, per universum regnum Francorum, ecclesiæ, à metropolitanis, suis limitibus fuerint distinctæ.

Atque Atrebatum quidem, & Cameracensium, qui dominantibus Romanis intra terminos Legiæ, Somonæ, & Scaldis coercebantur, unitus nunc episcopatus, ultra Scaldim, ad veteres Francorum Ripuariorum sedes, intra Teneram, atque ultra Rupelam, per universum pagum Brachbantensem, Liram (anteà Ledonem) Malinam, & Antverpiam usque, prorogatus fuit, ut sequentia nos docebunt.

Tornacensiū quoque, qui non nisi Bavacum, Tornacum, & vetera Nerviorum loca, intra Legiam, complectebatur; nunc ultra

V. l. præc. cap. 25. ultra Legiam, ad primos Francos, Vrios etiam, & Vrilandros appellatos, Cæsari Centrones, Gordunos, Grudios &c. protensus fuit, ad salum Francicum, & Oceanum usque, prout ante Romanorum in Galliam adventum, Nerviorum districtus porrigebatur, usque ad maris litora, erantque Grudii, aliique iis in locis siti, Nerviorum clientes.

Boloniensium etiam, & Morinorum episcopatus, durante Romanorum imperio distincti, urbes habebant: Boloniam, Teruanam, Castellum Morinorum, sive Ariacum, Minariacum, Viroviacum, aliaque intra Legiam loca, ad Pontes usque; nunc verò uterque in unum coalitus, ultra Legiam, quaqua versus V. l. præc. c. 1. & 2. fol. 10. se extendit, ad fretum usque Britannicum, portum Iccium, & castellum Menapiorum, sive Casletum, & Pleumosios, primorum Francorum partem, de quibus videnda est tabula nostra geographica libro præcedente.

Eodem itaque tempore omnino credendum est, S. Remigium etiam Tornacensibus episcopum constituisse Eleutherium; nam quod Belleforestius scribit, jam inde ab anno 486. Cosmogr. t. 1. l. 2. hisce eum à Felice papa III. episcopum ordinatum; nullo modo fit verosimile, cum Fortunatus, in vita S. Medardi, tradat Eleutherium, Medardo, coætaneum, & consodalem fuisse. Multo gravius errant, qui Sidonium Apollinarem existimant huic Eleutherio epistolam illam misisse, cujus initium est: *Sidonius Domino papæ Eleutherio suo.* cum Sidonius sexaginta minimùm annis Eleutheriū hunc præcesserit, ut constat ex versibus ejus citatis capite ultimo libri superioris. Bucherius in chronico Fol. 681. 682. 686. suo, subjuncto rebus gestis Tungrensium episcoporum, ad annum 501. ita scriptum reliquit. *S. Eleutherius fit Tornacensis Episcopus, initio hujus anni.*

Sub Romanorum imperio Tornacum sedem fuisse episcopalem, constat ex actis Concilii Agrippinensis anni 346. habiti, Sirm. t. 1. con. Gall. fol. 11. sub Iulio papa, & imperatore Constante, ubi inter reliquos nominatur: *Superior episcopus Nervorum*; at quinam ejus fuerint successores ad usque Remigii tempora, nihil certi enarratur. In vita S. Medardi De Eleutherio hoc inter alia Fortunatus: *Eleutherius in Tornaco civitate, pontificali, Deo annuente, sublimatus est cathedra.*

Eodem tempore & Antimundum, arbitror, episcopum Morinis sive Teruanensibus designatū; de eo sic enim lego in chronico è Cod. M. S. veteri Bertiniano, quod Iperius Abbas est prosecutus. *Hunc pontificem D. Remigius Remorum episcopus Morinis fertur præposuisse, à quo in Flandris, & Mempisco prædicatum fuit evangelium.*

De Agricolao quoque Tungrensiū episcopo, ita gesta pontificū Tungrensium, & Leodiensium, apud Harigerum: Tom. 1. cap. 20. fol. 52. *B. Remigio cœlitus ad hoc prædestinato, & per repromissionem jam nato, ut eam gentem (Francorum) ad verum Dei cultum converteret, & Galliarum populus in unitatem fidei catholicæ conveniret. Eo inquam tempore*

Agricolaus

Agricolaus ecclesiæ Leodiensi præfuit undecimus. De hoc Meyerus ex catalogo episcoporum Leodiensium hæc adfert: *Agricolaus filius custodis Flandriæ, de sententia D. Remigii, factus Episcopus Tungrorum, qui undeviginti annos eam administravit ecclesiam.* Scriptum id omnino fuisse existimo posterioribus temporibus sub ævo Caroli magni, qui Flandrarum comitatum, sive gubernationem, custodiam, solitus est appellare, ut ex capitulis ejus, & Eginharto, alibi est ostensum. Malabrancus, nescio quo argumento Agricolaum hunc fratrem fuisse scribit Chararici consanguinei Clodovæi, quem & Regem Morinorum appellat, de quo paulo post, ego in rebus dubiis nihil certi statuo judicandum, Tungrorum tamen urbi, tum etiam de episcopo provisum fuisse, nullum mihi dubium est; at cum illa fuerit sub metropoli Agrippinensium, in Germania secunda, ut antea docuimus, ex notitia provinciarum Galliæ, id officii fuit, non Rhemensis archiepiscopi, sed Coloniensis. Quidquid sit Tungros urbem, æquè atque Boloniam, Teruanam, Tornacum, Cameracum, Atrebatum, prætendebat Clodovæus, ut Rex, & dominator omnium Francorum, quamquam subregulos habuerit: Chararicum Teruanæ, Sigibertum Coloniæ, Ragnacharium, seu, Raginarium Camaraci; atque in universas Galliæ totius, Franciaque urbes quadrat illud Symmachi Papæ, hoc eodem anno scriptum, ad Aeonium episcopum Arelatensem, & pontificias vices tota Gallia gerentem: *DILECTISSIMO FRATRI AEONIO SYMMACHUS. Dilectioni tuæ* &c. *Relegentes ergo veterum antistitum super hac causa ordinationes, quibus ecclesiasticum gravatur scrinium, dilectionem tuam enixissimè commovemus, ut in ordinandis, per singulas urbes Sacerdotibus cana, ac reverenda servetur antiquitas; Sacerdotes* hos, Episcopos, hoc loco intelligi, ex eo, videtur, quod antea, *de ordinandis in vicinis civitatibus Episcopis actum sit.*

14. Anni ad ann. 512.

Lib. 2. prodr. cap. 24. fol. 494.

De Morinis lib. 2. cap. 38.

L. 2. prodr. cap. 8. fol. 73.

Sirm. conc. Gall. tom. 1. fol. 157.

Anno Christi 501. Clodovæi 17. ut volunt Tilletus, Gordonus, Miræus, *gessit* (utor verbis Aimoini) *bellum Clodovæus, contra Gundebaldum regem Burgundiorum, exercitumque ejus ad internecionem delevit, causa autem hujus pugnæ fuit, quia Gundebaldus fratrem suum Chilpericum, patrem videlicet Crotildis reginæ gladio interemerat. Vxoremque ejus, matrem supradictæ reginæ, lapide ad collum ligato, fluvio immergi fecerat; ob id rogatus à conjuge, Rex Clodovæus Burgundiam cum exercitu Francorum ingressus devastavit, Regemque ipsum Gundebaldum, longâ obsidione fatigatum tributa dare coëgit. Godegisilus autem frater Gundebaldi, ad Francos defecerat, & conjunctis cum Clodovæo viribus, fratrem expugnabat.*

Aimoin. lib. 1. c. 19.

Tandem coactum scribunt Gundebaldum, mediā partem regni relinquere fratri Godegisilo. Burgundos origine fuisse Trans-Rhenanos populos, supra scripsimus, usos quoque lingua theotiscâ, ut & Francos; unde Clodovæū Francum, ejusque uxorem

Chrotildim Burgundam facilè se mutuo intellexisse adnotavimus, & loca vicina Rheno eos primùm incoluisse, usque ad Aëtii tempora, à quo ingenti acceptâ clade, sub Valentiniano tertio, ut ait Miræus, in chronico Belgico, ad hunc annum: *Sabaudia eorum reliquiis data est, cum indigenis dividenda, ibi deinceps consliterunt, finibusque per vicina loca propagatis, in prima Lugdunensi, Maxima Sequanorum, Viennensi, Alpibus Graiis, & Penninis, & provincia eis Druentiam, imperio potiti sunt. Illorum Reges memorantur Gundicarius.* Hujus filii Gundericus, & Chilpericus, posterior Genavæ ad lacum Lemanum sedem habuit, prior reliquum omnem Burgundionum districtum. Gunderici filii quatuor, Gundebaldus, Godegisilus, Chilpericus, & Godomarus, regnum patris inter se partiti sunt, sed Gundebaldus, Chilperico, patre Crotildis, & Godemaro extinctis, cum Godegisilo regnavit, postea hoc etiam perempto, solus regnum obtinuit, isque est qui Burgundionibus leges scripsit, quarum hoc initium adfert Lindenbrogius: *VIR GLORIOSISSIMVS GVNDEBALDVS REX BVRGVNDIONVM Cum de parentum, nostrisque constitutionibus, pro quiete, & utilitate populi nostri, impensiùs cogitaremus, quid potissimum de singulis causis, & titulis, honestati, disciplina, rationi, & justitia conveniret, coram positis optimatibus nostris, universa pensavimus, & tam nostrâ, quam eorum sententiâ, mansuras in avum legibus, sumpsimus statuta perscribi. In Dei nomine anno secundo regni domini nostri gloriosissimi Gundebaldi Regis. Liber constitutionum de prateritis, & præsentibus, atque in perpetuum conservandis legibus, editus sub die IV. Kal. April. Lugduni. Amore justitia, per quam Deus placatur, & potestas terrena dominationis adquiritur, ea primùm habito consilio Comitum, procerumque nostrorum, studuimus ordinare, ut integritas, & aquitas judicandi, à se omnia pramia, vel corruptiones excludat.* Hoc etiam anno 501. leges hasce conscriptas, Miræus tradit notatas, videlicet, Avieni consulatu, sive Abieni, ut habet Marius Episcopus, in chronico. Idem anno præcedente, ibidem, Patricio, & Hypatio Coss. sic scribit: *His consulibus pugna facta est Divione, inter Francos, & Burgundiones, Godegesilo hoc dolosè contra fratrem suum Gundobagandum machinante, in eo prælio Godegeselus, cum suis, adversus fratrem suum, cum Francis dimicavit: & fugatum fratrem suum Gundebagandum regnum ipsius paulisper obtinuit, & Gundebagandus Avinione latebram dedit. Eò anno Gandebagandus resumptis viribus Viennam, cum exercitu circumdedit, captaque civitate fratrem suum interfecit: pluresque seniores, ac Burgundiones, qui cum ipso senserant, multis, exquisitisque tormentis, morte damnavit; regnumque, quod perdiderat, cum eo, quod Godegeselus habuerat, receptum, usque in diem mortis suæ feliciter gubernavit.* V. Gregor. Tur. l. 2. c. 32. & sequentibus. Erat Gundebaldus, Arianâ hæresi infectus, quare libentiùs in eum bellum

L. 4. prodr. c. 22. fol. 391. v. & anno 573. hoc lib.

Fol. 266.

Chron. Belg.

Hist. Fran. fol. 212. du Chesn. tom. 1.

movit Chlodovæus, monitis incensus Aviti Viennensis Episcopi, in epistola supra citata. A quo Avito posteà Sigismundus, Godebaldi filius, ad orthodoxam fidem est conversus, ut Miræus quoque, in chronico Belgico, ad hanc annum adnotavit. Symmachus Pontifex, Cæsario Arelatensi Episcopo, Aeonii successori, ac suo, per Gallias vicario, scribit in hæc verba: *Charitati tuæ per omnes Gallicanas regiones utendi pallii concessimus facultatem*, quod est, *plenitudinis officii pontificalis insigne*, ut habet Conc. Lateranense, sub Innocentio III. cap. 5. vel *Archiepiscopatus*, ut est apud Fr. Hallier de sacris electionibus, sect. 6. §. 2. subjungit Symmachus: *Necesse est, ut disciplinis competentibus sanctitas vestra, singulis Ecclesiis, quid observare debeant, evidenter ostendat. In Gallia siquidem provincia, ab aliquibus personis ecclesiastica prædia diversis titulis alienantur*, &c. *Hoc postulamus, ut fieri prohibeat Apostolica sedis authoritas, nisi forsitan aliquid pietatis intuitu monasteriis fuerit largiendum.* Item: *Nulli, per ambitum, ad Episcopatum concedatur accedere.* Vnde colligimus, ab eo tempore, in Gallia datas Ecclesiis possessiones, & clericis beneficia, & monasteria in vigore fuisse. Baron. hoc anno.

Anno Christi 503. *Clodovæi* 19. Hisce, & sequentibus annis, ut habet Baldericus in chronico Camerac: *reparatis templi ædificiis beatus Vedastus circumjacentis provinciæ populos, ab idololatria, cultibus divinis mancipavit, fana deorum diruens, ecclesias ad summi decoris culmen erigens. claruit ubique divinæ cognitio legis, Christi nomen cunctorum audiebatur in ore.* De eodem, sic Alcuinus: *Populum sedulâ intentione ad agnitionem veri luminis perduxit, Ecclesias ad culmen summi honoris erexit, Presbyteros, & Diaconos, sibi in adjutorium per diversa Ecclesiarum disposuit loca, & ubi prius speleæ fuerant latronum, ibi orationis domos construxit.* Tollerante in principio Ragnacbario, qui tamen perstitit in idololatria. Lib. 1. c. 8. In vita S. Vedasti.

Anno Christi 504. *Clodov.* 20. Hisce annis, Eleutherius quoque non segnem operam præstitit Tornaci in promovenda religione Christiana, quam Deo cooperante, editis etiam miraculis confirmavit, unde ex archivis veteribus M. S. Ecclesiæ Tornacensis, hoc affert Cosin in historia Tornacensi, Gallicè nuper excusa: *In ipsa Ecclesia etiam per B. Eleutherium plura fuerunt miracula perpetrata, revelatio, & remissio peccati Clodovæi Regis Franciæ, primi Christiani, item curatio lepræ Peritii, item illuminatio Mantilii*, unde quotannis die sacro S. Eleutherii, ex antiquissimo instituto in hymno lectionũ matutinarũ, hi versus canuntur: L. 1. c. 48.

Fit in Tornaco gaudium,
Pastorem habent populum,
Illuminat Mantilium,
Lepra curat Peritium,
Reatum pandit Regium,
Et obtentum remedium.

Quarum rerum constans traditio est Tornaci, ac nominatim, virum sanctum Clodovæo Regi divinâ inspiratione, grave peccatum indicasse, quod sacerdoti erubuerat confiteri. Sic & Vedastus, Tullo, Clodovæum Rhemos deducens. *Anno* 500. *Eo in itinere* (ut loquitur Baldericus) *caco ad se clamanti, vir Dei, lumen reddidit oculorum, non sine admiratione palatinorum procerum, imo etiam Regis, quem præsentis exhibitio miraculi Christianæ fidei fervore accendit. Cernitur, usque in hodiernum diem, Ecclesia in testimonium virtutis hujus constructa.*

Novum, ex ethnico, Regem Christianum, ejusque populum, per novos Apostolos, editis miraculis, Deus in suscepta religione voluit stabilire, quemadmodum, in exordio nascentis orbe toto Ecclesiæ, fecerat ipsemet; apud S. Ioannem *: Gustavit architriclinus aquam vinum factam* &c. namque, ut mox ibidem subjicitur *: Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.* Quod ipsum ab Apostolis Christum prædicatum euntibus legitur esse factum, apud S. Marcum; ubi eos Christus extremùm alloquens, ita præcepit: *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Huc ea conducunt, quæ divus Gregorius in evangelia sic depromit: *Nunquidnam, fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis? Sed hæc necessaria fuerunt in exordio ecclesiæ, ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuit nutrienda, quia & nos cum arbusta plantamus, tamdiu eis aquam impendimus, quousque ea in terra coaluisse videamus, & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit.* Simile est illud D. Augustini in libro de vera religione *: Cum enim Ecclesia Catholica per totum orbem diffusa, atque fundata sit, nec miracula illa in nostra tempora durari permissa sunt, ne animus semper visibilia quæreret, & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum novitate flagravit.* Item in lib. de utilitate credendi, contra Manichæos: *Facta igitur sunt illa miracula opportunissimè, ut iis, multitudine credentium congregatâ, atque propagatâ, in ipsos mores utilis converteretur authoritas.*

Anno Christi 505. *Clodovæi* 21. Antimundus hisce annis in Boloniam, Teruanam, Castellum Morinorum, sive Ariacum, Minariacum, Viroviacum inducit religionem Christianam, quæ jam inde multis annis exulaverat, introducta olim in hæc loca à Victricio

Cap. 2. Cap. 16. Hom. 29. Cap. 25. Cap. 16. Cap. 22.

à Victricio Rhotomagensium Episcopo, per D. Paulinum circa annum Christi 404. ut patet ex Paulini epistola ea de re ad Victricium missa, quam dedimus libro præcedente. Idem fecit quoque Vedastus, totâ suâ diœcesi, atque etiam in Flandria, præsertim trans-Scaldana, utpote à S. Remigio Rhemis Attebatum missus, *ut gentem Francorum* (quo nomine, & Flandros, & Brabantos, tum temporis vocitatos fuisse, docuimus libro prædicto) *ad baptismi gratiam attraheret*, ut loquitur vita S. Vedasti, superiùs recitata. Nec defuit officio suo, per suos saltem, Eleutherius Episcopus Tornacensis, in Flandria cis-Scaldana. Idem fecit procul dubio, apud Tungros, Trajectenses, Leodienses, Vrsicinus, Agricolai successor, teste Bucherio in Chronico Leodiensi. Cap. 22. fol. 393. Cap. 22. Fol. 6. Anno 103. 104.105.

Anno Christi 506. *Clodovei* 22. Ad stabiliendã totã Galliã religionem Christianam, Cæsarius Arelatensis Episcopus, cui per omnes Gallicanas ecclesias Symmachus papa anno 502. pontificiam autoritatem concesserat, synodum habuit in civitate Agatensi 3. id. Septemb. ubi inter alia ordinatum. Canone 13. *Vt symbolum ante octo dies Dominicæ resurrectionis tradatur, sive prædicetur.* Can. 22. *ut observentur Natale Domini, Epiphania, Ascensio Domini, Pentecoste.* &c. Can. 47. *Missas die Dominico, totas teneri speciali ordinatione præcipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat; quod si fecerint, ab Episcopo publicè confundantur.* Can. 61. *Ne quis ducat relictam fratris, germanam uxoris, novercam, consobrinam, relictam vel filiam avunculi, patrui filiam, vel privignam.* Can. 62. *Ne quis servum proprium sine conscientia judicis occidat.* Ibidem multa de episcopis, clericis, monachis, & sanctimonialibus, statuta sunt. Sirmond. Conc. Gall. t. 1. fol. 160. & sequ.

Anno Christi 507. *Clod.* 23. teste Cypriano hujus temporis authore, libro scripto ad Cæsariam Cæsarii sororem: *Licumannus beati viri notarius, homo nequam, & perditus, suggerit Alarico Regi, per eos, qui illi erant à secretis, beatissimum Cæsarium totis in id viribus incumbere, ut ditionem faciat, & urbem Arelatensem, Burgundionibus prodat; qua delatione damnatus, ab Arelate extractus, cogitur apud Burdigalenses exulare.* Idem ferme accidit Quintiano Rutenorum episcopo, de quo sic Gregorius Turonensis: *Multi jam tunc ex Galliis habere Francos Dominos summo desiderio cupiebant, unde factum est, ut Quintianus Rutenorum episcopus per hoc odium ab urbe depelleretur, dicebant ei: quia desiderium tuum est, ut Francorum dominatio possideat terram hanc.* Lib. 2. cap. 36.

Anno Christi 508. *Clodovei* 24. Zelo orthodoxæ fidei incensus *Clodovæus Rex*, ut habet idem Gregorius capite sequenti, ait suis: *valde molestè fero, quod hi Arriani partem teneant Galliarum, eamus cum Dei adjutorio, & superatis iis, redigamus terram in ditionem nostram. Cumque placuisset omnibus hic sermo, conjuncto exercitu Pictavos dirigit, ubi tunc Alaricus commorabatur.*

Anno Christi 509. *Clodou.* 25. Accidit prœlium Vocladense, de quo eodem loco Greg. paulò post: *Clodovæus Rex cum Alarico Rege Gothorum in campo Vocladense, decimo ab urbe Pictava milliario, convenit: & confligentibus his eminus, resistunt cominus illi; cumque secundum consuetudinem Gothi terga vertissent, ipse Rex Chlodovæus victoriam domino adjuvante obtinuit, habebat autem in adjutorium suum, filium Sigiberti Claudi, nomine Chlodericum.* Item: *Clodovæus verò filium suum Theodoricum, per Albigensem, ac Rutenam, civitatem, ad Arvernos dirigit. Qui abiens urbes illas à finibus Gothorum, usque Burgundionum terminum, patris sui ditionibus subjugavit. Regnavit autem Alaricus viginti duos annos. Chlodovæus vero apud Burdegalensem urbem hyemem agens, cunctos thesauros Alarici à Tholosa auferens, Engolismam venit.*

Lib. 2. cap. 28. Pergit Greg. capite sequenti: *Igitur ab Anastasio Imperatore codicillos de Consulatu accepit, & in Basilica beati Martini tunicâ blateâ indutus est, & chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc ascenso equo, aurum, argentumque, in itinere illo, quod inter portam atrii, & Ecclesiam civitatis est, præsentibus populis, manu propriâ spargens, voluntate benignissimâ erogavit, & ab ea die tanquam Consul, & Augustus est vocitatus. Egressus autem à Turonis Parisios venit.*

Eodem anno, Clodovæus captivos bello Gothico, tum clericos, tum laicos laxat, arbitrio episcoporum, ut patet ex ejus epistola ad episcopos, ea de re scripta, quam adducit Sir-
Conc. Gall. t. 1. fol. 176. mondus, hoc initio: *DOMINIS SANCTIS, ET APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMIS EPISCOPIS CLODOVÆUS REX.* & hac conclusione: *Orate pro me Domini sancti, & Apostolicâ sede dignissimi Papæ.*

Anno Christi 510. *Clodou.* 26 Cum universa nunc pœnè Gallia uni Clodovæo subesset, generale concilium è totâ Gallia Aurelianos evocavit, cui interesse voluit, tam eos episcopos, qui sub Gothis fuerant, ultra Ligerim, in Pictavia, Aquitania, Narbona, quàm eos, qui intra Ligerim ad Sequanam, Matronam, Axonam, Somonam, sedem habebant, in Francia, à victoribus Francis, jam tum appellata. Ut una, eademque religio, ubique prædicaretur, unusque in omnibus modus, atque ordo servaretur.

Anno Christi 511. *Clodou* 27. Habitum primum concilium
Ibid. fol. 117. Aurelianense, cui inter alios interfuere è Gallia, Cyprianus Burdigalensis episcopus, Tetradius, Bituricensis, Quintianus Rutenicus, Boëtius Cadurcinus. De Francia: Eusebius Aurelianensis, Heraclius Parisiensis, Lupus Suessionicus, Eustochius Andegavinus, Livanius Silvanectensis, Theodosius Antisiodorensis, Edibius Ambianensis, Sophronius Viromandensis, Gildaredus Rothomagensis, Lithàredus Oxomensis, aliique quamplurimi. Pro posteriore denominato Chenu legere mavult: *Medardus Noviomensis*, sic enim scribit in serie episcoporum Noviomensium: *Medardus concilio Aurelianensi primo cum Gildardo*

dardo fratre interfuit. De fratribus hisce in hæc verba scribit Sigebertus anno 535. *In Galliis clarent fratres uterini, uno & eodem die nati, & pontifices consecrati, Medardus ad titulum Noviomensem, Gildardus ad Rhotomogensem, & uno die absoluti à sæculo, & assumpti à Christo.* Ex hoc videlicet Oudoëni apud Surium de utroque:

Vna dies natos utero, viditque sacratos,
Albis indutos, & ab ista carne solutos.

Quæ Baronius ad eandem quidem diem referenda concedit, at non eundem annum, quod alibi indagandum relinquemus. (Ad annum Christi 564.) Epistola Synodi ad Clodovæum Regem hoc exordium habet apud Sirmondum: *DOMINO SVO ECCLESIÆ CATHOLICÆ FILIO CHLOTOVECHO GLORIOSISSIMO REGI OMNES SACERDOTES QVOS AD CONCILIVM VENIRE IVSSISTIS*, &c. (Tom. 2. Conc. Gall. fol. 177.) In hoc concilio illud imprimis actum in favorem ecclesiæ: *ut homicidæ, adulteri, fures, qui ad ecclesiam confugerint, de morte, de debilitate, de omni pœnarum genere, sint securi.* (Can. 1. & 2.) Tum & de clericis, & basilicis apud Gothos Arrianos: *De hæreticis clericis, qui ad fidem Catholicam plenâ fide, ac voluntate venerint, vel de basilicis, quas in perversitate sua Gothi hactenus habuerunt, id censuimus observari, ut si clerici fideliter convertuntur, & fidem Catholicam integrè confitentur, vel ita dignam vitam, morum, & actuum probitate custodiunt, officium, quo eos episcopus dignos esse censuerit, cum impositæ manus benedictione suscipiant: & ecclesias simili, quo nostræ innovari solent, placuit ordine consecrari.* (Can 10. fol. 180.) Item: *Vt ante Pascha solemnitatem quadragesima observetur.* (Can. 23.) Item, prout attulimus ex concilio Agathensi: *Cum ad celebrandas Missas, in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat, quam Missa solemnitas compleatur, & ubi episcopus fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.* (Can. 26.) Item: *Rogationes .i. Litanias, ante Ascensionem Domini, ab omnibus ecclesiis placuit celebrari; ita ut præmissum triduanum jejunium in Dominicæ Ascensionis festivitate solvatur.* (Can. 27.) Item: *Episcopus ecclesiæ die Dominico deesse non liceat.* (Can. 31.)

Huic concilio non leguntur interfuisse Remigius Archiepiscopus Rhemensis, Vedastus Atrebatensis, Eleutherius Tornacensis, Antimundus Morinensis, tum quod ab Aureliana urbe longè dissiti essent, tum quod gentilibus ad fidem Christianam convertendis plurimùm insudarent, adversantibus præsertim Regulis, & rebellantibus Clodovæo, videlicet Ragnachario, Cararico, & Sigeberto, in quos, Clodovæus, post universam Galliam devictam, Gothósque, & Burgundiones domitos, tandem etiam arma vertit.

Anno Christi 512. Clodov. 28. Clodovæus Ragnacharium bello captum cum Richario fratre interimit, de quo videnda authoritas Gregorii Turonensis antehac citata. (Lib. 2. prodræ. fol. 59.) Alcuinus in

vita

vita S. Richarii M. S. è codice Rubeæ vallis, & Centulensi, cujus mihi copiam fecit eruditissimus Ioann. Iacob. Chifletius, agens de Raganario, & Richario: *Qui* (inquit) *propter nomen Iesu Christi domini nostri, quod credendum, & colendum Rex Clodoveum acceperat, discordantes, recesserunt ab eo, & confirmaverunt se ipsos invicem in idololatriam, & fidem Dei abominati sunt.* Quare Franci in diœcesi S. Vedasti commorantes, & primi quoque, ad Scaldim, & ultra Legiam, nunc Flandri, quos sancti Vedastus, Eleutherius, Antimundus, ex edicto Clodovæi fide Christianâ coeperant imbuere, eos, & Ragnacharium præcipuè, ob morum obscoenitatem, deseruerunt, unde sic Baldericus in chronico Cameracen. & Atrebaten. *Hic* (Rachnacharius) *propter*
Lib. 1. c. 41 *obscoenitatem morum, & insolentiam Francos sibi adversos fecerat, maximè pro eo quod effrenus in luxuriam venereo adeò ferebatur incendio, ut nec à civium, nec propinquorum conjugibus suas comprimeret cupiditates. Quæ quidem ei letalis exitii causa exstitit. Nam hujusmodi famoso ludibrio Franci efferati, causas quibus Regi exitium maturetur, necdum, commentumque proditionis Clodoveo Regi significant, &c. Pactio hæc fuit, ut Regem hostibus congressuri desererent; sumptâ itaque de suis manu validâ Chlodoveus adversus Rachanarium movit exercitum, qui & ipse directâ acie Regi occurrere putat, & mox in Regibus congressis, hi dominum suum in ipso conflictu prælii juxta conventum deserunt, ipsi per prona fugientes, simulato terrore, hostibus terga vertunt. Comprehensus Ragnacharius occiditur.* Alcuinus in vita S. Richarii eum Belluacum usque scribit tetendisse, quod videlicet Belgicam secundam omnem ditioni suæ submittere vellet, ac Belluacũ urbẽ obsedisse, ex M. S. *Cernens verò Raganarius hucusque prosperè sibi successisse, instabat omni molimine, ut fratrem divinæ fidei cultorem Clodoveum Regem, non solum regni, sed & vitæ faceret exsortem, ob id quod numina Patrum suorum relinquere præsumpsisset: ideircò collecto exercitu Belluacum civitatem opulentam expugnare conatus est, sed Francorum captus insidiis, cum fratre Richario ante Regem Clodoveum perducti sunt, & pœnâ capitis digesserunt, quidquid in Deum, & in fratrem nunc usque peccaverunt. Rex igitur nobilis, & pius, utpote religiosus, viduam ejus nobilissimam, cum filio Alquario, Parisios transmisit, ubi eos sacra Christianitatis lumine decoravit, & nepotem in filium spiritualem ex sacro fonte suscipiens, devotè commutavit. Iam verò adultum juvenem pulcherrimum cingulo militiæ adornavit, ac deinceps conjugio mancipavit, tradens illi in matrimonium filiam Ducis Burgundiæ nomine Damianam, neptem scilicet dominæ* Clotildis *Francorum Reginæ. Exinde facto homagio, sumptis quoque fidei juramentis, donavit illi in perpetuum beneficium Ducatum Maritimæ Franciæ, à fluvio Schalda, usque ad Sequanam, retentis sibi civitatibus, & castellis, quæ pater ejus tyrannicè invaserat.* Rursus notanda
Lib. 2. cap. 24. Prodr. fol. 486. 487. hîc Francia prima, ad Schaldim, quæ & Franciæ Maritimæ pars; reliqua porrigebatur ad Sequanam usque. Quam regionem

nem Alquarius, ducatûs Franciæ maritimæ titulo, accepit.

De Chararico quoque regulo cum filio occiso, & Rignomere, vide quæ refert Gregorius Turonensis, citata libro præcedente. C.9.f. 94.

Meminit inter alios Gregorius, etiam Sigeberti Regis Coloniæ Agrippinæ, quem suasu Clodovæi, Chlodoricus filius occidit: *Egressum de Colonia civitate, & transacto Rheno, per Burconiam sylvam fugientem* versus *fluvium Scaldim.* L.2. c.11.

Eas in partes venerat Clodovæus, Ragnachario devicto. Verba Clodovæi ad subditam Sigeberto gentem, apud eundem Turonensem, sunt hæc: *Dum ego per Scaldim fluvium navigarem, Chlodericus filius parentis mei patrem suum insequebatur, quem morti tradidit* &c. *convertimini sub me, ut sub mea sitis defensione. Illi ista audientes, plaudentes tam palmis, quam vocibus, eum clypeo evectum, super se Regem constituunt.* E quibus, Sigeberti regnum videtur protensum fuisse, Coloniâ ad Scaldim usque, ac Bataviam, Brabantiam, Hannoniamque continuisse; neque sylva Burconia alia censenda, quam Carbonia, aut Carbonaria, de qua vide lib. præcedente. L.2. c.40. Cap.22. fol.384.

Anno Christi 513. *Clodovæi* 29. Regulis hisce peremptis (ut subdit Gregorius) *Clodovæus regnum suum per Gallias dilatavit.* Vltra Somonam videlicet, ad Oceanum usque, & Neustriam, & Austrasiam omnem, secus Rhenum complectens. Flandriam verò omnem, Neustriæ partem fuisse, quæ intrà Scaldim nobis est, aliàs non semel ostendimus, Austrasiam verò regionem omnem, quæ ultra Scaldim. Lib.2.c. 42. Lib. præcl fol.382. 426.

Sublato itaque Ragnachario idolatrâ, & Franciæ Maritimæ Duce constituto Alquario iuuene, S. Vedastus, Eleutherius, Autimundus, liberiùs multò; quam anteà, Christiana dogmata populo annuntiarunt.

Hoc etiam annò Ecclesiam Deiparæ ex liberalitate Clodovæi Regis, tradunt Atrebati exstructam esse; ibique clericos constitutos, qui postea Canonici appellati, cui Ecclesiæ Clodovæus Rex prædia duo: *Ortos*, nunc *Ourton*; & Sabucetum, nunc *Souchè*, attribuit; Sic enim inter alia legitur in D. Remigii testamento, quod Flodoardus adducit: *Ecclesiæ Atrebatensi, cui Domino annuente, Vedastum fratrem meum carissimum Episcopum consecravi, ex dono jam dicti Principis Clodovæi, villas duas in alimonia clericorum deputavi*, Ortos *videlicet*, & Sabucetum, *quibus etiam pro memoria nominis mei solidos viginti dari jubeo.* Lib I. Histor. Rhem. c. 18.

Monasterium Sanctæ Mariæ ecclesia ista vocatur à Balderico, scribente in hunc modum: *Veniamus nunc ad Atrebatense territorium; monasterium namque Sancta Maria, ubi quondam Pontificalis cathedra principatus fuerat, quadraginta Canonicos habet.* L.2. c.13. Chron. Camerac.

Anno Christi 514. *Clodovæi* 30. *Et filiorum ejus Regum primo.* Symmachus Papa obiit 14. Kal. Aug. vacat sedes diem unum.

Cœlius Hormiſda creatus 13. Kal. Aug. ſedet annos 9. dies 18. *Onuphrius*. Hormiſdæ Clodovæus miſsâ coronâ aureâ eſt congratulatus, *S. Remigio Rhemenſi Epiſcopo id ei ſuggerente*, ut ſcribit in vita S. Remigii Hincmarus. Meminit & Anaſtaſius in libro de Romanis Pontificibus hoc modo. ſub Hormiſda: *Eodem tempore venit regium donum cum gemmis pretioſis à Rege Francorum Chlodovæo Christiano, B. Petro Apoſtolo.* Vnde patet error eorum qui ſcribunt Clodovæum obiiſſe anno Chriſti 511. Ex-
Fol. 557. ſtat etiam tom. 2. Conciliorum generalium, editionis Colon. epiſtola 1. Hormiſdæ ad S. Remigium Rhemenſem Epiſcopum: *qua poſt acceptas ab eo gratulatorias litteras, eidem, ob præclaram meritorum excellentiam, & nobiliſſimæ ſedis prærogativam, vicariam ſedis Apoſtolicæ præfecturam in Gallia delegavit.* In ea Clodovæum
Fol. 6. poſt ſuſceptum baptiſma Ludovicum appellatum, ut anteà notavimus, nominat filium ſuum ſpiritualem. Epiſtolæ principium ſic ſe habet: *DILECTISSIMO FRATRI REMIGIO HORMISDA, Suſcipientes plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ ſalutis tuæ lætificavit indicio corporali eum ſpiritualibus officiis incolumitas ſubnixa: congruum eſſe perſpeximus, hanc ipſam, quam mente gerimus, verbis aperire lætitiam. Agis enim ſummi documenta Pontificis, dum & prædicanda facis, & ea inſinuare non differs. Prærogativam igitur de noſtri ſumpſimus electione judicii: quando id operatum te eſſe dicimus, quod cæteris agendum obnixiùs imperamus, ut in provinciis tantâ longinquitate disjunctis, & Apoſtolicæ ſedis vigorem, & Patrum regulis ſtudeas adhibere cuſtodiam. Vices itaque noſtras per omne regnum dilecti & ſpiritualis filii noſtri Ludovici, quem nuper; adminiculante ſupremâ gratiâ, plurimis, & Apoſtolorum temporibus æquiparandis ſignorum miraculis, prædicationem ſaluriferam comitantibus, cum gente integra converti ſti, & ſacri dona baptiſmatis conſecraſti, ſalutis privilegiis, quæ Metropolitanis decrevit antiquitas, præſenti auctoritate committimus.* &c.

Gregorius Turonenſis poſtquam egit de cæde Ragnacha-
L.2, c.43. rii, aliorumque, ita ſubdit: *His ita tranſactis, apud Pariſios obiit, ſepultuſque in Baſilica ſanctorum Apoſtolorum, quam cum Chlotilde Regina ipſe conſtruxerat. Migravit autem poſt Vocladenſe bellum anno quinto. Fueruntque omnes dies regni ejus triginta anni. Ætas tota, quadraginta quinque anni. A tranſitu ergo ſancti Martini, uſque ad tranſitum Clodovæi Regis, qui fuit undecimus annus epiſcopatus Lycinii Turonici Sacerdotis, Supputantur anni CXII.* Obierit itaque S. Martinus anno Chriſti 402. ſi rectè computat Turonenſis; plerique Martini obitum conſtituunt anno Chriſti 400. aut 401. de quo vide Petavium in rationario temporum par. 2. lib. 4. cap. 23. De prœlio Vocladenſi vide quæ ante dicta ad annum 509. Defuncto *Clodouæo Rege* inquit Greg. Turon.
L.3. c.1. *Quatuor filii ejus Theodoricus, Chlodovæus, Childebertus, atque Chlotarius.*

tarius, regnum ejus accipiunt, & inter se, aquâ lance dividunt, & Theodoricus quidem sedem regni sortitus est Metis, Chlodomerus Aurelianis, Chlotarius Suessionis, Childebertus Parisiis, quò & Pater eorum, ut subjungit Aimoinus. Vnde colligo Theodoricum obtinuisse provinciam universam Sigeberti Regis Coloniensis, â Rheno ad mare, & Scaldim. Itemque eam, quæ est ad Mosam, & Mosellam, ad fontes usque Rheni, in quarum provinciarum medio, Metæ urbs, vulgo *Metz*. Districtus ille universus continuit Belgicam primam, Germaniam primam cis-Rhenanam, Germaniam secundam, postmodum Austrasiam, & à Lothario Lotharingiam demum appellatam. Chlodomerus verò quidquid ultra Ligerim Clodovæi fuerat, sorte est assecutus, ut Pictanos, Bituriges, Aruernos, Santones, &c. maximamque partem regni Alarici Gothorum Regis, sedemque sibi constituit Aurelianis, urbe ad Ligerim sitâ. Chlotario autem obvenit provincia Ragnacharii, ab Oceano ad Somonam. Item Morini, Armorici, Picardi, ubi scribunt fuisse regnum Chararici; præterea Viromandui etiam, aliique populi ad fluvium Aine, cum urbe Suessionensi, Catalaunnesi, Sylvanectensi, Bellovacensi, reliquisque Belgicæ secundæ, quæ & Flandriam est complexa. V. plura l. prodromo a. Atque hæ regiones Neustriæ nomine censitæ sunt. Quartus Childebertus sedem habuit paternam Parisiis, cum districtu universo, à fluvio Aine, ad Sequanam, atque inter Sequanam, fretum Britannicum, & Ligerim. Quia verò Flandria cis-Scaldana, Neustriæ, seu Neustrasiæ pars est; trans-Scaldana, Austriæ seu Austrasiæ; utriusque Regum annos apponemus.

V. lib. 2. prodr. cap. 8 fol. 73.

Anno Christi. 515. *Chlotarii Neustriæ, & Theodorici Austrasiæ Regum I. Dani* (posteà Normanni, i. viri Aquilonares, appellati) *cum Rege suo, nomine* Chochilaicho, *evectu navali, per mare Gallias appetunt. Egressique ad terras, pagum unum de Regno Theoderici devastant, atque captivant: oneratisque navibus tam de captivis, quàm de reliquis spoliis, reverti ad patriam cupiunt. Sed Rex eorum in littus residebat, donec naves altum mare comprehenderent, ipse deinceps secuturus. Quod cùm Theoderico nuntiatum fuisset, quòd scilicet regio ejus fuerit ab extraneis devastata, Theodobertum filium suum in illas partes, cum valido exercitu, ac magno armorum apparatu direxit. Qui interfecto Rege, hostes navali prælio superatos opprimit, omnemque rapinam terræ restituit.*

Gregor. Turon. lib. 3. cap. 3.

Partes illæ, districtus sunt, nunc Hollandiæ, aut Zelandiæ, ad unum ex ostiis Rheni. Theodorici enim regnum non aliâ parte Oceanum attigisse, in confesso est. Apud Cassiodorum sic Iornandes anno 517. *Theodericus Rex Francorum Danoseos invadentes, per filium Theodebertum, unà cum Rege suo, ad internecionem delevit.* Vbi legendum? *Danos, eos* (i. Francos) *invadentes.*

Anno Christi 516. *Clotarii Neustr. & Theodorici Austr. II.* Incœpit bellum Toringicum, de quo sic Gregorius Turonensis:

L. 3 cap 4. *Porro tunc apud Thoringos tres fratres Regnum gentis illius retinebant: id est, Badericus, Hermenefredus, atque Bertharius. Denique Herminefredus Bertharium fratrem suum vi opprimens, interfecit. Is moriens Radegundem filiam orphanam dereliquit. Reliquit autem & alios filios, de quibus in sequentibus scribemus. Hermenefredi verò uxor iniqua atque crudelis, Almaberga nomine, inter hos fratres bellum civile disseminat. Nam veniens quadam die ad convivium vir ejus, mensam mediam opertam reperit. Cumque uxorem, quid sibi hoc velit, interrogaret, respondit: Qui, inquit, à medio Regno spoliatur, decet eum mensæ medium habere nudatum. Talibus & his similibus ille permotus, contra fratrem insurgit, ac per occultos nuncios, Theodoricum Regem, ad eum persequendum invitat, dicens; Si hunc interficis, regionem hanc pari sorte dividemus. Ille autem gavisus hæc audiens, cum exercitu ad eum dirigit. Conjunctique simul, fidem sibi invicem dantes, egressi sunt ad bellum. Confligentésque cum Baderico, exercitum ejus adterunt, ipsumque obtruncant gladio, & obtentâ victoriâ, Theodoricus ad propria est reversus. Protinus Herminefredus oblitus fidei suæ, quod Regi Theodorico indulgere pollicitus est, implere despexit, ortaque est inter eos grandis inimicitia.* Pergit Gregor. cap. 7. *Post Theodoricus non immemor Herminefredi Regis Thoringorum, Chlotarium fratrem suum in solatium suum evocat, & adversus eum ire disponit: promittens Regi Chlotario partem prædæ, si ei munus victoriæ divinitus conferretur.* Et post pauca: *Theodoricus autem Chlotarium fratrem suum, & Theodebertum filium in solatium adsumens, cum exercitu abiit. Thoringi verò venientibus Francis dolos præparant. In campo enim, in quo certamen agi debebat, fossas effodiunt: quarum ora operta denso cespite, planum adsimulant campum. In has ergo foveas, cum pugnare cœpissent, multi Francorum equites corruerunt, & fuit eis valde impedimentum. Sed post, cognitum hunc dolum, observare cœperunt. Denique cum se Thoringi cædi vehementer viderent, fugato præ timore Herminefredo Rege ipsorum, terga vertunt, & ad Onestrudem fluvium usque perveniunt. Ibique tanta cædes ex Thoringis facta est, ut alveus fluminis congerie cadaverum repleretur: & Franci tanquam per pontem aliquem super ea in littus ulterius transirent. Patrata ergo victoria, regionem illam capessunt, & in suam redigunt potestatem. Chlotarius verò rediens, Radegundem filiam Bertharii Regis secum captivam adduxit, sibique eam in matrimonium sociavit.* Thoringiam, jam supra scripsimus, regionem fuisse ultra Rhenum, postea etiam Austrasiæ partem, unde in testamento S. Remigii dicitur, *Toringia, sive Austria.* v. ad annum 525. Eam quamquam operâ Chlotarii Neustriæ Regis, Theodoricus sit consecutus, integram regno suo Austrasio adjecit, fratrique, ut ait Gregor. Turon. loco citato, *non nisi discum magnum argenteum pro gratia dedit*, quem deinde repetiit, postquam & vitæ ejus insidiatus fuisset. Vnde notandum rarum admodum, & carum, tum temporis fuisse argentum, præsertim cum Gregorius Turonensis in præfatione libri quinti, sic scribat ad Franco-

Lib. 2. prod f. 80. cap. 8. & c. ult. fol 679. ad annum Christi 430. 44;. 451. 462. 466.

Francorum Reges ſui temporis: *Recordamini quid caput victoriarum veſtrorum Clodoveus fecerit, qui adverſos Reges interfecit, noxias gentes eliſit, patrias gentes ſubjugavit: quarum regnum vobis integrum, inlæſumque reliquit. Et cum hac faceret, neque aurum, neque argentum, ſicut nunc eſt, in theſauris veſtris habebatur.*

Anno Chriſti 516. Clotarii Neuſtriæ, Theodorici Auſtraſiæ Regum III. Clodovæi filii, hortatu Chrotildis matris, Sigiſmundo Burgundiæ Regi, ejuſque fratri Gundemaro bellum indicunt. Clodomirus Rex Aurelianenſis fugato Godemaro Sigiſmundum victum abducit, quem in urbe Aurelionenſi cum uxore, & liberis, cuſtodiri juſſit aliquamdiu, ac deinde in puteum jactari, quod ob ſcelus, mox punitionem accepit, profectus enim paulo poſt cum Theodorico Rege Auſtraſiæ fratre ſuo, adverſus Burgundos, primo conflictu victor, dum in hoſtes acrius, longiuſq; effertur, occiſus eſt. Ita Miræus in chronico Belgico, è Gregorio Turonenſi, qui pluribus hæc deſcribit. L.3.c.5.6.

Anno Chriſti 517. Clatarii Neuſtriæ, Theodarici Auſtraſiæ Regum IV. quia Burgundiam invaſerunt Chlodomerus, & Theodoricus, fratres, nullâ ejus portione relictâ Clotario, Neuſtriæ, & Childeberto, Pariſiorum Regi, Chlotarius, & Childebertus, non tantum Burgundiæ, ſed & regno fratris Chlodomeris inhiantes, Theodobaldum &, Guntharium, Chlodomeri interfecti filios majores natu, nequidquam matre Chrotilde deprecante, jubent occidi, L. 3. c.11. ac Clodoaldum tonſum in monaſterium detrudunt, ut eſt apud Gregor. L. 3.c.18. Sed & *Chlotarius & Childebertus* eodem teſte, *in Burgundiam dirigunt, Auguſtadunumque obſidentes, cunctam fugato Gundomaro Burgundiam occupavere.* Protendebatur verò tum temporis Burgundiæ regnum ab Arelate Genevam uſque; provinciaſque de Valois, Montbelliard, Solleure, Baſlé, ad eam uſque, quæ nunc Lotharingia appellatur, ut habet Tilletius in ſuo chronico ad annum 520.

De Chlodoaldo meminit Hincmarus in vita S. Remigii: Du Cheſne tom. 1. fol. 530. *Chlodoaldus, interfectis fratribus ſuis, quos una cum eo poſt patris obitum Chrotildis Regina nutriebat, in clericum ſe totondit, & proceſſu temporis, vitæ, ac religionis ſuæ merito, partem hereditatis à patruis Regibus obtinuit. De qua Duziacum villam, in pago Moſomagenſi, cum appenditiis ſuis, ſancto Remigio, ac Remenſi Eccleſiæ, tradidit, & villam Ruilliacum, in paga Biturico, ſancto Dionyſio delegavit. Villam verò Novientum in pago Pariſiaco, cum omnibus ad ſe pertinentibus, matri Eccleſiæ Pariſius civitatis, ubi Preſbyter extitit ordinatus, donavit. in qua villa plenus virtutibus migrans ad Dominum, in Eccleſia, quam ipſe ædificaverat, corpore fuit in pace ſepultus. V. an. 525.*

Anno Chriſti 518. Clotaris Neuſtriæ, Theodorici Auſtraſiæ Regum V. Anaſtaſius Imp. hæreticus, Eccleſiæ Romanæ, & orthodoxæ, perſecutor, hoc anno *ſomnium videt, virum terribilem, qui librum manu geſtans, diceret: ecce ob perverſitatem fidei tuæ annos quatuordecim vita tua deleo: & quia fatale ſibi eſſe ex oraculo didicerat, ut fulmine*

fiduario milite in militiam transmarinam, atque eis nunquam remeantibus, sed in Gallia Armorica (qua ab ipsorum nomine Britannia postea nuncupata est) sedes suas collocantibus, natale eorum solum indigenis spoliatur defensoribus, & à Romanis haud multo postea abdicatum, hosti derelinquitur, & prædonibus. Populantur jam tum omnia Pictus atque Scotus: & cum adversus sævos istos lupos, immaniores à Britannis invocarentur tigrides, illi (in auxilium) Saxones; ambo tandem hostes fiunt, grassantesque pariter in imbellem populum, sacra rapiunt, & profana, excidiumque inferunt funestissimum. Fugiunt inter ea Britanni miseris cautes, memora, loca aspera, atque devia quæritantes, catervatim nobiles in latebrosam Walliam: quo & duces ipsi Christianæ militia, Eboracensis & Londinensis archiepiscopi, cum toto suo clero, se proripiunt. Repetit jam omnia (ut ex post liminio) gentilismus; videlicet ad tempus usque sancti Patricii circa annum 425. sub Cælestino Papa, de quo sic Mattheus Westmonasteriensis: *Missus est Palladius Episcopus à Papa Calestino ad Scotos ad Christum convertendos. Qui verò verbum Dei in Scotia prædicans, tandem Britanniam pervenit, & in terra Pictorum defunctus est. Audità verò morte Palladii, Patricius, Theodosio, & Valentiniano, imperatoribus, à Papa Calestino, ad partes occiduas missus est, ut vexillum sacra crucis gentibus prædicaret. Cumque ad Britanniam pervenisset, prædicavit ibi verbum Dei, & à gentis incolis gratanter est susceptus. Deinde ad Scotos se conferens, prædicavit verbum Dei, quod non potuit alligari. Tandem à Mattheo archiepiscopo ad episcopalem gradum promotus, hoc nomen Patricii in ordinatione suscepit, qui Menaus antea vocabatur. Ordinati sunt etiam cum eo Ansilius, & Iseruinus, & cæteri nonnulli ad ordines inferiores, ut sub ipso duce, Deo militarent. Tunc acceptà benedictione, in nomine sancta Trinitatis, navem ascendit, & perveniens ad Britanniæ insulam, prædicavit ibi multis diebus. Deinde ad Iberniam, succinctus ad Evangelium, cum thesauris spiritualibus transcendens, baptizavit eos, multos Deo lucrifaciens.* Ab eo tempore floruit in Scotia & Hibernia religio, indeque in Germaniam inferiorem Apostoli missi sunt, quod illa eadem linguâ cum Anglis, Scotis, Saxonibus olim uteretur, ut dictum libro superiore.

Conc. Angl. fol. 50 v Sigeb. ad annum 432.

Fol 325. cap. 21.

Anno Christi 520. Clotarii Neustria, Theodorici Austr. Reg. VII. Habita synodus Constantinopolitana sub Imp. Iustino, Iustiniano Coss. quâ pontifex Romanus (tunc Hormisda) etiam ab Episcopis Orientis, ecclesiæ universæ supremum caput declaratur. v. Baron. hoc anno.

Anno Christi 521. Clotarii Neustr. Theodorici Austr. Regum VIII. Ad hæc usque tempora protrahunt authores historiæ Franciæ, bella: Burgundicum, & Turingicum, quæ summatim narravimus, anno 516.

Anno Christi 522. Clotarii Neust. Theodorici Austr. Regum IX. A S. Remigio in locum defuncti Tornacensis Episcopi Eleutherii, substituitur S. Medardus, antea ut diximus episcopus Noviomensis,

viomensis, quem etiam retinuit episcopatum, ut & multis annis ejus successores. Fortunatus in vita S. Medardi: *Cum ergo ecclesiam quam Noviomi construxerat, fælicissimè gubernaret* &c. *S Eleutherium Tornacensis Ecclesiæ Pontificem* &c. *Hominem contigit exuere*, &c. *Post cujus lugubres exsequias, cum de Pontificis electione invicem differerent, peracto triduano jejunio, & solemnibus hostiarum victimis Deo devotè oblatis, subitâ S. Spiritûs inspiratione inflammati, unanimiter sanctum hunc Pontificem Medardum elegerunt*, &c. *Id populus acclamabat: in hoc, Rex ipse, proceresque Palatii, præcipuè comprovinciales Episcopi consentiebant.* Et mox: *Pontificali demum Metropolitani, scilicet, & comprovincialium suorum evictus authoritate, Regisque, ac procerum assensu, plebisque coactus incessabili acclamatione, vix consensit, & unanimi. Pontificali videlicet & regali authoritate, duas illas ecclesias, unam fecit. Vtrumque ovile, pastor egregius, consilio, & authoritate comprovincialium episcoporum tempore Hormisdæ Papæ sub S. Remigio, tunc temporis Remorum archiepiscopo, assensu Regis, & curialium, ac utriusque plebis acclamatione tandem suscepit, & ut utrique Ecclesiæ cathedralis semper honor maneret, benignè concessit. Quot & quanta, in regione illa, opprobria, quot, & quantas perpessus sit injurias, quoties comminationibus injuriatus fuerit Tornacensium, quoties pro incessabili prædicatione adjudicatus fuerit ad supplicium, licet nos lateat, Deo tamen soli manifestum esse nulli est ambiguum. Erat enim gens ipsa fera, & indomabilis, duræ cervicis populus, & implacabilis, pravis admodum subditus obsequiis idolorum, & cum multa obstinatione, suorum defendens culturam Deorum. His ipse se viriliter injiciens sanctus Episcopus, evangelicas, & apostolicas institutiones imperterritè prædicabat, falsis eorum objectionibus magnanimiter respondebat, & imaginarias eorum opiniones, veridicâ prophetarum prænuntiatione, viriliter expugnabat. Aderat siquidem ei divina gratia, quæ illum & ab infidelium protegebat incursu, & eorum quoque infidelium ad dulcisonam spiritualis doctrinæ institutionem emolliebat auditus. Sicque factum est ut, parvo in tempore, innumerabilis eorum multitudo ad fidem Catholicam converteretur, & Deo præordinante, per inæstimabilem sancti hujus pontificis instantiam, sacrosancti baptismatis undâ, maximâ ex parte, sanctificarentur*, &c. Pergit Fortunatus post pauca: *Sic itaque ad imitationem summi pastoris, qui sicut ab eo in evangelio suscepimus, alias habens oves, de duobus unum fecit ovile: Sanctus Medardus ferocem illam Flandrensium gentem, suæ Noviomensi ecclesiæ sociavit: & per quindecim annorum spatium, licet aliquo itineris intervallo remoti essent* (Flandrenses videlicet) *ad divinum eos cultum informare indefinenter elaboravit. Quindecim annis commissam sibi divinitus insedit cathedram: eo in tempore, non sine multo labore, incredulos, & infideles ad fidem educavit catholicam, readificatis ecclesiis; eos qui Deo ibi servirent, non sine sana manus impositione decenter consecravit: & quidquid Deo placitum noverat, incessabiliter, & inexcogitabili devotione ordinavit.*

Sur. tom. 3. 8 Iunii.

Pro

Pro *quindecim annis* loco posteriore notat Cosin en l'histoire de Tournay, legendum *quadraginta*. Vtrumque enim episcopatum rexit Medardus ad annum usque 563. Tilletii, Massæi, & Sigeberti calculo, quo anno demum est defunctus. Ex his vero XL. annis, quindecim annos Flandrensibus convertendis impendit, unde totâ Flandriâ multæ passim huic Ecclesiæ erectæ, de quibus plura vide ad annum Christi 548. XL. pro XV.

Ex his collige, viventibus adhuc Hormisda Pontifice, & S. Remigio Remensi episcopo, Medardum Noviomensem antistitem, in S. Eleutherii Tornacensem sedem successisse, ante annum Christi DXXIII. qui Hormisdæ, teste ad hunc annum Baronio, fuit supremus. Novem videlicet annis post excessum Clodovæi, anno, ut dictum DXIV. defuncti; Clotarii primi, filii Clodovæi, Suessionum regis, anno decimo: sub quo regno, Atrebatum, Tornacum, & omnis Flandria continebatur, atque adeo primus omnium Apostolus Flandriæ fuit Medardus, ante cujus ætatem, historiographorum nemo Flandriam vel nominavit. Eleutherius quidem episcopus Tornacensis, ante Medardum, potuit Nervios, & quacumque linguæ Romanæ usus obtinebat; ut & Antimundus Bolonienses, Teruanensesque; & Vedastus Atrebates, & Cameracenses, eodem sermone Romano, quamquam barbaro, utentes, ad fidem erudire, quòd hi Romanam linguam callerent. At primus fuit Medardus, qui ferocem illam Flandrensium gentem, nihilo minus, quam cæteri Franci, huc usque idololatriæ assuetam, addictamque, suscepit instituendam. Erat autem S. Medardus natione Francus, & quia linguæ Francicæ, quam cum veteri Gallica, & Flandrica superiùs probavimus eandem esse, gnarus, ideo quoque aptior ille fuit ad Flandros, quos etiam supra docuimus primos esse Francos, in religione Christi instruendos. De ortu S. Medardi, brevis ejus vita M.S. Fortunato adscripta, apud du Chesne in hist. Franc. ita legitur: *Pater hujus, nomine Nectardus, de forti Francorum genere, non fuit infimus libertate. Mater nomine Protagia, Romana, absolutis claruit servitute natalibus.* Ex nomine quoque ipsius, ut & patris Nectardi, fratrisque Gildardi significatu, nationis ratio apparet: voces enim sunt Flandricæ, & compositæ, ex Aerd, quod animum, indolemque significat, ut Medardus sonet cum animo, animosus, animosus cum aliis. Nectardus vel Nettardus, qui est politæ, & puræ indolis. Gildardus, consodalis animosus, aut indole liberalis. Talia sunt: Adelardus, Edelardus, & Ethelardus, nobilis animi, Adelaerd. Bernardus indolem habens barri, seu ursi. Wulfardus qui lupi, Lewardus, & Leonardus, qui leonis, Manhardus, qui viri. Reinardus puræ indolis. Richardus dives indole. Coenardus audacis indolis, Everardus, Eduardus, Gerardus, Voscardus. & sexcenta talia. De quibus vide Heuterum in Belgio, & etymologicum vernaculum Kiliani.

Lib. præc. c. 2. 20. 22.

Fol. 545.

V. 1. prodr. cap. 20. f. 175.

D *Anno*

Anno Christi 523. Clotarii Neustriæ, Theoderici Austr. Regum X. Hormisda Papa obiit 8. id. Aug. vacat sedes dies 5. Ioannes creatus prid. id. Aug. sedet annos 2. menses 9. dies 16. *Onuphrius.* Hoc anno Tertullus nob. Romanus, Placidum filium, & Gregor. dial l. 2. c. 3.4. Eutychius senator, filium Maurum, educandum, offerunt S. Benedicto, juxta Simbruinos montes, apud Sublacum, monachos colligenti, cujus disciplina, ad has etiam partes, totoque orbe est diffusa.

Anno Christi 524. Clotarii Neustriæ, & Theodor. Austr. Reg. XI. S. Remigius Remorum Episcopus vicariâ sedis Apostolicæ præfecturâ, totâ Galliâ, donatus ab Hormisda pontifice, ut supra scripsimus ad annum 514. Falconem recenter ordinatum Episcopum Tungrensem avaritiæ arguit, epistolâ ad eum scriptâ, Tom. 1. fol. 205. quam recitat ad hunc annum Sirmondus, in Conc. Galliæ: *Mandas*, inquit, *ut audio, colonorum tibi tributa portari, & præcipuè, ut reditus deferantur agrorum; datur intelligi, quod ecclesiæ rem, non Ecclesiam concupisti, quando sollicitus exquisita exposcis, quæ ego, ad quem* Fol. 38. *jure veniebant, remisi potius, quam quæsivi.* Vide plura lib. prodr. 1. Notandus error Historiæ pontificum Leodiensium, in qua scribitur Remigius obiisse tempore Eucherii episcopi, cui demum Falconem tradunt successisse anno Christi 529.

Anno Christi 525. Clotarii Neustr. Theoderici Austr. Regum XII. Moritur S. Remigius, Bucherii, Miræi, aliorumque calculo, neque fieri potest, vixerit ad annum usque 544. ut plerique scripsere, cum Concilio Arvernis celebrato anno 535. subscripferit Flavius Rhemensis episcopus, S. Remigii, post Romanum, successor, de quo suo loco. Exstat S. Remigii testamentum, apud Flodoardum hist. Rhem. l. 1. c. 18. è quo Brissonius idem adfert in Formulis, & Miræus cod. donat. unde hæc excerpenda Cod. donat. cap. 1. fol. 1. duxi:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, gloria Deo, amen. Ego Remigius Episcopus civitatis Remorum, sacerdotii compos, testamentum meum condidi, jure prætorio, atque id codicillorum vice, valere præcepi, si ei juris aliquid videbitur defuisse. Quandoque ego Remigius episcopus de hac luce transiero, tu mihi hæres esto, sancta, & venerabilis Ecclesia Catholica urbis Remorum, & tu fili fratris mei, Lupe Episcope, quem præcipuo semper amore dilexi, & tu nepos meus Agricola Ibid. fol. 3. *presbyter*, &c. Et aliquanto post: *Villas, quas mihi dominus, illustrisque memoriæ Ludovicus Rex quem de sacro baptismatis fonte suscepi, cum adhuc paganus Deum ignoraret, ad proprium tradidit, locis pauperioribus deputavi: ne fortè, cum esset infidelis, cupidum terrenarum rerum me arbitrari posset, & non potiùs suæ salutem animæ, quam exteriora ab ipso bona requirere. Quod & admiratus, intercedere me pro quibuscumque, necessitatem patientibus, & ante Fidem, benigne liberaliterque concessit. Et quia ex omnibus Episcopus Galliarum, pro fide, & convocatione Francorum, potissimum me laborare cognovit: dedit mihi*

Deus

Deus tantam gratiam in conspectu ejus, virtusque divina, quæ per Spi-
ritum sanctum me peccatorem plurima signa ad salutem præfatæ gentis
Francorum operari fecit, ut non solum ablata omnibus ecclesiis regni
Francorum restitueret, sed etiam de proprio gratuitâ bonitate, plurimas
ditaret ecclesias. Neque prius de regno ejus, quantum passus est pedis,
ecclesiæ Remorum jungere volui, donec, ut hoc omnibus ecclesijs adim-
pleret, obtinui. Sed neque post baptismum, nisi Codiciacum & Iuliacum,
super quibus jam dictus puer sanctissimus, & unanimus mihi Clodovval-
dus, & incolæ loci illius multiplicibus xeniis gravati, obnixè deprecan-
tes, quod Regi debebant, Ecclesiæ meæ solvendum, me petere compule-
runt. Quod idem piissimus Rex, & gratanter accipiens, promptissimâ
voluntate largitus est, usibusque tuis, sanctissima Hæres mea, juxta ejusdem
piissimi datoris præceptum, episcopali authoritate firmavi &c. Res etiam,
quas sæpè dictus Rex, piissimusque Princeps, tibi in Septimania, & Aqui-
tania concessit, & eâs, quas in Provincia &c. ad usum luminis tui, &
loci, ubi corpus meum jacuerit, continuatim deservire præcipio, villasque
in Austria sive Toringia. Vbi notandum Regem Ludovicum, seu
Clodovæum, postquam provinciam aliquam devecisset, eccle-
sias victoriæ participes fecisse, assignatis fundis in earum usum;
sic de Aquitania statuendum, & Toringia regione ultra-Rhena-
na, de qua paulo ante. Sed & S. Remigium multis villis, & præ- Anno 516. Fol. 29.
diis donavit, aliosque episcopos, ut & sanctam Genovevam;
unde sic pergit ibid. Remigius: *Crusciniacum verò, & Faram, sive*
villas, quas sanctissima virgo Christi Genoveva, à Rege Christianissimo
Ludovico, pro compendio itineris sui, cum Remensem Ecclesiam sæpis-
simè visitare soleret, adipisci promeruit. &c. *Duodeciacus verò, sicut à*
Chlodoaldo, nobilissimæ indolis puero, confirmatum est, tibi Hæres mea per-
petualiter famulatur; villas quas mihi dominus, illustrisque memoriæ Lu-
dovicus Rex, quem de sacro baptismatis fonte suscepi, cum adhuc Paga-
nus, Deum ignoraret, ad proprium tradidit, locis pauperioribus deputavi.
&c. *Tu verò fili fratris mei Lupe Episcope, tuo dominio vindicabis Ni-*
fastem, & matrem suam Placiam. Vineam quoque, quam Æneas vinitor
colit. Æneam, & Manulfum, ejus filium juniorem, jubeo libertate per-
fungi. Melleficum Porcarium, & Paschasidem conjugem suam. Veruinia-
num cum filiis suis, excepto Widragasio, cui tribuo libertatem, tuo juri
deputabis. &c. *Tibi autem, Nepos meus Agricola Presbyter, qui intra*
domesticos parietes meos exegisti pueritiam tuam, trado, atque transcri-
bo Merumvastem servum, & uxorem suam Meratenam, & eorum filium,
nomine Marcovicum, ejus fratrem Medavicum jubeo esse liberum. Aman-
tium uxorem suam tibimet relinquo, eorum filiam esse præcipio liberam
Dusoondam, Alaricum servum tua deputo portioni: cujus uxorem, quam
redemi, & manumisi, commendo ingenuam defendendam; Bebrimodum,
& uxorem suam Moriam, tuo dominio vindicabis, &c. *Ecclesiæ Atre-*
batensi, cui Domino annuente Vedastum fratrem meum carissimum Epis-
copum consecravi, ex dono jam dicti principis, villas duas in alimoniis
clericorum deputavi, Ortos videlicet, & Sabucetum: quibus etiam, pro

 memoria

Fol. 17. *memoria nominis mei, solidos viginti dari jubeo*, ut paulò ante, &c. *Heredes mei Lupe Episcope, & Agricola Presbyter; porcos meos inter vos aequaliter dividetis*, &c. *Hac ita do, ita lego, ita testor. Caeteri omnes exheredes estote, suntote*, In fine. *Peractum Remis die, & consule supradicto, intercedentibus, & medius signatoribus.*

Ego Remigius Episcopus, testamentum meum, relegi, signavi, subscripsi, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti (Deo adjuvante) complevi. Vedastus Episcopus, cui Pater meus Remigius maledixit, maledixi, & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi. Genebaldus Episcopus, cui Pater meus Remigius maledixit, maledixi, & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi. Medardus Episcopus, cui Pater meus Remigius maledixit, maledixi, & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi. Lupus Episcopus cui Pater meus Remigius maledixit, maledixi, & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi.

Vnde notandum etiam tum *cis, & ultra Rhenum* porrectum fuisse regnum Francorum, cum utrobique possessiones habuerit S. Remigius; *Austria* quoque, & *Neustria*; nomen, ab eo tempore in usu fuisse. Quod vero legitur *in Austria sive Toringia*, id non intelligendum, quasi eadem sit Austria, & Toringia, sed regiones diversae, nam particulâ *sive* distinctivè utitur saepius in eodem testamento; sic supra: *Sive cum Coslo, & Glenis, & Faram, sive villas*, &c. quamquam Toringia posteà fuerit Austriae trans-Rhenanae pars. Chlodoaldus nobilissimae indolis puer, nepos est Clo-
Fol. 21. dovaei, filius Clodomeri, quem supra scripsimus ad annum 517. attonsum, inter sanctos posteà habitum vulgo *sainct Cloù*. Lupo quoque, & Agricolae nepotibus, cum servos suos dat, cum uxoribus, & filiis, indicat, & uxorem servi, & proles omnes, ex Francorum more, ad dominum pertinuisse, quod alibi saepius occurret. Tum è conclusione notandum in principio consulis nomen deesse, quo annus potuisset denotari. Qui verò subnotantur episcopi, sunt: *Vedastus* Atrebatensis & Cameracensis, *Genoboldus* Landunensis, *Medardus* Noviomensis, & Tornacensis, *Lupus* Suessionensis, &c.

In Chron. Belg. Hoc ipso anno 525. *Dionysius exiguus abbas Romanus Probo Cos. indictione 3. cyclum suum Paschalem contexuit, omissoque profano annorum calculo, numerare coepit à Christi incarnatione, qua era, seu epocha à Dionysio primum inventa, paulatim ab universo orbe Christiano, idque potissimum sub annum 750. in usum recepta est. Nam antea solis consulum, Imperatorum, aut Regum Franciae annis, omnia signabantur.* Miraeus.

Anno Christi 526. Clotarii Neustr. Theoderici Austr. Regum XIII. Ioannes Papa obiit Ravennae. Felix III. dictus IV. creatur Kal. Aug. sed ann. 4. mens. 2. dies 18. *Onuphr.*

Anno Christi 527. Clotarii Neustr. Theoderici Austr. Regum XIV. Imp. Iustinus (malè Augustinus) obiit Kal. Aug. imperat Ani-

cius

cius Iustinianus ann. 38. mens. 3. dies 13. *Onuphr.*

Anno Christi 528. *Clotarii Neustr. Theodorici Austr. Regum XV.* S. Medardus Tornacensibus, vicinisque, inter Scaldim, & Lisam populis, qui, Romanis pro magna parte expulsis, Francorum etiam nomen assumpserant, ad Christum convertendis insudat; ejus in versibus suis ita meminit coætaneus Fortunatus.

Inter Christicolas quos actio vertit ad astra
Pars tibi pro meritis magna Medarde patet.

Postea etiam ultra Lisam, ad Flandrenses quoque progreditur, primos omnium Francos, ad Oceanum usque; quibus convertendis quindecim annos impendit, ut suprà scripsit Fortunatus ad annum Christi 522.

Anno Christi 529. *Clotarii Neustr. Theodorici Austr. Regum XVI.* Theodoricus Austrasiæ Rex, S. Nicetium constituit archiepiscopum Trevirensem, ut ex tabulis ejus ecclesiæ docemur, de quo sic Gregor. Turon. in ejus vita: *Venerabatur eum*, Nicetium, *& Rex Theodoricus magno honore, eò quod sæpius vitia ejus nudaret, & crimina, ut castigatus emendatior redderetur, & ob hanc gratiam decedente Treverica urbis sacerdote eum ad Episcopatum jussit accersiri.* V. Baron. Meminit, & Nicetii, in versibus suis Fortunatus. Fol. 24.

Anno Christi 530. *Clotarii Neustr. Theodor. Austr. Regum XVII.* Felix Papa obiit 4. id. Oct. Bonifacius II. Iunior 17. Kal. Nou. sedet ann. 1. dies 2. *Onuphrius.* Circa hæc tempora sæpius visitat S. Vedastus suam diœcesim secus Scaldim protensam, toto Brachbanto, terraque Alostensi, atque imprimis ab eo jacta videntur fundamenta basilicæ, in vico Belgico, D. Remigio dedicatæ, de quâ sic Baldericus chron. Camer. & Atreb. l. 1. c. 24. *Item verò in territorio Atrebatensi, in vico videlicet, qui Belgicus ab incolis nuncupatur, extat Basilica Canonicorum sancti Remigii, ubi divina sæpius miracula cœlitus fieri dicunt. Notandum verò, quod locus iste antiquitus adeò præeminebat, ut ab eo omnis nostra regio, etiam usque in præsens, Belgica diceretur.* Vulgò Veltsic, aut Veltcic appellatur, ubi quidam fingunt fuisse castra Ciceronis, aut campum Ciceronianum, *Velt cic.* Sigebertus anno 1005: *Hermannus, & Beretilia, in Ecclesia, apud Felsecam sepulti.* Multæ hinc natæ fabellæ.

Anno Christi 531. *Clotarii Neustr. Theodor. Austr. Regum XVIII.* Bonifacius II. Papa obiit 16. Kal. Novemb. vacat sedes menses 3. dies 5. *Onuphr.* Hoc anno constitutiones Iustinianæi codicis editas scribit in chronico Marcellinus, quod ab aliis ponitur annis duobus ante.

Anno Christi 532. *Clotarii Neust. Theodorici Austr. Regum XIX.* Ioannes II. Iunior Papa creatur 11. Kal. Febr. sed. ann. 2. menses 4. dies 6. *Onuphr.* obiit Falco episcopus Tungrensis, teste Miræo. In fastis Belg.

Anno Christi 533. *Clotarii Neust. Theodorici Austr. Regum XX.* Hujus anni exstat decretio Childeberti Regis apposita legi Salicæ

licæ à Lindenbrogio fol. 347. adversus incestum, raptum, homicidium, furtum; item de successione, & præscriptione; data partim Attiniaci, partim Coloniæ, partim Trajecti Batavorum, aut Tungrorum, atque in regno Clotarii quoque, cæterorumq; regum Franciæ observata, vnde hæc duxi excerpenda, adversus eos, qui latrocinia, & raptus, tum temporis putant impunè tolerata fuisse, &, ut sciatur, quibus legibus inter se vixerint Franci. *CHILDEBERTVS REX FRANCORVM vir inluster. Cum in Dei nomine nos omnes Kal. Mar. de quibuscunque conditionibus unà cum nostris optimatibus pertractavimus, ad unumquemque notitiam volumus pervenire. Ita Deo auxiliante Attiniaco Kal. Mar. anno xx. regni nostri convenit, ut nepotes ex filio, vel ex filia, ad aviaticas res, cum avunculo, vel amita, sic venirent in hereditatem, tanquam si pater, aut mater vivi fuissent. De illis tamen nepotibus istud placuit observari, qui de filio, vel filia nascuntur, non qui de fratre. In sequenti hoc convenit una cum leudis nostris, ut nullus de crinosis, incestum usum sibi societ conjugio, hoc est, nec fratris sui uxorem, nec uxoris suæ sororem, nec uxorem patris sui, aut parentis consanguinei. Si quis uxorem patris acceperit, mortem incurrat. De præterito verò incestis conjunctionibus per prædicationem Episcoporum jussimus emendari. Qui verò Episcopum suum noluerit audire, & excommunicatus fuerit, perennem condemnationem apud Deum substineat, & insuper de palatio nostro sit omnino extraneus, & omnes facultates suæ legitimis parentibus perveniant. Similiter Trajecti convenit nobis campo, ut quaslibet res, ad unum ducem, vel judicem pertinentes, per decem annos quicunque inconcussò possedit, nullam habeat licentiam intertiandi, nisi tantum causâ orphanorum, usque ad xx. annos licentiam tribuamus. Si quis super hoc judicium præsumpserit intertiare, solid. xv. solvat, & rem intertiatam amittat. De reliquis verò conditionibus omnes omnino causas tricenaria lex excludit, præter id quod in alia regno hucusque detenuit. Pari conditione convenit Kal. Mar. omnibus nobis adunatis, ut quicunque raptum facere præsumpserit, periculum mortis incurrat, & nullus de optimatibus nostris de tam turpissimo vitio præsumat rogare, sed inimicum Dei unusquisque amodò persequatur. Qui verò edictum nostrum ausus fuerit irrumpere, judex loci illius solatio collecto ipsum raptorem occidat, & jaceat forbattutus. Et si ad Ecclesiam confugerit, reddatur ab Episcopo, & sine ulla precatione exinde separetur. Et si ipsa mulier postea raptori consenserit, ambo pariter in exilio transmittantur. Etsi foras Ecclesiam capti fuerint, pariter occidantur, & facultates illorum parentibus legitimis dentur, & quod fisco nostro debitum est, acquiratur. De homicidiis verò ita jussimus observari, ut quicunque ausu temerario alium sine causa occiderit, vitæ periculo feriatur, & nullo pretio se redimere unquam valeat. Et si convenerit, ut ad compositionem quis descendat, nullus de parentibus, aut de amicis ei quicquam adjuvet: si qui præsumpserit ei aliquid adjuvare, suum veregildum omnino componat. Quia justum est, ut qui injuste novit occidere, discat juste mori.*

mori. De furibus, & malefactoribus, ita decrevimus observare, ut si quinque aut septem bonæ fidei homines, absque inimicitia interposita, criminosum, cum sacramenti interpositione, esse dixerint, quomodo contra legem furtum perpetravit, secundum legem moriatur: & si judex comprehensum latronem laxaverit, vitam suam amittat. Et hac disciplina in populo modis omnibus observetur. Similiter Kal. Mar. Coloniæ convenit, & ita bannivimus, ut unusquisque judex criminosum latronem ut audierit, ad casam suam ambulet, & ipsum ligare faciat. Ita ut, si Francus fuerit, ad nostram præsentiam dirigatur: & si debilior persona fuerit, in loco pendatur. In fine: *Datum pridie Kal. Mar. anno xx. regni nostri, Coloniæ feliciter.* Celebratum est & concilium Aurelianense II. Childeberti, fratrumque Regum præceptione, 9. Kalend. Iulias, sub Ioanne II. Papa, apud Sirmond. t. 1. conc. Gall fol. 228. Ejus præfatio sic se habet: *Cum ex præceptione gloriosissimorum Regum in Aurelianensem urbem, de observatione legis Catholicæ, tractaturi, Deo auxiliante, convenissemus, ibi quid de antiquis regulis, quid de novis ambiguitatibus, pro captu intelligentiæ, illuminante domino, sensertimus, expressimus singulatim, descriptisque constitutionibus, quæ Deo propitio. in posterum sint observanda, ex veterum canonum auctoritate, conscripsimus.* Vbi, inter alia, Canone X. *Nullus noverca suæ. i. uxori patris sui, ullâ copulatione jungatur.* Canone XI. *Contracta matrimonia accedente infirmitate nullâ voluntatis contrarietate solvantur.* Can. XIX. *Placuit ut nullus Christianus Iudæam, neque judæus Christianam, in matrimonio ducat uxorem.* Subjungitur Canone XX. *Catholici, qui ad idolorum cultum, non custoditâ ad integrum accepti baptismi gratiâ, revertuntur, vel qui cibis, idolorum cultibus immolatis, gustu illicitæ præsumptionis utuntur, ab Ecclesiæ coetibus arceantur.* Vnde innuitur, multos etiam post baptisma susceptum, ad idola reuersos fuisse.

Anno Christi 534. Clotarii Neustr. Theodorici Austr. Regum XXI. Ioannes II. Papa obiit 6. Kal. Iun. vacat sedes dies 6. Agapitus creatus 3. non. Iun. sedit menses 2. dies 19. Ita *Onuphrius.* Verum ex Baronio apparet eum anno adhuc 536. supervixisse. Theodebertus filius Theodorici relictâ uxore Wisigarde, Biterris Deuteriam sibi copulat, è quâ genuit Theobaldum, Aruernis, ut plurimum se continens, quæ, inter alia, portio fuerat Theodorici, è regno Aurelianensi Clodomiris, de quo supra. Gregor. Turon l. 3. c. 22. 27.

Anno Christi 535. Clotarii Neust. Theodorici Austr. Regum XXII. Sancit Iustinianus de rebus Ecclesiæ non alienandis, de privilegio proscriptionis centum annorum Romanæ ecclesiæ, & de apice summi pontificatus Romæ. Sigebertus: *In Galliis clarent Medardus, & Gildardus.* v. ann. 511. Celebratum hoc anno concilium Auernense, 6. id. Novemb. sub Theodeberto; ubi Can. 6. rursus prohibentur Christianorum conjugia cum Iudæis; item Can. 12. *Ne quis relictam fratris, sororem uxoris, privignam, consobrinam, sobrinamve, vel relictam patrui, sive avunculi, carnali consortio sibi societ.* Can. 13. *ut presbyter, diaconus, divino munere benedictione perceptâ*

Novell. 5.
Novell. 8. 9.
Sirmond. conc. Gall. fol. 241.

ceptâ, uxoris suæ frater efficiatur, ex conjuge, aut si conjugium repetat, dignitate privetur. Canon. 15. Vt quisque festivitates celebret Domini Natale, Pascha, Pentecosten, & reliquas solemnitates, &c. Huic concilio inter alios subscripsit: Flavius episcopus ecclesiæ Remensis, cujus suprà mentio ad annum 525. Metropolitanus videlicet episcopatuum: Atrebatensis, seu Cameracensis; Moriuensis, seu Boloniensis; & Tornacensis; in quibus, ad ultimos usque Flandrenses, religio Christiana excolebatur. Subscribunt, & Nicetius. Trevirensis, Domitianus Coloniensis, Lupus Cotelaunensis, Hesperius Metensis Episcopi.

Anno Christi 536. Clotarii Neustr. Theodorici Austr. Regum XXIII. Theodeberti filii Theoderici I. Vitiches ab Ostrogothis rex Italiæ creatus Theodato occiso, Provinciam, vulgò Provence, Francorum Regibus Childeberto, Theodeberto, & Clotario cessit. Quòd, ut ait Procopius, lib. 3. fol. 238. du Chesne: Gothi, minus se posse existimarent Romanis simul, & Germanis resistere. 1. Francis, ut

Lib. præc. fol 8.184. dictum. Pergit Procopius: Quo factum, ut eo ex tempore, principes Germanorum, Massiliam, Phocensium quondam coloniam, & cætera circa id mare loca, tenuerint, totiusque ejus ora maritima potiti imperio sint. Vnde & Arelate nunc resident, ad certaminis equestris spectaculum. Aureum nummum nativo Galliarum metallo hi cudunt, non Romani Imperatoris, ut cæteri solent, imagine, sed suâ impressâ. Obiit hoc

Lib. 3. c. 23. anno Theodoricus Rex Austrasiæ, ut scribit Gregor. Turon. anno videlicet regni sui vigesimo tertio. Agathias l. 1. Theodoricus morbo correptus interiit, Theodeberto filio, præter alia bona, etiam principatûs dignitate relictâ. Pergit Agathias: Theodebertus accepto paterno regno, & Alemannos, & alias nonnullas finitimas gentes, subegit, erat enim summopere, & audax, & turbulentus, & periculorum, præter modum, amans. Hoc anno mortuo Amalaricho rege Ostrogothorum in Italia, Amalasuinta, Theodorici regis filia, regnum in Theodadum, Amalaphridæ Theodorici sororis filium, transtulit; quò præter spem evectus, homo pecuniæ appetens, & ignavus, bene de se meritam fœminam occidit, id agente Theodorâ Iustiniani conjuge, ne Iustinianus eam anteferret. Theodatus ad conciliandos sibi Francos, eam Galliæ partem, quam Ostrogothi hactenus tenuerant, ipsis cessit, idque Vitiches postea rex ratum habuit, deductis inde præsidiis Ostrogothorum. Ex Procopio, Miræus. Verba Procopii habet latinè du Chesne. tom. 1. fol. 234. 235. 236. 237. quem lector adeat, si lubet. Et Theodatus Italiæ rex, Gothus, intelligens Belisarium, Italiæ imminere, pro pace ab Imperatore Iustiniano impetranda, mittit Constantinopolim Agapetum papam, qui Anthimum, ejus urbis episcopum, ut hæreticum deponit, & libellum fidei à Iustiniano accepit; at ibidem defunctus, hoc anno Romam delatus est. De quo, sed anno præcedente; sic Onuphrius: Agapitus Papa obiit Constantinopoli 12. Kal. Iun. vacavit sedes mens. 1. dies 28.

Silverius

Silverius 12. Kal. Aug. creatus, consecratus papa 17. Kal. Ian. sed. an. 1. mens. 10. dies 7.

Anno Christi 537. Clotarii Regis Neustriæ XXIV. Theodeberti filii Theoderici Austrasiæ Regis I. Roma capitur à Belisario, & denuò Romanis subjicitur post sexaginta annos quibus à Gothis fuerat occuvata 5. idib. Decemb. XI. anno imperii Iustiniani. Silverius Papa 7. Kal. Iunii pontificatu exactus est (à Belisario) & relegatus, vacat sedes diem 1. Vigilius creatus 6. Kal. Iunii, consecratus 18. Kal. Iulii, sedet annos 18. menses 7. dies 15. *Onuphrius. Basilica B. Petri Rotomagensis miro opere, quadris lapidibus, Gothicâ manu. à primo Clotario Francorum Rege, nobiliter constructa fuit, anno plus minus quarto & vigesimo regni ejus.* Ita Fredegodus in vita S. Oudoeni. Chesne tom. 1. fol. 638. Evagr. l. 4. cap. 18.

Anno Christi 538. Clotarii Neustriæ Regis XXV. Theodeberti Austrasiæ II. Belisarius Vrbinum, aliaque Italiæ loca, occupat. *Marcell.* Eodem anno celebratur *Concilium Aurelianense III. nonis Mai*, ut est apud Sirmondum, ubi multa de episcopis, clericis, ecclesiis, monasteriis, & aduersus hæreticos, statuta sunt. Atque id imprimis Canone 28. *Quia persuasum est populis, die Dominico agi cum caballis, aut bubus, & vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus, vel hominis pertinentem, ullatenus exercere, (quæ res ad Iudaicam magis, quam ad Christianam observantiam pertinere probatur) id statuimus, ut die Dominico, quòd ante fieri licuit, liceat. De opere tamen rurali, id est aratro, vel vinea, vel sectione, messione, excussione, exarto, vel sepe, censuimus abstinendum, quo faciliùs ad Ecclesiam venientes orationis gratiâ, vacent. Quod si inventus fuerit quis, in operibus suprascriptis, quæ interdicta sunt, se exercere, qualiter emendari debeat, non in laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.*

Anno Christi 539. Clotarii Regis Neustriæ XXVI. Theodeberti Austrasiæ III. Theodebertus Rex quasi Iustiniano quoque adversus Gothos auxiliaris, *Italiam* etiam *ingreditur, & Liguriâ, atque Æmyliâ, vastatâ, Genuam deprædatur*, ut habet Chron. Marcellini. De eo, sic Procopius lib. 2. *Franci interea certiores jam facti, Gothorum vires assiduis fuisse bellis debilitatas, per eosdemque, facilè sibi confiderent, maximam se Italiæ partem vendicaturos, molestè ferebant, si tamdiu de ejus Provinciæ Principatu hi bello decernerent, quæ sibi esset tam proxima, ipsi verò quiescendo, & segniter omnia peragendo, nil cuiquam negocii exhiberent. Extemplò itaque jurisjurandi & fœderum prorsus obliti, quæ paulò antè ut cum Romanis, ita & Gothis inierant (.....) ad hominum millia centum contracto exercitu, THEODIBERTO Duce in Italiam veniunt. Sed majorem in partem hi pedites erant, perpauci equites, & hi quidem hastati. Cæteri verò nec arcus quidem, nec tela gestantes, sed ensem, & clypeum, securimque, cujus ferrum crassum erat, & utrimque acutum, hasta verò brevior admodum. Hanc Franci securim in primo ipso congressu in hostem jacere consueverunt, & eo impetu, ut hostium*

scuta perfringant, & ipsos simul interimant. Sic Franci Alpibus superatis, à Gallis Italos dirimentibus, in Liguriam pervenêre. Quorum levitatem & audaciam primi omnium Gothi, qui in Liguria erant, nimium demirati, molestè hos & graviter ferre, quòd cùm & loca ipsi his pleraque, & pecuniarum vim maximam polliciti antehac sæpè, pro incunda secum societate, fuissent, adduci nunquam potuerint, pro ipsorum Gothorum promissis, quicquam ut rei exequerentur, nunc ultrò in Italiam veniant. Sed Gothi, qui in Piceno constiterant, ubi Theodebertum Francorum Ducem maximis adesse cum copiis accepêre, animo exhilarati, speque optimâ freti, maximum in modum efferri, & nullo negocio superaturos se Romanos, putare. Franci verò in Liguria cum interim essent, nil prorsus Gothis molestia intulere, ne Padi se transitu prohiberent. Ubi verò ad eam Picentium partem se contulerunt, cujus flumini veteres Romani constrato, pontem imposuere, ejus loci custodes cum alia pleraque benignè his præbuissent, & Padum simul trajicerent, pro arbitrio ac liberè permiserunt. Tum Franci ponte praeoccupato, & præsidio in potestatem redacto, uxores, liberòsque Gothorum, quos ibi deprehenderant, immolare, in eosque acriùs desævire, corporaque in belli primitias in flumen jacere. Nam barbari hi, etsi Christum jam colerent, pleraque tamen priscæ opinionis, & cultus, vel ad id temporis servant: nam & hostiis utuntur humanis, nec piè quidem; nec pro vera religione sacrificandæ, vaticiniis student. Quod ideo potissimum huc adferendum judicavi, nequis miretur, horum Regum tempore, Christianam doctrinam parum propagatam fuisse, sub Regibus adhuc semibarbaris, & plurimum degenerantibus à Clodovæo. Sub Clotario certè totâ Belgicâ, ac Neustriâ, nulla Synodus legitur habita, adeo ut quamquam hoc tempore multum in Flandriâ desudarit Medardus, quòd Clotarius, neque Ecclesias, neque monasteria, iis in partibus legatur exstruxisse, nondum religio satis potuit stabiliri; eoque defuncto, ut suo loco videbimus, fidei, quæ jecerat fundamenta, penitus collapsa sunt.

L.2. Prod. c.24.fol. 490.

Anno 540. Clotarii Neustriæ Regis XXVII. Theodeberti Austr. IV. Obiit S. Vedastus, postquam, *egregius Dei sacerdos urbis Atrebatensis Ecclesiam rexit annis circiter XL.* ut loquitur Baldericus, ex Alcuino, in ejus vita. *In Atrebata civitate febre correptus animam reddidit creatori; sepeliri voluerat in oratorio, quod sibi paupere sumptu, id est ligneis tabulis, prope littus Crientionis fluvioli, ædificaverat; sed populus id indecorum ratus, sepelivit eum in ecclesia B. Mariæ, ad dextram altaris partem.* Sic Alcuinus in vita ejus apud Surium. Malè Sigebertus obitum ejus ponit anno 570. cum XL. tantum annis gesserit episcopatum, & ante Clodovæi de Alemannis victoriam, Tulli, sacerdos habitarit, ut supra ostensum ad annum 500. *Beato Vedasto ad pontificale soliū Dominicus successit,* ut est in chron. Balderici.

Chron. Camer. Lib.1.c.9.

L.1.c.12.

Anno 541. Clotarii Neustriæ Regis XXVIII. Theodeberti Austrasiæ V. Celebratur concilium Aurelianense IV. sub Childeberto Rege ad abolendas reliquias idololatriæ, ubi inter alia, Can. 10. *ut Pascha ab omnibus sacerdotibus uno tempore observetur.* Can.2. *Quadragesima*

Sirm.tom. 1.fol.260. conc.Gall.

dragesima ab omnibus sacerdotibus uno tempore æqualiter observetur. Can. 15. *Si quis post acceptum baptismi sacramentum, ad immolata dæmonibus sumenda, tamquam ad vomitum revertitur, si commonitus à sacerdotibus, ex hac prævaricatione, se noluerit revocare, à communione Catholica pro emendatione sacrilegii suspendatur.* Can. 16. *Si quis Christianus, ut est gentilium consuetudo, ad caput cujuscunque feræ, vel pecudis, invocatis insuper nominibus paganorum fortasse juraverit, si se, ab hac superstitione, commonitus, noluerit cohibere, donec reatum emendet, à consortio fidelium, vel ecclesiæ communione, pellatur. &c.* Ei concilio provinciarum Belgicarum episcopi non subscribunt, utpote Childeberto Regi Parisiorum non subjecti, sed Clotario Neustriæ Regi. Eodem anno, teste Baronio: *Childebertus Rex in Hispaniam abiit, quam ingressus cum Chlotario, Cæsar-augustanam civitatem cum exercitu vallant, atque obsident. At illi in tanta humilitate ad Deum conversi sunt, ut induti ciliciis, abstinentes à cibis & poculis, cum tunica beati Vincentii Martyris, muros civitatis psallendo circuirent. Mulieres quoque amictæ nigris palliis, dissolutâ cæsarie, superposito cinere, ut eas putares virorum funeribus deservire, plangendo sequebantur. Et ita totam spem locus ille ad Domini misericordiam retulit, ut diceretur ibidem Ninivitarum jejunium celebrari: nec æstimaretur aliud posse fieri, nisi eorum precibus, divina misericordia inflecteretur. Hi autem qui obsidebant, nescientes quid obsessi agerent, cum viderent sic murum circuiri, putabant eos, aliquid agere maleficii. Tunc adprehensum unum de civitate rusticum, ipsi interrogant, quid hoc esset, quod agerent? Qui ait: tunicam beati Vincentii deportant, & cum ipsa, ut eis Dominus misereatur, exorant. Quod illi timentes, se ab ea civitate removerunt, tamen acquisitâ maximâ Hispaniæ parte, cum magnis spoliis in Gallias redierunt.* Addit Aimoinus, ab urbis obsessæ Episcopo, stolam S. Vincentii Francis traditam, *quam*, inquit, *condigno honore suscipientes, obsidionem solvunt, & devastatâ omni provinciâ, cum spoliis, & ingenti præda, nativum repetunt solum.* Et paulò post: *CHILDEBERTVS REX FRANCORVM VIR ILLVSTRIS. Recolendum nobis est, & perpensandum utilius, quod ii, qui templa Domini nostri Iesu Christi ædificaverint, & pro requie animarum suarum ibidem tribuerint, vel in alimoniam pauperum aliquid dederint, & voluntatem Dei adimpleverint, in æterna requie, sine dubio, apud Deum mercedem recipere merentur. Quapropter ego Childebertus Rex, una cum consensu & voluntate Francorum, & Neustrasiorum, & exhortatione sanctissimi Germani Parisiorum urbis Pontificis, vel consensu Episcoporum, cœpi construere templum in urbe Parisiaca, prope muros civitatis, in terra quæ aspicit ad fiscum nostrum Isciacensem, in loco qui appellatur Locotitio, in honorem S. Vincentii martyris, cujus reliquias ex Hispania asportavimus,* &c. *Concedimus nostrum fiscum, qui vocatur Isiacus,* &c. In fine: *Et ut hæc præceptio cessionis nostræ, futuris temporibus firmior habeatur, Deo auxiliante, vel per omnia tempora inviolabiliter conservetur: manibus propriis, vel nostris signaculis infrà decrevimus roborare. Datum quod fecit mense*

Gregor. Turon. l. 3. cap. 29.

L. 2. c. 19.

L. 2. c. 20.

Decembri die sexto, anno quadragesimo octavo, postquam Childebertus Rex regnare cœpit. Nostro calculo annus hic est 28. regni Childeberti; cujus anni, ut & Clotarii, numerantur à morte Clodovæi, patris utriusque. Pro XXVIII. malè scripserint XLVIII. Nota primum hoc esse Regum Francorum diploma, quod hactenus vidi. Du Breul, in theatro suo antiquitatum Parisiensium, asserit, in introitu ecclesiæ, statuam esse Childerici, & Vltrogothæ ejus uxoris, cum hac inscriptione: *C'est Childebert second Roy de France Chrestien, & Vltrogothe sa femme, qui fonderent ceste Eglise.*

Anno Christi 542. *Clotarii Neustriæ Regis XXIX. Theodeberti Austrasiæ VI.* Ostrogothi in Italia Totilam regem eligunt, qui magnam Italiæ partem Gothis restituit. Hoc anno *Childebertus, & Theodebertus, adversus Chlotarium pugnaturi, matris Chrotildis precibus ad Deum fusis, conciliantur.* Teste Gregorio Turonensi.

Greg. l. 3. cap. 18.

Anno Christi 543. *Clotarii Neustriæ Regis XXX. Theodeberti Austrasiæ VII.* Obiisse S. Benedictum ordinis monastici institutorem scribit Gordonus, aliique; quod & colligitur è D. Gregorio, l. 2. c. 14. & 15. ubi tradit Totilam, Gothorum Regem electum anno præcedente, hoc anno Campaniam invasisse, atque ad eum venisse Cassinum. Alioquin Leo Ostiensis eum defunctum scribit anno 542. Petavius verò anno 539. Paulò ante S. Maurus à D. Benedicto in Gallias missus fuerat, de quo sic Aimoinus l. 2. c. 22. *Hujus* (Theodeberti) *principis temporibus, à Cenomannica urbe, legati ad castrum Cassinum profecti, beatissimum patrem Benedictum, post eremiticam vitam illo sancto degentem cœnobio, omnigenâ poposcerunt prece, ut fratres, in monastica probatos conversatione, ad Occidentales dirigeret partes, à quibus, levi jugo regulæ, illis ab ipso traditæ, Gallicana subderetur cervicositas. Qui gratulanti animo dilectum suum discipulum Maurum ad has nostras direxit partes.* Quanti S. Maurum ejusque socios fecerit Theodebertus Rex, docet Faustus in ejus vita: *In conventum Fratrum pergens, Regiamque dignitatem parvipendens, beato se Mauro, ac congregationi, Regali indutus purpurâ, humiliter prostravit, & ut pro illo Dominum exorare dignarentur, lacrimis perfusus precabatur. Cumque eum vir Dei à pavimento relevasset, Rex ait ad eum: Celebre nomen magistri nostri Benedicti ad nostram olim delatum fuerat notitiam, cujus sanctitatis & virtutis opera insignia, quæ de illo audivimus, per vos cotidie fieri, gaudio lætamur non modico. Tunc beatum Maurum petiit, ut fratres eum recipere dignarentur in societatem, & nomen ejus inter sua scribere nomina. Filiumque suum Theodebaldum, sancto viro, ac Fratribus, commendabat attentiùs, præcipiens ipsi, ut semper devotus erga illum locum esset, ac in omnibus sanctæ illi congregationi adjutor, & defensor, existeret.*

Dial.

Lib. 1. Chron. Cassin.

Ration. temp. l. 8. c. 7.

Anno Christi 544. *Clotarii Neustriæ Regis XXXI. Theodeberti Austriæ VIII.* Conciliatur pax inter Francos, & Iustinianum Imperatorem, ut è sequentibus apparet.

Anno Christi 545. *Clotarii Neustriæ Regis XXXII. Theodeberti Austrasiæ*

strasia IX. Vigilius Papa usum pallii concedit Auxanio Episcopo Arelatensi, successori Cæsarii, eique vices suas in Gallia delegat, petitque pacem promoveat inter Iustinianum Imp. & Childebertum Francorum Regem, hac epistolâ, quam profert Sirmondus: *DILECTISSIMO FRATRI AVXANIO VIGILIVS. Sicut nos pro tua caritatis affectu, & pro gloriosissimi filii nostri Regis Childeberti Christianâ devotione, mandatis; vices nostras libentissimâ voluntate contulimus: ita fraternitatem tuam convenit Deo placitis operibus tantæ Sedis auctoritate dignâ conversatione uti, atque disponere, ut bonis actibus innotescens, rectum circa caritatem tuam judicium nostræ dilectionis ostendas.* Et paulo post: *Oportet ergo fraternitatem vestram incessantibus supplicationibus Deo nostro preces effundere, ut domnos filios nostros, clementissimos Principes, Iustinianum, atque Theodoram, suâ semper protectione custodiat: qui pro his vestræ caritati mandandis, suggerente gloriosissimo, & excellentissimo filio nostro Patricio Belisario, pro quo item vos convenit exorare, piâ prabuerunt devotione consensum, hortamur quoque, ut sacerdotali operâ, inter gloriosissimum virum Childebertum Regem, sed & antedictum clementissimum Principem, concepta gratia documenta paternâ adhortatione servetis. Benè enim Domini & Salvatoris nostri, qua populis prædicamus, mandata, ante oculos retinemus, quibus ait:* Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. *Et quia dignâ credimus ratione complexi, ut agenti vices nostras pallii non desit ornatus; usum tibi ejus, sicut decessori tuo, prædecessor noster, Sanctæ recordationis Symmachus, legitur contulisse, Beati Petri Sanctâ auctoritate concedimus, ea vero quæ de præsenti ordinatione nostra, directâ præceptione signavimus, ad universos Episcopos per caritatem tuam volumus pervenire. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data XI Calend. Iunias, IV. P. C. Basilii V. C.* Scribit Meyerus hoc demum anno S. Remigium obiisse; sed jam supra patuit anno 535. in Rhemensi sede fuisse Flavium, qui Concilio Arvernensi subscripsit. Vide quæ dicta ad annum 525.

T. I. Conc. Gall. fol. 271.

V. fol. 11.

In Annalibus.

Anno Christi 546. Clotarii Neustr. Reg. XXXIII. Theod. Austrasiæ Regis X. Totilas Romam obsidet. D. Gregor. Procop.

Anno Christi 547. Clotarii Neustr. Reg. XXXIV. Theodeberti Austrasiæ Reg. XI. Totilas (Mario Baduilas dictus) XVII. Kal. Ianuarius occupat Romam. Iidem Authores. Marius in Chron: *Post cons. Basilii anno 6. ind. X. eo anno Baduila Rex Gothorum Romam captam, depopulavit, dejectisque muris partem civitatis incendit.*

Anno Christi 548. Clotarii Neustr. Reg. XXXV. Theodeberti Austrlæ Reg. XII. Dominico Atrebatensi episcopo defuncto succedit Vedulphus, qui sedem episcopalem inde transtulit Cameracum. Chron. Camerac. *Ab isto, caterisque successoribus ejus, Cameracensis ecclesia specialem principatus aulam accepit, quæ sacerdotali regimine, multo ante tempore, sicut & Atrebatus vacarat, ex quo Galliarum quoque ecclesias Barbaricæ persecutionis cades vastaverat; sed non idcirco jure quis dubitabit, an huic ecclesiæ aliqui ante præfuissent rectores; cum hæc ex de-* L. I. c. 12.

 scriptionibus

scriptionibus Dionysii Papa facilè detur intelligi, ut superiùs expressè ostensum est: vel quod Clodio Rex, Romanos, quos ibi Christianos invenerat, interfecerit. Hujus Vedulphi Episcopi, licet aliqua fortè memoranda gesta fuissent, incertum tamen, an desidiâ, an raritate scriptorum, quibus sæpè multo silentio consenescunt, ad nostra usque tempora, superstite famâ non durarunt, præter quod in gestis beati Gougerici, qui ei successit in pontificatum, legimus, illum rebus humanis exemptum, ad meliora transisse. Dolendum est raritate scriptorum, nescire nos, quæ Flandrensium loca peculiariter visitarit S. Medardus. *Torolsum* eum advenisse, id argumento esse possit, quod pagus Torolto vicinus etiamnum S. Medardi appelletur; tum quod Toroli fuerit antiquissima ecclesia, monasterium, seu cella, & schola, quæ cum non habeant peculiarem authorem, veteribus authoribus, cognitum, nullusque hisce in locis ante S. Medardum fuisse tradatur, ei sanè primitiva ista ecclesia, & monasterium, incunabula sua debent; neque dubium quin Corturiaci fuerit Medardus, antiquissimo Menapiorum castello, ut ostensum libro præcedente, & Brugam usque Castrum penetrarit, totamque primorum Francorum regionem. Apud Eerneghem certè in terra Franca solennes D. Medardo ferias fuisse, docet annalista Aldenburgensis Cabillau in vita S. Arnulphi ad annum 1084. unde Sand. Fland. ill. 312. in descriptione ditionis Franconatûs. *Contigit interea temporis, ut ipso Arnulfo, solennes dino Medardo apud Eerneghem ferias celebrante, missarumque ibidem solemnia, ob tanta solemnitatis reverentiam peragente, potentiores quique ejus fundi homines, tanti subito viri, amore succensi, donarent eidem, ad præfati cœnobii completionem, duas decimarum partes.*

V. lib. 2. Prodr. cap. 21. fol. 405. 417.

De bello Goth. l. 3. *Anno Christi 549. Clotarii Neustr. Reg. XXXVI. Theodeberti Austr. Regum XIII.* Belisario Bysantium revocato, totam ferme Italiam recipiunt Gothi, Procopio teste.

Anno Christi 550. Clotarii Neustria Reg. XXXVII. Theodeberti Austrasia Reg. XIV. Franci cum viderent Gothos Campaniam, in eaque Neapolim, ac plurimas Italiæ regiones, ipsamque Romam recuperasse, & ipsi, Italiæ partem invasere, de quo sic Procopius: *Franci interea pleraque sibi, & nullo jure, in Venetos occupant loca, cum nec Romani tueri ea jam possent; nec Gothis tantum virium esset, ut his utrisque bellum inferrent*, &c. Non ferebat Theodebertus, quod Iustinianus Imperator in titulis suis se Francicum scriberet, quare admodum ei erat infestus, adeo, vt vel ipsam Constantinopolim, sive Bysantium occupare, fuerit conatus; unde Agathias ita scribit lib. 1. *cum Romanis bellum adversus Totilam Gothorum Ducem esset ortum, Theodebertus hoc animo agitabat, summâque diligentiâ procurabat, ut interea dum in Italia Narses pariter & exercitus laborarent, occupatique essent, ipse, fortissimis, validissimisque copiis coactis, in Thracia regionem penetraret, eoque totâ vastatâ & subjugatâ, Byzantium regiam urbem bellum transferret. Hoc verò consilium suum*

Tom. 1. du Chesne f. 238.

Ibid. 241.

suum adeò graviter reipsa, tantoque apparatu, est prosecutus, ut etiam ad Gipedas & Longobardos, aliasque nonnullas finitimas gentes, legationem instituerit, ut & hi in societatem belli venirent. Neque enim tolerandum esse censebat, quod Imperator Iustinianus in Edictis Imperatoriis, Francici, & Alemannici, nec non Gipedici & Langobardici, aliosque hujuscemodi titulos sibi vindicaret, perinde ac si omnes hasce gentes subjugasset. Quocirca & ipse graviter hanc injuriam ferebat, & alios ut communi secum injuriâ contumelioque affectos, ad indignationis societatem sollicitabat. Ego verò ita statuo, si hanc ille expeditionem suscepisset, audaciam ei suam nulli bono futuram fuisse; sed sive in Thraciam, sive in Illyrios venisset, in præsidiarias iis in locis Romanorum legiones incidisset, turpiterque periisset. Sed hoc ipsum quod ejusceemodi consilium animo concepisset, & vellet, & optaret, omnemque, quod ad se attinet, ad hoc lapidem movisset; evidentissimo argumento esse potest, qualis ille vir, quamque ferox & arrogans fuerit, quippe qui furorem temeritatemque fortitudinem esse existimabat. Nisi enim vita finis conatus ipsius antevertisset, expeditionem hanc aggressus fuisset.

Anno Christi 551. Clotarii Neustriæ Reg. XXXVIII. Theodebaldi Austr. Reg. I. Pergit Agathias loco citato: *Nunc verò cum venatum ivisset, taurus ei ingens, & excelsis cornibus præditus, occurrit, non domitio cuidam, & aratori tauro similis, sed silvester, & montanus, & quidquid obvium habet disperdens. Bubalos, uti arbitror, gens illa appellat. Plurimos verò fert illa regio. Densissimæ enim in eo sunt silvæ, horridi montes, & tractus frigidissimi, quibus omnibus gaudere solet hoc animal. Quem quidem taurum conspicatus Theodebertus è saltu quodam prosilientem, atque in se irruentem, constitit tanquam hastâ occursurus. Taurus verò jam propior factus, impetu cursus delatus in arborem quandam non ita magnam, fronte & cornibus eam ferit, & subversô totâ arbore, & in solum depressâ, maximus quidam, ex iis qui indè confracti erant, ramus, violentissimo ictu ita ejus caput sauciavit, ut lethali intolerabilique plagâ acceptâ, confestim supinus prociderit, ægreque à suis domum deportatus, eodem die è vita discesserit. Theodebaldus itaque ejus filius in Regno succedit. Qui quidem tametsi juvenis admodum, atque adhuc sub magistri cura, institutioneque esset, patria tamen lex eum ad Regnum vocabat.* Quadrat in hunc annum, quod scribit Gregorius Turonensis: *A transitu Clodovai usque in transitum Theodeberti computantur anni triginta septem; mortuo ergo Theodeberto, quarto decimo regni sui anno, regnavit Theodobaldus filius ejus pro eo.* Marius in chronico post consulatum Basilii anno 7. sic scribit: *Theudebertus rex magnus Francorum obiit, & sedit in regno ejus Theodebaldus filius ejus.* Faustus in vita S. Mauri: *Theodebertus rex cum XIV. an. strenuè, & nobiliter Francorum gubernasset regnum, Theodebaldo filio suo sedem regni, post se, dereliquit.* Agathias verò, ita prosequitur: *Eo itaque tempore, quo Teias excessit è vivis, & Gothica res peregrinis auxiliis egerent, Theodebaldus iste adolescentulus Francorum Rex erat. Sed & Childebertus, & Clotarius, ejus maximi patrui, prout leges Romanorum loquerentur,* Lib.3.c.37.

loquerentur, erant. Ad hos, utpote remotissimè inde degentes, Gothi nequaquam eundum censuerunt. At Theodebaldum verò apertè legationem instituerunt; non tamen universa natio, sed soli, qui juxta Padum fluvium degebant. Meminit & Procopius lib. 3. *Theudiberto deinde Theudibaldus filius in regno successit, ad quem Imperatar Leantium quemdam legavit, consulari ex genere virum, secum, adversus Totilam, Gothosque, ut societatem iniret, & Italia locis insuper abstineret, qua ille nimio invadendi, & indecentiùs, studio tenebatur. Leontius itaque cum ad Theudibaldum venisset, dicere ita exorsus est: Aliis fortè nonnullis spem prater, evenisse oliquid potuit, in Romanos verò, qua per vos gesta fuere, nulli adhuc contigisse mortalium puto. Constat sanè Iustinianum Imperatorem non priùs se ad id bellum adversus Gothos parasse, nec suscipere antea peroptasse, quàm Franci ipsi sub societatis & amicitia nomine, ingenti ab se acceptâ pecuniâ, certamen id secum, & se suscepturos pollicerentur. Hi tamen non solum, qua polliciti sunt, non exequenda duxere, sed tantâ Romanos affecere injuriâ, quantâ ne suspicari quidem quispiam possit. Pater nimirum tuus Romana ditionis terras invasit, ad se nihil penitus attinentes, ut quas, vel absentibus à suis conatibus Francis, in potestatem, & maxima cum labore, summoque belli discrimine Iustinianus redegerat. A quo nunc venio ad te delegatus, non peracta, & jam praterita incusaturus, sed eo postulaturus, moniturusque, qua tibi futura usui sunt, consulturusque denique, tuam ut firmiùs serves felicitatem, & habere, qua sua sunt, Romanos quandoque sinas.* Obiit hoc anno in decrepita prorsus ætate Chrotildis vidua Clodovæi Regis.

Lib.4.c.1. ut notat Gordonus. De quo sic Gregorius Tur. *Chrotildis Regina plena dierum, bonisque operibus pradita, apud urbem Turonicam obiit, tempore Injuriosi Episcopi: qua Parisius cum magno psallentium praconio deportata, in sacrario Basilica sancti Petri, ad latus Clodovai Regis sepulta est, à filiis suis, Childeberto, atque Chlotario Regibus. Nam Basilicam illam ipsa construxerat, in qua & Genovefa beatissima est sepulta.* Injuriosus Episcopus Turonensis subscribit consilio Aurelianensi

T.1. Conc. Gall. fol. 2c8. IIII. anno 541. ut est apud Sirmondum. Vide & anno sequenti.

Anno Christi 552. Clotarii Neustr. Reg. XXXIX. Theodebaldi Austrasia Reg. II. Clotarium rei ecclesiasticæ nullam curam hoc tempore habuisse, docemur ex eo, quod sequitur apud Gregorium lo-

Lib.4. c.2. co citato: *Denique Clotarius Rex indixerat, ut omnes Ecclesia Regni sui, tertiam partem fructuum, fisco dissolverent. Quod licet inviti, cum omnes Episcopi consensissent, atque subscripsissent, viriliter hoc beatus Injuriosus respuens, subscribere dedignatus est, dicens: Si volueris res Dei tollere, Dominus regnum tuum velociter auferet: quia iniquum est, ut pauperes, quas tuo debes alere horreo, ab eorum stipe tua horrea repleantur. Et iratus contra Regem, nec vale dicens, abscessit. Tunc commotus Rex, timens etiam virtutem beati Martini, misit post eum cum muneribus, veniam precans, & hac quod fecerat, damnans, simulque rogans, ut pro se virtutem beati Martini antistitis exoraret.*

Anno Christi 553. Clotarii Neustr. Reg. XXXX. Theodebaldi Austria

Regis

Regis III. Habitum concilium Aurelianense V. sub Vigilio Papa anno Childeberti Regis XXXVIII. ut scribunt, Baronius, & Sirmondus, qui posterior malè hoc Concilium ponit anno Christi 549. In eius Concilii principio, sic legitur: *CVM CLEMENTISSIMVS PRINCEPS TRIVMPHORVM TITVLIS INVICTISSIMVS DOMINVS CHILDEBERTVS REX, pro amore sacræ fidei, & statu religionis, in Aurelianense urbe, congregasset in unum domini Sacerdotes.* Vbi 1. Can: *Eutychu, & Nestoris sectas condemnat, sectatoresque execratur.* Can. 6. *Vt nullus Episcoporum, servum, clericum audeat ordinare.* Can. 15. *Ordo institutionis in Xenodochio, quod Childebertus, vel jugalis sua Vltrogotho, in Lugdunensi urbe, condiderunt.* Can. 21. *Vt Episcopus, de domo ecclesiæ, juxta possibilitatem, victui, & vestitui necessaria, leprosis subministret.* Can. 24. *Vt præteritorum statuta Canonum habeant vigorem.* Huic Concilio Domitianum episcopum Tungrensem, lego, subscripsisse, & Nicetium Trevirensem, è regno Austrasiæ Theobaldi. Item Protadium archidiaconum, directum à Mappinio episcopo Remensi &c. neminem verò è regno Clotarii. Sequitur ibidem epistola Vigilii Papæ scripta Constantinopoli, ad Aurelianum Arelatensem episcopum, Auxarii successorem, vicarium sedis Apostolicæ, quem hortatur, Childeberto suggerat, ut ad Totilam scribat, pro ecclesia Romana. Initium eius ita scribitur apud Sirmondum: *DILECTISSIMO FRATRI AVRELIANO VIGILIVS, Fraternitati vestræ,* &c. *credidimus sperandum, ut quia scriptum est, frater fratrem adjuuans exaltabitur, & sicut de credentibus in domino, actuum Apostolicorum scriptura testatur, quia erat credentibus in domino, cor unum, & animo vna, ut sit fraternitas vestra in hac quoque parte solicita, & glorioso filio nostro Childeberto Regi, quem Christianitatis studio venerationem integram sedi Apostolicæ, cui nos Deus præesse voluit, cognovimus exhibere, supplicare non desinas, quatenus, in tanta rerum necessitate, circa ecclesiam Dei, sollicitudinem suam, sicut & confidimus, Christianâ devotione persolvat: ut quia Gothi eum Rege suo in civitate Romana perhibentur ingressi, hoc ei dignetur scribere, ne se in Ecclesia nostra præjudicio, quippe velut aliena legis, immisceat, & aliquid faciat, aut fieri quolibet ratione permittat, unde Catholica possit ecclesia perturbari.* In fine: *Vicarium te sedis Apostolicæ, dignis Deo manifestes operibus. Deus te incolumem custodiat, frater carissime, data 3. Calend. Maias, imperante domino nostro Iustiniano. PP. Augusto anno XXIV.* V. Baron. anno Christi 550. Tom. 1. conc. Gall. fol. 287.

Paulò post etiam, habitum Concilium Arvernense II. à Theodebaldo rege, cujus avus Theodoricus, è regno Chlodomeri, Arvernos sibi attribuerat, ut est apud Gregor. Turon. Ejusdem Theobaldi jussu celebratum Conc. Tullense, eodem anno, propter molestias, quas Nicetius episcopus Trevirensis patiebatur, ab aliquot Francis, quos ob incestas nuptias excommunicarat; ut est apud Sirmondum, ubi extat epistola excusatoria Mappinii episcopi Rhemensis, ad Nicetium episcopum, cur ad id Concilium non potue- L. 3. c. 12. Concil. Gall. t. 1. fol. 292.

 rit

rit venire. Vbi inter alia: *Indicemus nos literas filii nostri, domini regis Theodeboldi excepisse, vt in Tullensium urbe die calendarum juniarum adesse deberem.* Item: *Scriptis edocuit beatitudinem vestram, dum aliquos Francorum, pro zelo divini timoris corripit, ac pro incestu conjunctionibus à communione ecclesiastica removet, scandala, seu anxietates multimodas sustinere.* Vnde patet, Rhemos urbem, & Campaniam prouinciam, tum temporis, ut Austrasiæ partem, Theodebaldo subfuisse, quamquam fuerit metropolis Belgicæ secundæ. Item Francos ægrè adhuc præceptis ecclesiasticis, ac Conciliorum decretis se accommodasse. Incesta enim conjugia Francis prohibita fuerè Concilio Agathensi; v. supra anno 506; item Concilio Aurelianensi III. Can. 10. sub pœna excommunicationis; item Concilio Aurel. IV. Can. 27. Eodem *Baduilo (Totilas) rex Gothorum ab exercitu, reip. per Norsetem Chartularium Eunuchum interficitur, & Teia accipit regnum. Marius.* Totilas videtur nomen fuisse, Baduila cognomen.

Anno Christi 554. *Clotarii Neustriæ Regis XXXXI. Theodebaldi Austrasiæ IV. Teia rex Gothorum à Narse interficitur. Marius.* Sed & Roma recipitur à Narsete, desiitque in Italia regnum Ostrogothorum, ut notat Procopius in fine lib. 4. Eodem anno edita fuit constitutio Childeberti regis Parisiensis, de reliquiis idololatriæ abolendis, & festivitatibus sacrorum dierum. Hanc vulgavit, inter Concilia Galliæ, Sirmondus, in hæc verba: *Epistola clementissimi & beati regis nostri Childeberti, data per ecclesias sacerdotum, vel omni populo. Credimus hoc Deo propitio. & ad nostram mercedem, & ad salutem populi pertinere, si populus Christianus, relictâ idolorum culturâ, Deo, cui integram promisimus fidem, &c. purè deservire debeamus. Et quia necesse est, ut plebs, quæ sacerdotis præceptum, non ita, ut oportet, custodit, nostro etiam corrigatur imperio; hanc chartam generaliter per omnia loca decrevimus mittendam: præcipientes, ut quicumque admoniti de agro suo, ubicumque fuerint simulacra constructa, vel idola dæmonibus dedicata ab hominibus, facto non statim abjecerint, vel sacerdotibus hæc destruentibus, datis fidejussoribus, non aliter discedant, nisi in nostris obtutibus præsententur, qualiter in sacrilegis Dei injuria vindicetur. Ad nos querimonia processit, multa sacrilegia in populo fieri, unde Deus lædatur, & populus per peccatum declinet ad mortem. Noctes pervigiles cum ebrietate, scurrilitate, vel canticis, etiam in ipsis sacris diebus, Pascha, Natali Domini, & reliquis festivitatibus, vel adveniente die Dominico dansatrices per villas ambulare. Hæc omnia, unde Deus agnoscitur lædi, nullatenus fieri permittimus. Quicumque post commonitionem sacerdotum, vel nostrum præceptum, sacrilegia ista perpetrare præsumpserit, si servilis persona est, centum ictus, ut suscipiat, jubemus.*

Tom. 1. fol. 300.

Anno Christi 555. *Clotarii Neustriæ Reg. XXXXII. Theodebaldi Austrasiæ V.* Hoc anno *diem suum obiit Vedulphus Cameracensis episcopus,* &c. *divino instinctu compertâ viri sancti famâ, tum clerus, tum populus, Childeberto Austrasiorum Rege, B. Gaugericum sibi episcopum ordinari postularunt, quòd factum per Ægidium episcopum Rhemensem,* ut est in vita

vita ejus apud Sur. XI. Aug. *Erat* verò *Gaugericus Ivodio* (M. S. habet Evolio) *Galliarum oppido diœcesis Trevirensis, patre Gaudentio, matre Austridiola, christianis parentibus natus, à Magnerico Trevirensi episcopo, cum ad virilem ætatem pervenisset, diaconus ordinatus* Ibid. Erat tum temporis Comes Adertensis, sive Atrebatensis, Waldo, sic enim sequitur loco citato: *Ordinatus episcopus Gaugericus, cum invisere vellet oves sibi, à domino commissas, carceris cujusdam ostium præteriit, ubi duodecim homines noxii, ferreis vinculis constricti, detinebantur; id percipiens vir pius, more suo misericordiâ permotus, multis precibus egit apud Waldonem, ejus loci comitem, ut miseros illos ipsi donaret*, &c. Erat & Walacharius quidam tribunus. Sequitur enim ibidem: *Tres viri tenebantur, jussu Walacharii tribuni, vinculis impliciti.* Obiisse scribitur an. 594. postquam 39. annis sedisset, ut notat Coluen. ad Balderici cap. 12. lib. 1. Itaque primus hic est annus ejus episcopatûs. Circa hæc tempora, *S. Vigor natus in territorio Atrebatensi, parentes habuit, generis nobilitate, & fide, conspicuos, sub Childeberto rege Francorum, educatus intra monasterium S. Vedasti; cum verò parentes eum opum suarum hæredem vellent, atque à monasterio conarentur retrahere, exiit è terra & cognatione sua, pervenitque ad Bajocensis regionis vicum Rednerum, ubi ejus loci homines brutos, ad Christum convertit, qui saxeam effigiem mulieris, tamquam sacrum quoddam, colebant.* In vita ejus apud Sur. 1. Novemb. factus postea episcopus Bajocensis. A Chenu *S. Victor* dicitur, *& adolescens Atrebatensis.* Arnoldus Wion lib. 2. ligni vitæ c. 38. eum floruisse scribit circa annum Christi 560. Itaque sub Childeberto rege Parisiensi, filio Clodovæi primi, cujus regni, ut & Clotarii, annus hic est 42. Locrius de eo agit anno Christi 898.

Anno Christi 556. Clotarii Neustriæ Regis XXXXIII. Theodebaldi Austr. Reg. VI. Vigilius papa obiit 4. id. Ianuar. vacat sedes menses tres, dies 5. Pelagius creatus, consecratus 16. Kal. Maii. sed. an. 4. mens. 10. dies 8. *Onuphr.* Meyerus hoc anno vult obiisse S. Medardum, at vide scripta ad annum 564. Celebratur Conc. Parisiense II. sub Childeberto, cujus hoc initium: *Cum in urbem Parisios, ad evocationem domini regis gloriosissimi Childeberti, venissemus*; &c. Vide Sirmond. Arma, quibus hoc anno Franci, ducibus Butelino, & Leutario, usi sunt in Italia, adversus Narsetem Romanorum ducem, ita describit Agathias lib. 2. *Butilinus itaque hisce aliisque verbis multitudinem hortari non desistebat. Hi verò bonâ spe fulti, arma, ut cuique visum erat, apparabant. Alibi enim secures multa acuebantur, alibi patria hastilia, quæ ipsi ἀγγῶνας vocant: alibi scuta confracta, ut usui essent, reficiebantur, facileque ipsis omnia instruebantur. Vilis enim est, & neglecta hujus nationis armatura, quaque variis opificibus non indigeat, sed facilè ab ipsis, qui eâ utuntur, si quid fortè fractum fuerit, refici potest. Loricas enim, & ocreas, non norunt. Capita plerique eorum non muniunt, pauci verò galeis tecti pugnant, pectoribus, & tergoribus ad lumbos usque sunt nudis: indè braccis, sive femoralibus, alii* Tom. 2. conc. Gall. fol. 301.

 lineis,

lineis, alii coriaceis cincti, tibias cooperiunt. Equis verò non utuntur nisi admodum pauci, quippe qui ad pedestrem pugnam, quæ ipsis familiaris, patriaque est, optimè sint exercitati. Ensis femori, & scutum sinistro lateri appendet. Arcubus, aut fundis, vel aliis telis, quæ eminus jaciuntur, non utuntur; sed ancipitibus securibus, & angonibus, quibus præcipuè rem gerunt. Sunt verò angones hastæ quadam, neque admodum parva, neque admodum magna, sed & ad jactu feriendum, sicubi opus fuerit, & ubi comminus collato pede confligendum est, impetusque faciendus, accommodata. Ha, pleràque sui parte, ferro sunt obducta, ita ut perparum ligni, à laminis ferreis nudum, conspiciatur, atque adeò vix tota ima hasta cuspis. Supra verò ad extremitatem spiculi, adunci quidam mucrones utrinque prominent, ex ipso spiculo, instar hamulorum, reflexi, & deorsum vergentes. In conflictu itaque Francus miles hunc angonem jacit; quod quidem si corpori inflictum fuerit, adigitur quidem intrò uti verisimile est, cuspis, neque is, qui ictus est, facilè telum evellere potest. Obstant enim acuminati illi hamuli altiùs carni inhærentes, & acerbos cruciatus excitant, adeò ut etiam si hostem nequaquam lethale vulnus accepisse contingat, ex eo tamen intereat. Si verò scuto impactum fuerit, statim ex eo propendet, & circumagitur, infimâ sui parte solum verrens, & versans. Is verò qui ictus est, neque telum scuto evellere valet, hamulis mordicus inhærentibus, neque ense amputare, quòd nimirum ad lignum pertingere non possit, ferreis laminis, quibus id obductum est, obsistentibus. Quod simul ac viderit Francus, confestim pede insultat, & proculcans imam hastam, scutum pondere sui corporis deprimit: ita ut gestantis manu sese nonnihil laxante, ac remittente, caput & pectus nudentur. Tum ille nudum hostem, neque munitum, nactus, facilè trucidat, sive securi frontem feriens, sive aliâ hastâ jugulum trajiciens. Ac talis quidem est Francorum armatura, atque ita ad prælium apparabantur. Tum de clade Francorum: *Prima quidem barbarici exercitûs pars, perfracta ordinum serie, & cæde non magnâ editâ, in postremum aciei agmen delata est: nonnulli verò etiam ulterius progressi, tanquam Romanorum castra capturi. Tum Narses, inflexis sensim, porrectisque alis, inversâ aciei fronte, equitibus sagittariis mandat, ut utrinque sagittas in hostium terga mutuò emittant, quod & ipsi facilè præstabant. Cum enim Barbari pedites essent, ipsi ex equis editiores existentes, facillimè poterant ferire distantes, expansosque, neque eis anteriùs officere valentes.* Appendix Marii, post consulatum Basilii XIV. *Eo tempore Bucellinus Dux Francorum, in bello Romano, cum omni exercitu suo, interiit.*

Anno Christi 557. Clotarii Neustr. Reg. XXXXIV. Theodebaldi Austria VII. Pergit Agathias loco citato: *Interea dum hæc geruntur, Theodibaldus adolescens, qui finitimis Italiæ Francis imperabat, ut supra à me dictum, miserrimè jam, è vivis excesserat, morbo, quo inde ab ortu laborarat, absumptus.* Durante videlicet bello Italico. Cui Theodebaldi absque prole defuncto, chronicon Marcellini vult successisse Chlotarium, excluso Childeberto, sic enim ait: *Ind. 1. P. C. Basilii, V. C. 12. Theodebaldus Francorum rex moritur, & regnum ejus,*

uxoremque

uxoremque Vanderadam, Chlotarius rex, patris ejus Theodeberti patruus, accepit, qui jam XLIV. annis regnabat. Sic & Marius: *Theodebaldus rex Francorum obiit, & obtinuit regnum ejus Chlotocharius, patruus patris ejus.* Melius Agathias loco citato, ita pergens: *Cum verò Childebertum, & Chlotarium, utpotè genere proximos, lex patria ad hereditatem juvenis vocaret, gravis statim inter eos contentio est orta, quaque parum aberat, quin totum genus perderet. Childebertus enim jam senex erat, & praterquam quod gravis annis esset, accedebat etiam summa infirmitas: adeò ut ipsi totum corpus colliquatum, tabidumque, esset. Neque ulla ei erat proles mascula, qua succederet in regnum; sed filias tantum habens, consenuerat. Chlotarius verò valido adhuc erat corpore, neque admodum senex; primas tantum rugas contraxerat, & filios habebat quatuor, admodum juvenes, atque animosos, & ad audendum promptos. Quocirca non adeunda, dixit, fratri, bona Theodibaldi, quippe quod brevi etiam ipsum Childeberti regnum, ad se, & filios suos, esset devoluendum. Neque eum fefellit sua spes. Senex enim ille, suâ sponte, ipsi hereditate cessit: veritus, uti puto, viri potentiam, ipsiusque inimicitiam declinare cupiens. Paulòque post ipse quidem excessit è vivis. Vniversum verò Francorum imperium ad solum Chlotarium est devolutum.* Durante contentione, Austrasiæ partem inferiorem, sibique vicinam, Brachbantum videlicet, & Hollandiam nunc appellatam, ad Rhenum usque, tenuit Chlotarius, atque in Saxones, nunc Frisios, arma movit, unde apud Marium legitur eodem anno: *Saxonibus rebellantibus, Chlotocharius rex, cum gravi exercitu, contra ipsos dimicavit; ubi multitudo Francorum, & Saxonum ceciderunt, Chlotarius tamen rex victor abscessit.* Gregorius Turonensis quoque: *Rebellantibus Saxonibus Chlotarius rex, commoto, contra eos, exercitu, maximam eorum partem delevit, pervagans totam Toringiam, ac devastans, pro eo quod Saxonibus suppetias præstitissent.* Matthias Hovius, Turingos, hìc, aliisque locis, apud Gregorium Turon. interpretatur Dordracenses, & Durostadenses, vicinosque Hollandos; at certum est Turingos ultra-rhenanos fuisse, & non maritimos, ut jam sæpius inculcatum. Malè hæc Sigebertus collocat anno præcedente, quo adhuc in vivis erat Theodebaldus Austrasiæ rex, cujus regni pars erant Hollandia, & Brachbantum, & Saxones tributarii, adeò ut Chlotario regi Neustriæ, nundum tunc potuerint rebellare. Marius, & appendix Marcellini, scribunt Childebertum hoc adhuc anno Chlotario infestum, Chramnum ejus filium in patrem incitasse. Marii verba sunt: *Chramnus filius Chlotocharii regis, sollicitante Childeberto patruo suo, ad ipsum latebram dedit.* Per hæc tempora Childebertus legatos Romam misit, pro reliquiis ad Pelagium Papam, qui ea de re sic scribit ad Sapaudum episcopum Arelatensem, totâ Galliâ vicarium Pontificium: *DILECTISSIMO FRATRI SAPAVDO PELAGIVS. Quia legati filii nostri gloriosissimi regis Childeberti beatorum Apostolorum, Petri, & Pauli, & aliorum SS. Martyrum reliquias popôscerunt, necesse habuimus Hominem-bonum subdiaconum de clero nostro*

L.4.c.10.

stro dirigere, qui eas usque ad fraternitatem tuam cum reverentia deportares. Exstat ibidem Pelagii Papæ epistola ad eundem Sapaudum, quâ vices suas in Gallia ei delegat, & pallii usum impertitur; jubetque nequis absque ejus authoritate remotiores Galliæ regiones adeat evangelii causâ. Hoc etiam inter alia ea epistola continet: *Vsum quoque pallii tibi alacriter, affectioseque concedimus; pariter etiam pallium dirigentes, ut in tanti loci fastigio constitutus, praclaro quoque habitu decoreris; scituris omnibus ecclesiastici gradus hominibus, nullam habere licentiam, sine formata tua caritatis, ex quacumque Galliarum parte, longiores petere regiones.* Quod Pelagius aliâ epistolâ indicat ipsi Childeberto regi, cujus titulus legitur talis: *DOMINO FILIO MERITO GLORIOSISSIMO, ATQVE PRÆCELLENTISSIMO CHILDEBERTO REGI PELAGIVS.* Ejusdem tituli est diploma Pelagii, quo Childeberto denuntiat articulos fidei suæ, populo proponendos, quod vide apud Baronium hoc anno, & Sirmond. tom. 1. conc. Gall. Fuit & hoc tempore celebratum III. Concilium Parisiense, sub Childeberto Rege Parisiensi, ubi rursus Canone IV. *Nullus illicita conjugia contra praceptum Domini sortiri prasumat, id est, fratris relictam, nec novercam suam, relictamque patrui, vel sororem uxoris sua, sibi audeat sociare: neque avunculi quoque relicta; neque nurus sua, vel matertera conjugio potiatur. Pari etiam conditione à conjugio amita, privigna, ac filia privigna conjunctionibus, pracepimus abstineri.* Item Canon. V. *Sacrarum etiam virginum, neque per raptum, neque per competitiones aliquas, quisquam conjugia sortiatur. &c.* Can. VI. *Nullus viduam, neque filiam alterius, extra voluntatem parentum, aut rapere prasumat, aut Regis beneficio aestimet postulandam. Quod si fecerit, simpliciter ab ecclesia communione semotus, anathematis damnatione plectatur.*

Sirmond. ibid. f. 307. Ibid. f. 308. Fol. 315.

Anno Christi 558. Clotarii Neustr. Reg. XXXXV. Austrasia cum fratre Childeberto I. Chramnus patri suo Hlotario, annuente patruo Hildeberto, rebellans, regnum Francorum seditione perturbat, Saxones factione Childeberti in Francia pradas egerunt; Hildebertus Rhemensem Campaniam populatur. Ita appendix Chron. Marcell. Meminit & chronicon Marii episcopi ibidem. E quibus collige, hoc demum anno, & sub finem vitæ, Childebertum inimicitiam fratris declinasse, & Theodebaldi bona ei adeunda permisisse, quod Agathias etiam supra scripsit.

Chesne t. 1. f. 217. Item 214.

Anno Christi 559. Clotarii Neustria Reg. XXXXVI. Austrasia cum fratre Childeberto II. Hildebertus rex Francorum moritur, & Parisius in Basilica S. Vincentii à se constructa sepelitur, regnum ejus frater Hlotarius assumens, totam paterni regni monarchiam obtinuit. Appendix chron. Marcell. & Marius. Eodem anno obiit 4. nonas Martii, Pelagius papa, *qui sedit annos quatuor, menses decem, dies decem & octo*, ut est in epitaphio eius apud Baronium, vacat sedes menses 2. dies 12. Ioannes III. creatus 4. Kal. Iun. consecratus 16. Kal. Aug. sed. ann. 13. dies 16. *Onuphr.* at malè ad annum 561.

Anno

Anno Christi 560. Clotarii Neustriæ Reg. XXXXVII. Austr. III. Reliqua Francorum monarchiæ I. Chlotarii, totius nunc Franciæ monarchæ, exstat constitutio generalis apud Sirmondum hoc titulo: *CHLODACHARIUS REX FRANCORUM OMNIBUS AGENTIBUS, per hanc generalem auctoritatem, præcipientes, jubemus; ut in omnibus causis antiqui juris norma servetur, & nulla sententia à quolibet judicum vim firmitatis obtineat, quæ modum legis, atque æquitatis, excedit. In parentum ergo successionibus, quicquid legibus decernitur, observetur, omnibus, contrà impetrandi aliquid licentiâ derogatâ: quæ si quolibet ordine impetrata fuerit, vel obtenta, à judicibus repudiata, inanis habeatur, & vacua. Si quis in aliquo crimine fuerit accusatus, non condemnetur penitus inauditus, sed si in crimine accusatur, & habitâ discussione fuerit fortasse convictus, pro modo criminis sententiam excipiat ultionis. Inter Romanos negotia causarum Romanis legibus præcipimus terminari. Si quis auctoritatem nostram, subreptitiè contra legem elicuerit, fallendo principem, non valebit. Si judex aliquem contra legem injustè damnaverit, in nostri absentia ab episcopis castigetur; ut quod perperè judicavit, versatim meliùs discussione habitâ, emendare procuret. Nullus per auctoritatem nostram matrimonium viduæ, vel puellæ, sine ipsarum voluntate, præsumat expetere; neque per suggestiones subreptitias rapiantur injustè. Sanctimoniales nullus sibi in conjugium audeat sociare. Ut auctoritates cum justitia, & lege competente, in omnibus habeant stabilem firmitatem; nec subsequentibus auctoritatibus contra legem elicitis vacuentur. Ut oblationes defunctorum ecclesiis deputatæ, nullorum competitionibus auferantur, præsenti constitutione præstamus. Agraria, pascuaria, vel decimas porcorum, ecclesiæ pro fidei nostræ devotione concedimus; ita ut actor, aut decimator in rebus ecclesiæ nullus accedat, ecclesiæ, vel clericis, nullam requirant agentes publici functionem, qui avi, vel genitoris, aut germani nostri immunitatem meruerunt. Quæcumque ecclesiæ, vel clericis, aut quibuslibet personis, à gloriosæ memoriæ præfatis principibus, munificentiæ largitate conlata sunt, omni firmitate perdurent. Quicquid Ecclesia, clerici, vel provinciales nostri, intercedente tamen justo possessionis initio, per xxx. annos inconcussâ jure possedisse probantur, in eorum ditione res possessa permaneat: nec actiò tantis avi spatiis sepulta ulteriùs contra legum ordinem, sub aliqua repetitione consurgat, possessione, in possessoris jure, sine dubio permanente.* Unde inter cætera notandum, Francos Romanis permisisse suis legibus uterentur, quare viguit apud Francos lingua Latina in Regum palatiis etiam exercitata, ut antea frequenter est annotatum.

T. 1. conc. Gall. fol. 318.

L. 1. Prodr. cap. 7. fol. 37.

Anno 561. Clotarii Neustriæ Regis XXXXVIII. Austr. IV. Totius Francorum monarchiæ II. Pergit in rebellione Chramnus, de quo vide Gregor. Turon.

L. 4. c. 17.

Anno 562. Clotarii Neustriæ Regis XXXXIX. Austrasiæ V. Totius Francorum monarchiæ III. Marius in Chronico: *Chramnus, post sacramenta, quæ patri dederat, ad Britannos petiit; & moliens regnum patris invadere, adversus ipsum, cum Britannis movere ausus est; multaque*

que loca graviter depradavit. Ad cujus insaniam reprimendam pater cum exercitu properavit, & interfecto Comite Britannorum, Chramnum vivum cæpit, incensumque cum uxore, & filiis, totius regionis incidit L.4.c.10. *excidium.* Vide latiùs in Gregor. Turon.

Anno Christi 563. *Clotarii Neustriæ Regis L. Austrasiæ VI. Totius monarchiæ IV.* Hoc demum anno contigit exustio, & mors Chramni, videlicet uno anno ante mortem Clotarii, ut sequentia nos docebunt. Post combustionem Chramni pauco tempore supervixisse S. Medardum, docemur ex Fortunato, in ejus vita: *Cum autem beatus hic Pontifex vitæ appropinquaret ad exitum, contigit Chlotarium regem, postquam Granum filium suum, cum uxore sua, ac filiabus, combusserat, à regione reverti Britannorum. Cognitâ verò hujus invalitudine pontificis, ad eum visendum humiliter festinavit, ejus se non diffidens, contra diabolicas infestationes, benedictione muniri, & intercessione, apud divinam Majestatem reconciliari. Cum ergo in hac regali visitatione, in conspectu ejusdem, & principum, de sepultura pontificis tractaretur, suorum assensu filiorum, sua se in sede sanctus ipse praordinavit sepeliendum. Cujus sententiæ obstinate Rex animo resistens, Suessionis eum constituit transferendum, asserens se super corpus ejus Basilicam decenter ædificaturum, & ad laudem, & gloriam divinæ Majestatis, cœnobialem servorum Dei regulam ordinaturum. Cessit igitur beatissimus Pontifex regiæ dispositioni, & indefessè se suosque Domino commendans finitô oratione spiritum exhalavit. Manè verò facto, cum episcopi, quibus interesse contigerat, suum defuncto celebrassent officium, inæstimabilis multitudo convenit nobilium, de castellis, & civitatibus; de agris, & municipiis adjacentibus, inæstimabilis accurrit conventus: alii ejus devotè desiderantes interesse obsequiis, alii admodum lugentes patrem separari à filiis. Per medias ergo plorantium lacrymas Rex irrumpens cum episcopis & optimatibus, suis ipsius humeris corpus sustulit sanctissimum, Suessionis, sicut ipse prædixerat, efferre volens ad sepeliendum.*

Anno Christi 564. *Clotarii Regis Neustriæ LI. Austrasiæ VII. Totius monarchiæ Francorum V. Chilperici Regis Neustriæ, & Sigeberti Regis Austrasiæ I.* Eodem annò obiisse Clotarium docet ibidem Fortunatus: *Peractis celeberrimè beatissimi Dei athletæ inferiis, Rex Clotarius supra venerabile Sancti corpus, parvum ad tempus, jussit ædificari tugurium, quousque, ad faciendam inibi ecclesiam, necessaria pararet expensarum. Contractô verò, undecumque potuit, non parvô pecuniâ, sanctum illud Dei habitaculum instanter ordiri perproperabat, & plerisque negociis postpositis, ad hoc perficiendum enixiùs elaborabat. Fecissetque parvo in tempore, quod benevolè conceperat mente, nisi secundum quod unicuique imminet, rebus eum humanis intempestivè contigisset excessisse. Cum enim in Cotio sylva venatu exerceretur, validâ, proh dolor! correptus febre, cum ad Compendii Palatium repedasset, parvo post tempore morte præventus, postmodum verò in ecclesia eadem, quam jam ædificare cœperat, ante scilicet sancti Medardi altare, honorificè est sepultus. Expensas verò, quas huic præparaverat operi, secundum quod David*

Rex

Rex filio suo Salomoni ad templi Domini ædificationem fecerat, filio suo, Sigiberto nomine, ad ædificationem Ecclesiæ, quam Deo voverat, expendendas dereliquit. Sic & Gregor. Turonensis, l. 4. c. 21. *Rex Clotarius quinquagesimo primo regni sui anno, dum in Cotia silva venationem exerceret, à febre corripitur, & exinde Compendium villam rediit. In qua cum graviter vexaretur à febre, ajebat: Vua! quid putatis, qualis est ille Rex cœlestis, qui sic tam magnos Reges interficit? In hoc enim tædio positus, spiritum exhalavit. Quem quatuor filii sui cum magno honore Suessionas deferentes, in Basilica beati Medardi sepelierunt. Obiit autem post unum decurrentis anni diem, quo Chramnus fuerat interfectus.* Ante mortem author fuit Basilicæ, posteà exstructæ S. Medardo Cameraci, à S. Gaugerico Episcopo Atrebatense, & Cameracense, unde sic Chron. Cameracense, Balderici, l. 2. c. 4. *Tempore namque hujus pontificis, ut ipsius vitam legentibus liquet, in vertice montis, ubi nunc monasterium est, habebatur veteris dementiæ lucus, ritibus videlicet dæmonicis, priscis temporibus, ad subversionem animarum, ab idololatris dedicatus, unde vir domini gaudenter memorandus, divinò consilio afflatus, lucum succidere æstimavit, atque idolis stirpitus eversis, Basilicam in honorem beati Medardi construxit, sicque locum spurcitiæ deditum fecit orationis, & sacrificii domum, sanè sibi prævidens inibi suæ dormitionis mausolæum, & grata mansionis habitaculum.* De eodem ita Massæus in Chron. *Gaugericus convertit populum, convertit & Regem Clotarium, qui dedit ei copiosum thesaurum, quo monasterium construxit in monte, ubi nunc quiescit.* Apud Gregorium sequitur cap. 22. *Clotarii filii quatuor, id est, Charibertus, Guntchramnus, Chilpericus, atque Sigibertus, divisionem legitimam faciunt. Deditque sors Chariberto regnum Childeberti, sedemque habere Parisius: Guntchramno verò, regnum Chlodomeris, ac tenere sedem Aurelianensem: Chilperico verò, regnum Chlotarii patris ejus, cathedramque Suessionas habere: Sigiberto quoque, regnum Theoderici, sedemque habere Metensem.* Horum soror Clodosuintha nupserat Albuino Regi Longobardorum, ut est apud Turonensem. Altera Blitildis, Ansberto, senatori Franco, de quo v. l. prodr. cap. 22. fol. 433. à quo Pipini, & Caroli magni stemma ibi deductum. Apud Turonensem sic lego, l. 4. cap. 3. *Chlotarius de diversis mulieribus, septem filios habuit, de Ingunde, Guntharium, Childebertum, Charibertum, Guntchramnum, Sigebertum, & Clotsindam filiam; de Arigunde verò, sorore Ingundis, Chilpericum; de Chunsina, habuit Chramnum.* Gundeucam credo intelligit viduam germani sui Chlodomeris, de qua Turon. l. 3. c. 6. Sed & Theodebaldi Regis Austrasiæ, pronepotis sui viduam Vuldetrudam, habuisse Clotarium uxorem, scribit idem Gregorius l. 4. cap. 9. subjungens tamen: *Sed increpitus à Sacerdotibus reliquit eam, dans ei Garivaldum.* Regis ad exemplum, procul dubio, & nobilitas, & populus, ad illicita connubia, quæ gentilismus toleraverat, relapsi sunt, unde tot Canones variorum Conciliorum adversus incestas nuptias, & raptores, supra recitati. Scribit &

Gregorius in vita S. Nicetii, Trevirorum episcopi, eum à Chlotario in exilium missum fuisse, quod crebris objurgationibus Regem insectaretur, dum alii contrà Episcopi ei adularentur, unde, mirum non est, eo vivente, Christianam religionem, parum fuisse

L.4.c.23. propagatam. Pergit Turonens. *Post mortem Clotarii Regis, Chunni Gallias appetunt, contra quos Sigebertus* (Austrasiæ Rex) *exercitum dirigit, & gesto contra eos bello, vicit, atque fugavit. Dum autem cum eis turbatus est Sigebertus, Chilpericus frater ejus, Remos pervadit, & alias civitates, quæ ad eum pertinebant, abstulit; ex quo inter eos bellum civile surrexit. Rediens autem Sigebertus victor, à Chunnis, Suessionas civitatem occupat, ibique inventum Theodebertum, Chilperici Regis filium, apprehendit, & in exilium transmisit. Accedens autem contra Chilpericum, bellum commovit, quo victo, atque fugato, civitates suas in suam dominationem restituit.* Tornacum tum fugisse Chilpericum, omnino existimo, ubi Regiam constituit, domibus ad id ei traditis, à Chrasmaro Episcopo, & Canonicis, quibus, eam ob rem, telonium, & fiscum concessit, de quo exstat hoc diploma in archivis ecclesiæ Tornacensis, datum anno regni ejus primo, in hanc sententiam. *IN NOMINE OMNIPOTENTIS DEI, ET SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI. CHILPERICVS DIVINA PRÆVENIENTE CLEMENTIA REX FRANCORVM. Quanto alios Regiâ celsitudine præcellimus, tanto Christum honorare, & ejus ecclesiam, impensius volumus. Et in Christi repensionibus, sacerdotum, & pontificum, vel servorum Dei, quæ pro eorum utilitatibus pertinent, libenter præstamus, vel concedimus; & hoc nobis, ad laudem, vel stabilitatem regni nostri, in Dei nomine pertinere confidimus. Idcirco noscat fidelium humilitas, vel magnitudo, quod nos apostolico viro domino Chrasmaro, Noviomagensis, vel Tornacensis urbis Episcopo, teloneum de navibus, super fluvio Scalt, qui pertinet ad fiscum Tornacum, vel quolibet commercia, seu & de caringia, vel de sagenas, nec non de ponte super fluvio Scalt, vel de omnibus venalibus ubicumque vendantur ... undecumque teloneus exigitur, sicut fiscus noster, & regia potestas vendicare potest, imò & justitiam de ipso teloneo, in stipendiis Canonicorum ..... nostrâ gratiâ plenè visi sumus concessisse. Quapropter per hoc præceptum specialius decernimus pro donando, quod perpetualiter circa ipsum dominum Chrasmarum pontificem, vel ipsius sancta ecclesia Tornacensis successoribus suis, pro tempore volumus esse concessum. Datum Bibrax, Chilperici anno primo, Indictione*

Cod. Donat.l.2. c.6. l'Histoire de Tournay. *XIIII. in Dei nomine feliciter, Amen.* Bibrax à Miræo exponitur *Bray.* Aut *Bresne*, Cosin *Bray*, at oppidum Rhemorum dicitur à Cæsare, comm. 2. de bello Gallico. *Ab ipsis Castris oppidum Remorum nomine Bibrax, aberat millia passuum IIX.* Oudoeno in vita S. Eligii, *Tornacum* dicitur, *Regalis civitas*, ab eo videlicet tempore, quo Chilpericus amissâ Suessione, regni Neustrici sedem Regiam constituit Tornaci. Porro ex hoc diplomate colligitur, Medardo Chrasmarum in episcopio Tornacensi substitutum fuisse, cujus nemo hactenus fecit mentionem, atque incerta esse, quæ de

Augustino, Gondulpho, Ebrulpho, Episcopis scripta reperimus, re ecclesiasticâ, toto Belgio, durante bello civili inter Reges fratres, vehementer conturbatâ. Neque dubium, quin & Chrasmarus fuerit episcopus Noviomensis, nam ad annum usque 1146. utriusque urbis, idem, unusque fuerat episcopus, ita tamen, ut ecclesia Tornacensis, Noviomensi unita dici non posset, multo minus subjecta. Vt est. in bulla Eugenii III. Papæ, data Viterbii anno prædicto, quo peculiarem Tornacenses episcopum obtinuêre. Eius verba, sic refert Cousin l. 1. fol. 310. *Tornacensis ecclesia ex antiquo episcopalis sedes noscitur extitisse, & pastorem proprium habuisse, cujus curam, & administrationem, quamvis Noviomensis episcopus longo tempore habuerit, non tamen Noviomensi ecclesiæ subjecta, aut unita fuisse legitur, &c.* Porro ex Chilperici superiore diplomate, apparet errasse Meyerum, scribentem anno demum 578. donationem illam Chrasmaro factam fuisse, qui fuit Chilperici XV.

Anno Christi 565. Chilperici Regis Neustriæ, & Sigeberti Austr. II. Sigebertus Austrasiæ rex ducit Brunichildim, ut notat Miræus, filiam Athanagildi Gothi Hispaniæ Regis, v. Gregorium Turon. Eodem anno, idibus Augustis, Iustinianus Imp. mortuus est, Anicius Iustinus Iunior, imperat annos 10. menses 10. dies 20. *Onuphr.* In Chron. Belg. L. 4. c. 27.

Nicetius Trevirorum episcopus, ab exilio revocatus à filiis Clotarii, ad Clodosuindam, Chilperici sororem, Clotarii filiam, scribit, ut Alboînum Longobardorum Regem instruat in fide orthodoxa, & ad Catholicam fidem adducat, ad exemplum Crotildis, uxoris Clodovæi. Epistolæ ejus partem attulimus superiùs ad annum Christi 500. fol. 3. Alboîni ita meminit Sigebertus, anno 543: *Andobim mortuo, Albuin filius ejus regnat super Longobardos, in Pannonia, annis 24.* Erant verò tum Longobardi populi Germaniæ, ultra-rhenanæ, sic dicti, vel à longis barbis, Langhebaerden/ ut quidem volunt, vel à longis securibus, nam barde theotiscis fuit securis, & bipennis, unde Hellebârde/ & Hallebarde hodieque in usu. Est autẽ citra controversiã, Nicetium Trevirorum episcopum, Germanos plurimos, tam cis, quam ultra Rhenum, & Theotiscos, habuisse in sua diœcesi. Beda: *Anno Incarnationis dominicæ quingentesimo sexagesimo quinto (quo tempore gubernaculum Romani imperii post Iustinianum, Iustinus minor accepit) venit de Hibernia presbyter, & abbas, habitu, & vitâ monachi, insignis nominis, nomine Columba, Britanniam; prædicaturus verbum Dei provinciis Septentrionalium Pictorum, hoc est, eis, qui arduis, atque horrentibus montium jugis, ab Australibus eorum sunt regionibus sequestrata: namque ipsi Australes Picti, qui intra eosdem montes habent sedes, multo ante tempore (ut perhibent) relicto errore idololatriæ, fidem veritatis acceperant, prædicante eis verbum Nyniâ piEscopo, reverendissimo, & sanctissimo viro, de natione Britonum, qui erat Romæ regulariter fidem, & mysteria veritatis edoctus; cujus sedem episcopatûs, sancti Martini episcopi nomine, & ecclesiâ insignem (ubi ipse etiam corpore, unà cum pluribus sanctis requiescit) jam* L. 3. c. 4.

nunc Anglorum gens obtinet. Qui locus ad provinciam Bernisiorum pertinens, vulgò vocatur: ad eandidam easam; eò quod ibi ecclesiam de lapide, insolito Britonibus more, fecerit; venit autem Britanniam Columba, regnante Pictis Bridio, filio Meilochon, Rege potentissimo, nono anno Regni ejus, gentemque illam verbo, & exemplo, ad fidem Christi convertit. Columba hic postea *cum duodecim sociis in Galliam venit*, ut habet Ionas in ejus vita, multorum monachorum futurus pater. V. anno 573. & 594. Dictus in Gallia Columbanus.

Anno Christi 566. Chilperici Regis Neustriæ, Sigeberti Regis Austrasiæ III. Exactis 25 annis à consulatu Basilii, Imp. Orientis, dicti Consules perpetui; sequentium verò seculorum res gestæ, Imperatorum, aut Regum Franciæ, annis, apud veteres scriptores imposterum sunt notati. Quod & nos hoc libro jam inde ab anno Christi 500. imitati sumus. Circa hoc tempus, cum Saxones rursus infestassent Austrasiæ regnum, junctis armis, Chilpericus, & Sigebertus Reges fratres, eis bellum indixerunt. Meminit ejus Gregorius Turon. l. 4. c. 23. ut legi in veteri M. S. Quod cum in omnibus Gregorii Turonensis editionibus omissum sit, hîc inserendum putavi. Est verò in eodem M. S. L 4. cap. 22. idem quod in vulgatis, cap. 28. usque : *sed ad cœpta redeamus.* Sequitur verò ibidem cap. 23. in hæc verba : *Dicam qualiter iniquissima Fredegundis, dominam suam Andoveram Reginam deceperit, nam ipsa Fredegundis ex infima sui familia erat. Cum ergo Chilpericus Rex in hostem cum Sigeberto fratre suo contra Saxones pugnassent, Andovera Regina sua gravida remansit, peperitque filiam. Fredegundis autem per ingenium dedit ei consilium, dicens: Domina, ecce dominus meus Rex, cum victor revertetur, quomodo potest filiam suam, non baptisatam, gratulanter recipere, & deosculari? cum verò hæc audisset Regina, baptisterium præparare præcepit, vocavitque Episcopum, qui eam deberet baptisare; cumque Episcopus adfuisset, non erat ad præsens matrona, quæ eam puellam de fonte susciperet, & ait Fredegundis, nunquid tui similem invenire poterimus qui eam suscipiat? tum & modo ipsa: suscipe jam, & illa ignara ejus doli, filiam de sacro fonte suscepit, veniens ergo Rex victor, exivit obviam ei Fredegundis, & ait: Deo gratias, quod dominus Rex noster victoriam recepit de adversariis suis, nata est ergo tibi filia. Sed cum qua dormies hoc nocte dominus meus Rex, quia Regina domina mea commater tua est, de filia tua Chilsunda, cumque introisset Rex in aulam suam, occurrit ei Regina cum ipsa puella; & ait Rex: nefandam rem fecisti, per simplicitatem tuam, jam conjux mea amplius esse non poteris; tunc rogavit eam sacro velamine induere cum filia sua, deditque ei prædia multa, & villas; Episcopum verò, qui eam baptisavit, dampnavit exilio. Fredegundem verò, ut diximus, copulavit stratui suo.* Eadem mutatis verbis v. in Aimono l. 3. cap. 6. Sed &, haud multo post, duxit & Chilpericus Galsuintham sororem Brunechildis, ut est apud Gregorium Turon. l. 4. cap. 28.

Anno Christi 567. Childerici Regis Neustr. Sigeberti Austrasiæ IV.

Habitum

Habitum Conc. Lugdunense II. jussu Guntchramni regis, cujus meminimus libro prodromo priore; & Turonense jussu Chariberti, ubi inter alia Can. 3. *Vt Corpus Domini in altari non imaginario ordine sed sub crucis titulo componatur.* Can. 14. *de scola communi apud monachos, de jejuniis, & psalmis monachorum.* Can. 21. *De incestuosis conventionibus.* Can. 22. *Enimverò quoniam cognovimus, nonnullos inveniri sequipedas erroris antiqui, qui Kalendas Ianuarii colunt, cum Ianus homo gentilis fuerit, rex quidem, sed Deus esse non potuit. Quisquis erga unum Deum patrem regnantem cum Filio, & Spiritu Sancto credit, certè sic non potest integer Christianus dici, qui aliqua in gentilitate custodit. Sunt etiam, qui in festivitate Cathedræ domini Petri Apostoli, cibos mortuis offerunt, & post missas, redeuntes ad domos proprias, ad gentilium revertuntur errores, & post Corpus Domini, sacratas dæmoni escas accipiunt.* Erat hoc tempore Archiepiscopus Remensis Mappinius, cujus hortatu Vltrogotha, Childeberti uxor, in viduitate permansit, & bona contulit ecclesiæ Rhemensi. Colvenerius in catalogo ex Flodoardo. Cap 8. fol. 54. Ibid. cap. 7. fol. 39. L.2.c.1.

Anno Christi 568. Chilperici Regis Neustriæ, & Sigeberti Regis Austrasiæ V. Gregor. Turon. l. 4. cap. 35. *Alboinus Longobardorum Rex, qui Chlothosindam, Regis Chlotarii, filiam habebat, relictâ regione sua, Italiam, cum quatuor milium Longobardorum gente petiit. Nam commoto exercitu, cum uxoribus, & liberis abière, illic manere deliberantes. Quam regionem ingressi, maximè per septem annos pervagantes, spoliatis ecclesiis, sacerdotibus interfectis, in suam redigunt potestatem. Mortuâ autem Chlothosinda uxore Alboini, aliam duxit conjugem.* Itaque non habuit eum successum Nicetii epistola ad Chlosuindam, supra ann. 500. fol. 3. recitata, quam Remigii adhortatio ad Chrotildim, uxorem Clodovæi I. De Longobardis ita Miræus in Chron. Belgico fol. 117. *Longè ante Theodosii tempora, Paterculus, Strabo, Tacitus, & Ptolemæus, Longobardorum meminerunt: qui omnes in illo Germaniæ tractu eos collocant, quem hodie Brandeburgenses, & Magdeburgenses, ad dexteram Albis ripam, incolunt, de nomine tamen Longobardorum vera tradidisse lib. 1. cap. 9. Varnefridum facilè crediderim, his verbis:* Certum & Langebardos ab intactæ ferro barbæ longitudine appellatos. Nam juxta illorum linguam, Lang longam, Bard, barbam significat. *Ceterùm anno 526. Longobardi,* Audoino *Rege, Pannoniam invaserunt. Hujus filius* Alboinus, *circa annum 568. in Italiam primus pervenit, ut Varnefridus tradit. Idem Mediolanum, Ticinum, & alias plures Italiæ urbes subegit. Sicque paulatim Longobardi magnam Italiæ partem obtinuerunt; Roma tamen & Ravenna exceptis. Ab iis item tractum est Longobardiæ nomen, quod penes amplam Italiæ provinciam hodiéque manet. Postremus eorum Rex* Desiderius *à Carolo magno Francorum Rege an. 778. captus, Leodicum in exilium est missus. Ejus filius* Adalgisus *Constantinopolim fugit; ubi à Constantino Copronymo, Patriciatus honorem est adeptus. Eodem tempore quo Longobardi in Italia dominabantur, Ravennam* Exarchi *tenuerunt, Græci erant Præfecti, qui*

Constantinopoli ab Imperatore eò mitti consueverant; & contra Langobardos reliquias illic Imperii Romani tutabantur. Sub annum 568. Longinus *Patricius, primus Ravennam Exarchus, est missus, amoto Narsete. Postremus Eutychius fuit, sub quo Aistulphus Longabordorum Rex Ravennam circo annum 752. armis accupavit. Et sic annis circiter 185. Exarchi Græci Ravennæ præfuerunt.*

Anno Christi 569. Chilperici Regis Neustriæ, Sigeberti Regis Austrasiæ VI. Calculo Miræi, obiit Charibertus Rex Parisiorum, cumque ex Ingeberta uxore filios non haberet, regnum ejus inter
L.4.c.26. fratres est divisum. V. Gregor. Turon. Vbi tradit eum à. S. Germano excommunicatum, quod uxori suæ alias superinduxisset.
L.9.c.33. Filiarum Chariberti, meminit Gregor. Tur. *Bertefledis monasterium*
L.9.c.38. *ingressa, in atrio S. Martini.* Item: *Crodieldis monialis in monasterio Pictavensi:* Tertiæ, quam natu maximam scribit du Chesne, dictam Edelburgam, meminere Anglicarum rerum scriptores, traduntque uxorem fuisse Ethelberti Regis Cantiæ, cujus operâ Angliæ regnum, fidem Christianam, pro maxima parte, suscepit.

Anno Christi 570. Chilperici Regis Neustriæ, Sigeberti Regis Austrasiæ VII. Alboinus Mediolanum capit 3. Sept. ind. 3. & inde se Regem Italiæ nominat, Paul. diac. Meyerus ad hunc usque annum, supervixisse scribit S. Vedastum, anno demum 531. à D. Remigio Atrebatibus Episcopum datum, quo tempore, & Morinis præpositus fuerit Antimundus; sed vide à nobis scripta ad annum 500. 556,

Anno Christi 571. Chilperici Regis Neustriæ, Sigeberti Regis Austrasiæ VIII. Tenuerat Charibertus cum regno Parisiensi, regnum Aurelianense, quod ultra Ligerim porrigebatur. Eas provincias, quamquam fratres inter se divisissent, ut supra ad annum 568. novæ contentiones, & bella sunt exorta, de quibus sic Gregor.
L.4.c.40. Turonensis: *Post mortem Chariberti, cum Chilpericus Turonos, ac Pictavos pervasisset, quæ Sigeberta Regi per pactum, in parte venerant, conjunctus Rex ipse cum Guntchramno fratre suo, Mummalum eligunt, qui has urbes ad verum dominum revocare deberet. Qui Turonos veniens, fugato exinde Chlodovaa, Chilperici filia, exactis à populo, ad partem Regis Sigeberti, sacramentus, Pictavum accessit. Sed Basilius ac Sigarius Pictavi cives, collectâ multitudine, resistere voluerunt. Quos de diversis partibus circumdatas appressit, obruit, interemit. Et sic Pictavum accedens, sacramenta exegit.* Eodem anno Domitiano in episcopium Tongrense successit Monulphus, qui sedit annis 39. *Bucher.* ad Chronicon Leodiense.

Anno Christi 572. Chilperici Reg. Neustriæ, Sigeberti Reg. Austrasiæ IX. Sigeberto regi Austrasiæ, ex Brunichilde, filius nascitur, Chil-
L.8.c.4. debertus, *in die sancto Pascha*, ut loquitur Gregor. Turonensis. *Idem Baptismum in die S. Pentecostes accepit, & postea Rex in die S. dominica Nativitatis est elevatus.* Gregor. ibid. Item: *Vix lustra ætatu uno jam peracta, die Dominici Natalis regnare cœpit.* Vide ad an-
L.5.c.1. num

num. 577. Recrudescit hoc tempore bellum civile inter fratres, de quo Gregor. *Clodoveus verò Chilperici filius de Turonico ejectus, Burdegalam abiit. Denique cum apud Burdegalensem civitatem, nullo prorsus inquietante, resideret, Sigulfus quidam à patre Sigeberti se super eum objecit. Quem fugientem cum tubis, & buccinis, quasi labentem cervum fugans, insequebatur. Qui, vix ad patrem regredi, liberum habuit aditum. Tamen per Andegavus regressus, ad eum rediit.* Item: *Chilpericus autem Rex in ira commotus, per Theodebertum filium suum seniorem, qui à Sigeberto quondam adprehensus, sacramentum dederat, ut ei fidelis esset, civitates ejus pervadit; id est Turonus, & Pictavus, vel reliquas citra Ligerim sitas.* Et mox: *Provincias pervadit, vastat, evertit, ecclesias incendit, ministeria detrahit, Clericos interficit, monasteria virorum dejicit, puellas deludit, & cuncta devastat. Fuitque illo in tempore peior in ecclesiis gemitus, quam tempore persecutoris Diocletiani.* Item lib. eodem cap. 43. *Et adhuc abstupescimus, & admiramur, cur tanta super eas plaga inruerint. Sed recurramus ad illud, quod parentes eorum egerunt, & isti perpetrant. Illi post prædicationem Sacerdotum, de fanis ad ecclesias sunt conversi: isti quotidie de ecclesiis prædas detrahunt. Illi Sacerdotes domini ex tota corde venerati sunt, & audierunt: isti non solum, non audiunt, sed etiam persequuntur. Illi Monasteria & ecclesias ditaverunt: isti eas diruunt, ac subvertunt.* Mirum itaque nemini sit, à Regibus ita inter se dissidentibus, rem Christianam, per Flandriam, viciniaque loca, pessumdatam fuisse. Mapinius Archiepiscopus Rhemens. obiit, succedit Ægidius, affinis Iustiniani Imperat. Flod. Colv. L. 4. c. 42. L. 2. 2. hist. Rhem.

Anno 573. *Chilper. Neustr. & Sigebert. Austr. X.* Pergit Greg. ibid. cap. 44. *Sigebertus Rex gentes illas, quæ ultra Rhenum habentur, commovet, & bellum civile ardiens, contra fratrem suum Chilpericum ire destinat. Quod audiens Chilpericus, ad fratrem suum Guntchramnum Legatos mittit. Qui conjuncti pariter fœdus ineunt, ut nullus fratrem suum perire sineret.* At eo anno, ne extero milite Franciam vastarent, etiam cum Sigeberto in gratiam rediere, quæ pax vix per annum duravit. Circa hoc tempus, ut est apud Walefridum, in vita sancti Galli l. 1. *B. Columbanus, qui & Columba, B. Gallus, aliique eorum fratres Hiberni, è Britannia in Galliam transfretarunt, cumque vir Dei ad Sigebertum Regem cum suis pervenisset, rogavit eum Rex, ut intra Gallias resideret, & Regis persuasioni consensit, & acceptâ optione eremum, quæ Vosagus dicitur, cum suis intravit; invenerunt autem locum muris antiquitus septum, calidis aquis irriguum, sed in vetustate collapsum, qui vulgò Luxovium vocabatur, ibi oratorium in honorem B. Petri construentes, mansiunculas, in quibus commanerent, fecerunt, illisque ibi conversantibus multis, non solum de genere Burgundionum, sed etiam Francorum, amore vitæ laudabilis, ad ipsas confluxerunt, monastica vitæ habitu suscepta.* Ionas in vita S. Columbani, etiam sic habet: *Pervenit inter hac fama beati viri Columbani in aulam Sigeberti Regis, qui illa tempore duobus Regnis, Austrasiorum, & Burgundionum, inclytus, apud Francos*

rerum

rerum potiebatur, quorum nomen præ ceteris Galliarum populis eximium habetur; ad quem cum vir sanctus cum suis accessisset, gratus Regi, & Aulicis, effectus est, ob egregia doctrina copiam. Tandem Rex ab eo petiit, ut intrà Galliarum terminos resideret, nec se, suosque, ad alios commigrando, relinqueret: quicquid voluntas ipsius exposceret, id se præstiturum affirmans. Id ibi audivit Columbanus, obtemperavit Regis persuasioni, eremumque petiit, qua Vosagus dicebatur, vastam sonè, in qua castrum erat olim dirutum, quod antiquitus Anagrates nuncupabant. Volagus, & quædam Burgundiæ loca, sorte, aut pacto, Sigeberto procul dubio obvenere, unde, & regno Burgundionum scribitur potitus fuisse. Notandum verò Francos, Burgundiones, atque Hibernos, omnes locutos linguâ Theotiscâ; cujus usus fuit illo in monasterio; itaque neque Galli veteres Romanisantes, neque Romani, monasterium illud ingredi consueverunt, ut Theotiscæ linguæ ignari. Sed & hoc etiam advertendum, anno demum 594. in Vosago monasterii structuram consummatam fuisse, ut ex iis, quæ dicenda eo anno, & anno Christi 614. apparebit. Eodem pene tempore, *S. Vulganius, Anglus, marinos fluctus transmeans, in ipso transitu, septem annis, Morinorum rurucolam plebem, qua fidei fundamenta hauserat, informavit, & exemplis sanctitatis solidavit. Molanus.* Idem postea Atrebati claruit, obiitque ibidem in cellula juxta monasterium, non multo post tempora S. Vedasti. Ibid. Addit historiæ Auctor eum à Comitibus, & loci presbytero, multaque populi frequentia, sepultum esse, in ecclesia villæ, quæ dicitur: *bonorum virorum terminus. Arbitror,* inquit Molanus, *hanc villam, sive civitatem, esse Atrebatum, seu Nobiliacum, alteram Atrebatensem urbem, quodque propter hospitalitatem, in servos Christi, tale tunc cognomen habuerit.* Corpus ejus posteà Lensium est transportatum, ubi colitur, ut urbis patronus; hinc le-
L. 2. c.22. ges in Chonico Cameracensi: *Apud Castrum Lensense habetur quoque monasterium Canonicorum, ubi Sanctus quiescit Vulganius, qui Scotus traditur exstitisse.*

Anno 574. Chilperici, & Sigebertus XI. Ioannes Papa obiit 3. id. Iulii, vacat sedes mens. 10. dies 3. Benedictus creatur 16. Kal. Iunii, consecratur 4. non. Iunii, sed. ann. 4. mens. 2. dies 15. *Onuph.* at Baronius anno præcedente.

Anno Christi 575. Chilperici Neustr. & Sigeb. Austr. Reg. XII. Pergit Gregorius: *Ineuntes autem prælium, Theodobertus victus, in campo pro-*
L. 4. c.45. *sternitur, & ab hostibus exanime corpus (quod dici dolor est) spoliatur. Tunc ab Aunulfo quodam collectus, ablutusque, ac dignis vestibus est indutus, & ad Engolismensem civitatem sepultus.* Exstat epistola S. Germani Parisiensis Episcopi, ad Brunechildim, Sigeberti uxorem, Austrasiæ Reginam, qua rogat, ut maritum, revocet à bello. Eius initium, sic se habet apud Sirm. *DOMINÆ CLEMENTISSIMÆ, ATQVE PRÆCELLENTISSIMÆ, AC NOBIS SEMPER PIISSIMÆ DOMINÆ, ET IN CHRISTO SVMMÆ ECCLESIÆ FILIÆ, BRV-*
T.1.Conc. Gall. fol. 355. *NICHILDI REGINÆ, GERMANVS PECCATOR. Quia eo tempore,*

quando

quando minor erat numerus populi Christiani, & cum Dei auxilio licebat residere quietum, cum Apostolis dicebant: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. *Nunc è contrario tam funestos & luctuosos ante oculos habentes dies, flentes dicimus: Ecce dies tribulationis, & perditionis nostra adveniunt.* Item: *Vulgi verba iterantes, qua nos maximè terrent, vestra pietati in notitiam deponimus, qua ita disseminata loquentium ore detrahunt, quasi vestro voto, consilio, & instigatione, dominus gloriosissimus Sigebertus rex tam arduè hanc velit perdere regionem. Non propterea hac dicimus, quasi à nobis credatur: sed supplicamus, ut nulla occasio tribuatur dicendi, unde vobis tam maximum, & periculosum generetur blasphemium. Hac dolens scribo, quia video qualiter pracipitantur, & Reges, & populi, ut Dei incurrant offensam. Ita legimus: Quicumque in brachiis sui fortitudine speravit; antea confusionem, quam victoriam promeruit. Quicumque adminiculo gentis sibi adjuvari posse confidit, antea periculum mortis, quam salutem promeruit. Quicumque propter copiam auri, & argenti elevatur in superbiam, antea desolationis opprobrium sustinebit.* Item: *Inhonesta victoria est, fratrem vincere, domesticas domos humiliare, & possessionem à parentibus constructam evertere. Contra semetipsos pugnant, suamque felicitatem exterminant; de sua perditione gaudet accelerans inimicus.* Item: *Quia sacerdotibus praceptum est,* ut tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo opera eorum, *ergo pissima domina intelligite mysterium, & cavete exemplum. In principio duobus fratribus commissus erat mundus. Vnus ex ipsis Cain fratricidium perpetravit, & usque septuplum punitionis sententiam suscepit. Ioseph fratres sui per invidiam vendiderunt, & postea servituti ipsius subjugati sunt. Saül sanctum David per invidiam nitebatur occidere: ipse postea in eum misericordiam exercuit. Absalon fratrem interfecit, patrem è regno voluit removere, & qualem susceperit interitum, nulli habetur incognitum.* &c.

Anno Christi 576. *Chilperici, & Sigeberti Reg. XIII.* Iustinus Iunior Imp. obiit 6. non. Octobr. Tiberius Anicius Constantinus imperat annos 6. menses 10. dies 8. ita *Onuphr.* At Baronius docet Iustinum ad annum vsque 81. vixisse, quem vide. Hoc anno, *Chilpericus cognoscens quod iterum se Guntramnus cum Sigeberto pacificasset, se infra Tornacenses muros, cum uxore, & filiis communivit.* Ita Gregor. l. 4 cap. 45.

Anno Christi 577. *Chilperici, & Sigeberti Reg. XIV.* Hoc anno interfectus est Sigebertus, non scriptorum tantum, sed & monitorum sancti Germani contemptor. De quo sic Turon. cap. sequenti: *Franci, qui quondam ad Childebertum aspexerant seniorem, ad Sigebertum legationem mittunt, ut ad eos veniens, derelicto Chilperico, super se ipsum Regem stabilirent. Ille verò hac audiens, misit, qui fratrem suum in supra memorata civitate obsiderent, ipse illuc properare deliberans. Cui sanctus Germanus Episcopus dixit: Si abieris, & fratrem tuum interficere nolueris, vivus & victor redibis. Sin autem aliud cogitaveris, morieris. Sic enim Dominus per Salomonem dixit:* Foveam

H quam

quam fratri tuo parabis, in eam corrues. *Quod ille, peccatis facientibus, audire neglexit. Veniente autem illa ad villam, cui nomen est Victoriacum, collectus est ad eum omnis exercitus, impositumque super clypeo, sibi Regem statuunt. Tunc duo pueri cum cultris validis, quos vulgus* Scramasaxos *vocat, infectis veneno, maleficati à Fredegunde Regina, cum aliam causam suggerere simularent, utraque ei latera feriunt. At ille vociferans, atque corruens, non post multo spacio, emisit spiritum. Ibique & Charegisilus cubicularius ejus corruit. Ibi & Sigila, qui quondam ex Gothia venerat, multum laceratus est: & postea ab Chilperico Rege comprehensus, incensis, cum cauteriis candentibus, omnibus juncturis, ac membratim separatus, crudeliter vitam finivit.* Et post pauca, ibidem: *Chilpericus autem in ancipiti casu defixus, in dubium habebat, an evaderet, an periret, donec ad eum missi veniunt, de fratris obitu nunciantes. Tunc egressus à Tornaco, cum uxore, & filiis, eum vestitum, apud Lambras vicum, sepelivit. Unde postea Suessionas in Basilica sancti Medardi, quam ipse adificaverat, translatus, secus Chlotarium patrem suum sepultus est. Obiit autem 14. regni sui anno, atate quadragenariâ.* Subjungit ibidem Gregor. *Mortuo autem Sigeberto, regnavit Childebertus filius ejus pro eo.* Sic & in vita S. Columbani: *Perempto Sigeberto, Childebertus filius ejus regni sceptra suscepit, annuente matre Brunichilde, vix lustro atatis uno jam peracto,* ut habet Gregor. lib. 5. c. 1. Vide ad ann. 572. Aimoinus Francos illos, qui se Sigeberto tradiderant, *Neustrasios* vocat, factumque id: *apud Victoriacum villam*, quæ nunc videlicet *Vitry* appellatur, prope Duacum, viâ Atrebatensi, quo in loco interfectum etiam Sigebertum fuisse, docet Turon. suprà, & Ionas in vita S. Columbani, his verbis, apud du Chesne tom. 1. fol. 554: *Sigebertus apud Victoriacum, villam publicam, qua in suburbano Araviensis urbis sita est, Chilperici germani sui dola, qui apud Tornacum oppidum, tunc erat, usque internecionem interfectus est.* Vbi pro *Araviensis*, legendum, *Atrebatensis.* Sunt & Lambræ, hodieque pagus, prope Duacum, viâ Tornacensi. Natus, durante obsidione, Tornaci Chilperico Sampson, de quo vide ad annum 580.

Anno Christi 578. *Chilperici Reg. Neust. XV. Childeberti Austr. I.* Gregor. l. 5. cap. 1: *Anno primo regni ejus* (Childeberti Austrasiæ Regis, pueri quinquennis) *Chilpericus Rex Parisius venit, apprehensamque Brunichildim apud Rhotomagensem civitatem in exilio trusit, thesaurosque ejus, quos Parisius detulerat, abstulit, filias verò ejus Meledu urbe teneri pracepit.* Chilpericus quoque Suessionas brevi recuperavit, cumque filium suum Merovæum Pictavos cum exercitu direxisset, ipse Rhotomagum petiit, *& Brunichildim sibi matrimonio sociavit*, ut ait Gregor. cap. 2. Ibid. ita subjungens: *Hac audiens Chilpericus scilicet, quod contra fas, legemque Canonicam, uxorem patrui accepisset, Rhotomagum petit, post dies verò paucos, assumpto secum Rex Meroveo, Suessionas rediit*, ubi & Fredegundis Regina, relicto Tornaco, tum etiam residebat. Gregor. l. 5. cap. 14: *Meroveus cum in custodia*

cuſtodia à patre detineretur, tonſuratus eſt, mutataque veſte, qua clericis Gregor.
uti mos eſt, presbyter ordinatur. Et poſt pauca: *Anno ſecundo Chil-* l. 5 c. 14.
deberti regis, fugiens Merovæus &c. *ad Brunichildim pergere cogitat.*
Sed & Merovæus inhians regno paterno, ut ait Gregor. loco ci-
tato: *Direxit Guntchramnum puerum ad mulierem quandam ſibi jam co-
gnitam, à tempore Chariberti Regis, habentem ſpiritum Phytonis, ut ei,
quæ erant eventura, narraret. Adſerebat præterea ipſam ſibi ante hoc tem-
pus, non ſolum annum, ſed & diem & horam, in quo Rex Charibertus
obiret, denunciaſſe. Quæ hæc ei per pueros mandata remiſit: Futurum eſt
enim, ut Rex Chilpericus hoc anno deficiat, Merovæus excluſis fratribus
omne capiat Regnum. Tu verò Ducatum totius Regni ejus annis quinque
tenebis. Sexto verò anno in una civitatum, quæ ſuper Ligeris alveum
ſita eſt, in dextra ejus parte, favente populo, epiſcopatûs gratiam adipiſ-
ceris, ac ſenex, & plenus dierum ab hoc mundo migrabis.* At contra-
rium prorſus evenit, paulò poſt enim Merovæus eſt interemp-
tus, de quo Gregor. *Merovæus dum in Rhemenſi Campania latitaret,* L. 5 c. 19.
*cumque in hoſpitiolo quodam retineretur, timens ne ad vindictam inimi-
corum multas lueret pœnas, vocato ad ſe Galeno familiari ſuo, ait: Una
nobis uſque nunc, & anima, & conſilium fuit. Rogo ne patiaris me ma-
nibus inimicorum tradi, ſed accepto gladio irruas in me. Quod ille nec
dubitans, eum cultro confodit. Adveniente autem Rege, mortuus eſt re-
pertus. Extiterunt tunc qui adſererent verba Merovæi, quæ ſuperiùs dixi-
mus, à Regina fuiſſe conficta. Merovæum verò ejus fuiſſe juſſu clam inte-
remptum.* Ibidem notatur Concilium Pariſienſe, juſſu Chilperici
coactum adverſus Prætextatum epiſcopum Rhotomagenſem, qui
Merovæum, & Brunichildim conjunxerat, ubi inter alia Chilpe-
ricus Rex Prætextato: *Quid tibi viſum eſt, ô Epiſcope, ut inimicum
meum Merovæum, qui filius eſſe debuerat, cum amita ſua, id eſt patrui
ſui uxore, conjungeres? An ignorus eras, quæ pro hac cauſa Canonum
ſtatuta ſanxiſſent? Etiam non hîc ſolum exceſſiſſe probaris, ſed etiam
cum illo egiſti, datis muneribus, ut ego interficerer. Hoſtem autem filium
patri feciſti, ſeduxiſti pecuniâ plebem, ut nullus mecum fidem habitam cu-
ſtodiret; voluiſtique Regnum meum in manu alterius trahere. Hæc eo di-
cente, infremuit multitudo Francorum, voluitque oſtia Baſilicæ rumpere,
quaſi ut extractum Sacerdotem lapidibus urgeret, ſed Rex prohibuit fieri.*
V. ibidem plura. Eodem anno celebratum generale Concilium
Antiſſiodorenſe juſſu Chilperici Regis, qui nomine proprio Gal-
liam univerſam, exceptâ Burgundiâ Gunthramni regno, guber-
nabat; tum ad abolendam, quæ reſtabat, idololatriam, tum ad ob-
ſervanda præcepta eccleſiaſtica, tum etiam contra nuptias ince-
ſtas, ubi inter alia, Canone 1 *Non licet Calendis Ianuarii vetula,
vel cervolo facere, vel ſtrenas diabolicas obſervare, ſed in ipſa die ſic
omnia beneficia tribuantur, ſicut & reliquis diebus. Vetula*, hic Sirmon-
dus, *priſco more ſcriptum*, ait, *pro vitula.* Pro cervolo forte etiam
ſcribendum fuit cervula, aut cervola; ſic enim ſcribit Auguſtinus
ſermone de tempore: *Si adhuc agnoſcatis illam ſordidiſſimam turpi-*

 tudinem

tudinem de hinnula, vel cervula exercere, ita durissimè castigate, ut eos peniteat rem sacrilegam commisisse. Vetus pœnitentiale in codice Andegavensi ea de re sic etiam habet: *Si quis in Calendis Ianuariis in cervulo, & in vetula vadet, tribus annis pœniteat, quia hoc dæmonium est.* Obscoenissimum hunc lusum Flandris quoque in usu fuisse

V. ad ann. 653. docemur è sermone S. Eligii Episcopi Tornacensis, Brugensium Apostoli, habito ad omnem plebem, ut est in vita ejus apud Oudoenum, ubi inter alia: *Nemo in Calendis Ianuariis nefanda, & ridiculosa, vetulas, aut cervulos, vel jotticos faciat.* Quæ procul dubio fuere reliquiæ Paganismi, ut & ea quæ sequuntur, Canon. 3. ibidem: *Non licet*, &c. *inter sentes, aut ad arbores sacrivos, vel ad fontes, vota exsolvere, sed quicumque votum habuerit, invigilet, & matricula ipsum votum, aut pauperibus reddat, nec sculptilia, aut pede, aut homine lineo fieri penitus præsumat.* De hisce sic etiam S. Eligius in dicto sermone: *Arbores, quas Sacrivos vocant, succedite, pedum similitudines, quas per bivios ponunt, fieri vetate, & ubi inveneritis, igne cremate.* Canon. 4. *Non licet ad sortilegos, vel ad auguria respicere, non ad caragios, nec ad sortes, quas Sanctorum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt, aspicere, sed quæcumque homo facere vult, omnia in nomine domini faciat.* S. Eligius quoque loco citato: *Non caragios promittentes, quæ explere non valent, non divinos, non sortilegos* &c. *consulere præsumatis.* In vulgatis codicibus pro caragios legitur characteres. Quid *caragius* sit, nondum mihi certò liquet. *Carragium*, & *Carragium*, apud Spelmannum lego pro tributo singulis carris imposito, deinde etiam singulis aratris, quod illa carro, aut caruculâ promoverentur. Hoc anno S. Monulphus Tun-

Gest. Episc. Leod. Cap. 33. grensis episcopus, *Dionantum visitat, castrum hereditariè suum.* Atque inde, *in Legia villa ecclesiam constructam in honore SS. Cosmæ & Damiani, domino consecrat, quam postmodum S. martyr Lambertus suo sacro sanguine nobilitavit.* Sed & idem episcopus, *Dionanto rediens omnium prædiorum suorum, B. Servatium scripsit heredem.* Harigerus, Bucherius.

Anno Christi 579. Chilperici Reg. Neustr. XVI. Childeberti Austrasiæ II. Benedictus papa obiit 4. Cal. Aug. vacat sedes menses 3. dies 10. Pelagius Iunior creatus 3. idus Novemb. consecratus pridie Cal. Decemb. sed. ann. 10. mens. 2. dies 29. *Onuphrius.* Circa hæc tempora natus sanctus Bavo, sub Iustino, scilicet, Iuniore Imp. quem Baronius superfuisse scribit ad annum usque 581. ut supra dictum, & sub Pelagio papa, de quo sic Theodoricus Abbas in ejus vita apud Surium cap. 7. *Erat Allovinus, cognomento Bovo Francorum principum genus, & Austrasiorum Ducum heres in Gallia Belgica, pago Hasbaniensi, loco non obscuro natus; Pelagio, qui Gregorium præcessit, universalem Pontificatum administrante, Iustino Iuniore in sceptris agente, Franciæ monarchiam Clodoveo (Childeberto) gubernante. Pater ei Estolphus, (Agilulphus) mater Adeltrudis dicta, religionis casti amatores, continenter limina ecclesiæ calcantes,* &c.

Anno

Anno Christi 580. Chilperici Regis Neustriæ XVII. Childeberti Austrasiæ Reg. III. Anno 3. Childeberti Regis qui erat Chilperici, & Guntramni septimus decimus annus, Chilpericus Rex, de pauperibus, & junioribus ecclesiæ, vel basilicæ, bannos jussit exigi, pro eo quod in exercitu non ambulassent; non enim erat consuetudo, ut hi ullam exsolverent publicam functionem. Ita Gregor. Turon. Bannum libro præcedente docuimus multam dici, & pœnam pecuniariam, citati ad militiam, & non venientis. *Sed & descriptiones novas fecit, & graves in omni regno, & nominatim, ut possessor de propria terra, unam amphoram vini, per aripenne redderet, & ad id supplicio populum conterruit, ferunt tunc Abbates atque presbyteros ad stipites extensos diversis subjacuisse tormentis,* Gregor. avaritiæ scilicet unicè deditus Chilpericus, Sacerdotes, & iterem omnem ecclesiasticam, nihil faciebat, quo factum, ut Flandria omnis rursus ad idololatriam laberetur. L. 5. c. 26. & 27. L. 2 prodr. c. 20. fol. L. 5. c. 19.

Anno Christi 581. Chilperici Regis Neustr. XVIII. Childeb. Austrasiæ IV. Monulphus Tungrensis episcopus Trajecti ad Mosam, *in honore S. Servatii, templum honorificum erexit, & ejus corpus cum digna reverentia in eo transtulit, sedemque pontificalem illic deinceps esse constituit, in cujus ecclesia medio corpus suum humari mandavit.* Harigerus, Bucher. Gregor. de gloria confess. cap. 72. de eodem sic etiam his verbis: *S. Monulphus magnum templum Trajecti in honorem S. Servatii construxit, composuit, & ornavit, in quod multo studio, & veneratione translatum corpus (sancti Servatii) magnis virtutibus pollet.* Anno 581. celebratur Concilium Matisconense, evocatione Guntramni, Burgundiæ Regis. Vbi Can. 1. *Vt clerici tantum cum avia, matre, sorore, vel nepte habitent.* Cap. 5. *Vt clerici habitu decenti utantur.* Cap. 6. *Vt archiepiscopus sine pallio missas dicere non præsumat.* Cap. 7. *Vt Iudex sæcularis clericum non distringat, absque causa criminali i. homicidio, furto, aut maleficio.* Cap. 11. *Vt clerici, qui ad uxores redeunt, dignitate priventur.* Cap. 13 *Ne Iudæi Christianis populis judices deputentur, aut deinceps telonarii.* Cap. 16. *Vt nullus Christianus Iudæo deserviat, & quodlibet mancipium 12. solidis redimatur,* &c. Sed & teste Gregor. Turon. *Habita Synodus Cabillonensis, anno 4. Childeberti, qui fuit decimus octavus Guntramni, & Chilperici Regum.* V. lib. 1. prodr. c. 8. fol. 541. Nascitur hoc anno S. Amandus, Gandavensium Apostolus, *In Aquitania è Christianis, atque inclytis parentibus, pater ejus Serenus, genetrix Amantia vocabatur.* In vita ejus, ab æquali conscripta, Chesne t. 1. fol. 643. Cap. 32.

Anno Christi 582. Chilperici Reg. Neustr. XIX. Childeberti Regis Austrasiæ V, Pelagius Papa ad Aunarium episcopum Autissiodorensem, scribit hoc modo: *DILECTISSIMO FRATRI AVNARIO, PELAGIVS VRBIS ROMÆ EPISCOPVS. laudanda* &c. *vestri Reges Romano imperio, in Orthodoxæ fidei compassione sunt similes, admonemus, vestris Regibus suadeatis, quatenus ab amicitiis, & conjunctione nefandissimi hostis Longobardorum, salubri se professione segregare festinent,* &c. *Datum 3. non. Oct. imperante Domino Tiberio Constantinopoli Aug.* Conc. Gal. t. 1. fol. 375.

 anno

anno 7. Vt videlicet computat Onuphrius ab anno 576. at Baronius, Tiberio quatuor tantum annos attribuit, atque hunc primum, quem vide.

Anno Christi 583. *Chilperici Reg. Neustr. XX. Childeberti Austrasiæ V.* Tiberius Aug. 4. id. Aug. mortuus est. Fl. Mauritius imperat an. 19. mens. 3. dies 11. *Onuphr.* Habitum hoc anno Concilium Lugdunense III. sub Guntramno Rege, ut habet Sirmondus, ubi rursus Can. 4. prohibentur *incestæ commixtiones.* Et Can. 6. *Vt uniuscuiusque civitatis leprosi, sufficientia alimenta, & necessaria vestimenta ab episcopo accipiant, ut illis per alias civitates vagandi licentia denegetur.* Circa hoc tempus Chilpericum, IV. characteres addidisse communibus scribit Gordonus. v. l. 1. prod.

T. 1 Conc. Gall. fol. 377.

Cap. 7. fol. 39.

Anno Christi 584. *Chilperici Reg. Neustr. XXI. Childeberti Austrasiæ Regis VI.* Gregor. *Anno 6. regni sui, Childebertus Rex rejectâ pace Guntramni Regis, cum Chilperico conjunctus est*, misso, videlicet ad Chilpericum, Ægidio Rhemensi episcopo, cum primis regni proceribus, ut scribit Gregor. eodem libro, & conspiratione factâ de regno Gunthramni invadendo.

L. 6. c. 1.

Cap. 3.

Anno Christi 585. *Chilperici Regis Neustr. XXII. Childeberti Austrasiæ Regis VII.* Gregor. *Chilpericus pervasis civitatibus fratris sui, novos Comites ordinat, & cuncta jubet sibi urbium tributa deferri.* Ex quo notandum, quod libro primo prodromo docuimus, Comitis nomen pro judice, & fiscali, totâ Franciâ usitatum fuisse, jam inde à temporibus Clodovæi; & provincias, & urbes, atque pagos Comites suos habuisse, neque dubium, quam totâ Flandriâ tum fuerint, quamquam penuria scriptorum, nobis, & nomina plerorumque, & res gestas inviderit. Sic Rothomagensem Comitem, eo etiam tempore dictum, reperio ejus urbis primarium, & gubernatorem. Eod. libro Gregorii *Chilpericus Rex, cum exercitum suum à prædis arcere non posset, Rhotomagensem Comitem gladio trucidavit, & sic Parisiis rediit.* V. & ad annum sequentem. Hoc tempore nullam viguisse apud Francos disciplinam militarem, docet nos hoc Gregorii Turonensis, *Gunthramnus Rex commoveri exercitum in Hispanias præcepit, dicens: Prius Septimaniam provinciam ditioni nostræ subdite, quæ Galliis est propinqua. Indignum est, ut horrendorum Gothorum terminus usque in Gallias sit extensus. Tunc commoto omni exercitu regni sui, illuc dirigit. Gentes verò, quæ ultra Ararim, Rhodanumque, & Sequanam commanebant, cum Burgundionibus junctæ, Ararica, Rhodanicaque littora, tam de fructibus, quam de pecoribus valde depopulata sunt. Multa homicidia, incendia, prædasque in regione propria facientes, sed & ecclesias denudantes, Clericos ipsos cum Sacerdotibus, ac reliquo populo, ad ipsas sacratas Deo aras interimentes, usque ad urbem Nemausum processerunt.* Cum vero ideo partim fame, partim seditione, quinque Francorum millia periissent, adveniente Rege, ita Duces exercitum sunt allocuti: *Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere possumus, qui ea quæ patres nostri consecuti sunt, non custodimus?*

Gregor. Tur. l. 6. cap. 2. & Aimoinus l. 3. c. 48.

Cap 31.

L. 8. c. 30.

custodimus? Illi verò ecclesias ædificantes, in Deum spem omnem ponentes, Martyres honorantes, Sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentesque adversas divino opitulante adjutorio, in ense, & parma, sæpius subdiderunt. Nos verò non solum Deum non metuimus, verumetiam sacra ejus vastamus, ministros interficimus, ipsa quoque sanctorum pignora in ridiculo discerpimus, ac vastamus. Non enim potest obtineri victoria, ubi talia perpetrantur. Ideo manus nostra sunt invalida, ensis tepescit, nec clypeus nos (ut erat solitus) defendit, ac protegit. Ergo si hoc mea culpa adscribitur, jam id Deus capiti meo restituat. Certè si vos regalia jussa contemnitis, & ea, quæ præcipio, implere differtis, jam debet securis capiti vestro submergi. &c.

Anno Christi 586. *Chilperici Regis Neustr. XXIII. Childeberti Austrasiæ Regis VIII.* Gregor. Turon. *Comperto autem Chilpericus Rex, quod Gunthramnus frater ejus cum Childeberto nepote suo pacem fecerat, & civitates quas violenter invaserat, ei simul vellent auferre; cum omnibus thesauris suis in Cameracensem urbem discessit, & omnia, quæ melius habere potuerat, secum tulit. Misitque ad Duces, & Comites civitatum nuncios, ut muros componerent urbium, resque suas cum uxoribus, & filiis, infra murorum munimenta concluderent, atque ipsi, si necessitas exigeret, repugnarent viriliter, ne his pars adversa noceret. Illud addens: Et si aliquid perdideritis, cum de inimicis ulciscemur, majora conquiretis, nesciens patrationem victoriarum in manu Dei consistere. Deinde sæpiùs exercitum commovet, & iterum infra terminum requiescere jubet. His diebus ei filius natus est, quem in villa Victoriacense nutrire præcepit, dicens: ne fortè dum publicè videtur, aliquid mali incurrat, & moriatur.* Inter Duces hic etiam intelligendus, Dux Franciæ maritimæ, Comites verò civitatum intellige, earum quas Romani etiam obtinuerant, ut Atrebatum, Cameracum, Tornacum, Bavacum, item Bolonia, Ternana, Ariacum, Minariacum, Viroviacum; alioquin erant etiam Pagorum, seu districtuum, ut Adertensis, Pontivensis, Morinensis, Corturiacensis, Gandensis, Flandrensis; ubi Burga, vetera erant Comitum habitacula, ut Cortoriacum, Ganda, Bruga, Torolrum, de quibus satis dictum libro præcedente. Porrò Cameracensi Ecclesiæ præerat tum Gaugericus, ut dictum ad annum 555. fueratque dudum à S. Vedulpho episcopo, sedes episcopalis Atrebato translata Cameracum, ut scripsimus anno 548. unde credendum, hoc tempore Atrebato, & populi multitudine, ac fortitudine murorum, & dignitate, Cameracum prævaluisse. Filium hoc anno natum, atque educatum, *in villa Victoriacense*, quod est *Vitry*, inter Cameracum, & Duacum, ubi Sigebertum occisum fuisse anno 577. superiùs est demonstratum, Aimoinus nominat: *In illis* inquiens, *diebus Chilperico denuò natus est filius, nomine Clotarius*, ubi meminit & munitionis Cameracensis.

L. 6. c. 41.

Cap. 25.

L. 3. c. 54.

Anno 587. *Chilperici Regis Neustr. XXIV. Childeberti Regis Austrasiæ IX. Clotarii filii Chilperici Regis Neustr. I.* Aimoinus: *Mensis Septembris*

L. 3. c. 56.

L.3.c.60. *ſeptembris Calendis, Chilpericus filiam ſuam Hiſpanorum Regi per legatos deſpondit.* Eam Rigundim vocat paulò poſt idem Author. Baronius Baddam, uxoremque fuiſſe tradit Riccaredi, filii Leovigildi, Gothorum in Hiſpania Regis. Aimoinus refert tantam ei in dotem aſſignatam theſaurorum copiam, *Vt ſex plauſtra his onerata eam præcederent.* Subditque: *quatuor millia armatorum ejus deputavit, tuitioni, quibus Bobo, & Waldo Duces, præerant. Præcepit etiam, ut de ſubſtantiis pauperum, neceſſaria eis in itinere ſubminiſtrarentur, ne fiſci reditus aliquo modo minueretur.* Nota intollerabilem hominis avaritiam, quam luit hoc eodem anno occiſus, de quo Gregor.
L.6.c.46. *Chilpericus, Nero noſtri temporis,* &c. *ad villam Calenſem, quæ diſtat ab urbe Pariſiaca quaſi centum ſtadiis, accedit, ibique venationes exercet: quadam verò die regreſſus de venatione, jam ſubobſcurâ nocte, dum de equo ſuſciperetur, & unam manum ſuper ſcapulam pueri retineret, adveniens quidam, eum cultro percutit ſuper aſcellam, iteratoque ictu ventrem ejus perforat, ſtatimque profluente copiâ ſanguinis, tam per os, quam per aditum vulneris, iniquum fudit ſpiritum.* Item: *Mallulfus autem Silvanectenſis epiſcopus, qui jam tertiâ die in tentorio reſidebat, & ipſum videre non poterat, ut eum interemptum audivit, advenit, ablutumque veſtimentis melioribus induit. Nocte in hymnis deductâ, in navi levavit, & in Baſilica S. Vincentii, quæ eſt Pariſiis, ſepelivit, Fredegunde Reginâ in eccleſia derelictâ.* Aimoinus vult cædem hanc eſſe perpetratam juſſu Fredegundis, inſtinctu Amaſii ejus, nomine Landerici, quam hiſtoriam ab eo multis deſcriptam, qui volet, requirat libro ejus 3. cap. 57. Pergit idem Aimoinus: *Fredegundis Re-*
L.3.c.58. *gina prudenti conſilio uſa ad Gunthramnum Regem legatos direxit mandans ſe, cum filio, quem ex Chilperico fratre ipſius ſuſceperat, in clientelam illi velle tradere. Gunthramnus de fratris interitu, veris indiciis certior factus, Pariſios ſummo ſtudio contendit. Occurrit autem ei Fredegundis, & eum intra urbem recepit.* Clotarii inaugurationem ſic deſcribit: *Principes ſanè Chilperici, è quibus Anſoaldus primus erat, acceptum fi-*
L.3.c.59. *lium ejus Clotarium per civitates regni ejus circumduxerunt: & Sacramenta ex nomine ipſius, atque Gunthramni ſuſceperunt. Gunthramnus verò univerſos, quos Chilpericus injuſtè oppreſſerat, relevans, eccleſiis,*
L.7.c.7. *teſtamenta ab eo ablata, reſtituit.* Gregor. ita de eadem re: *Priores quoque de Regno Chilperici, ut erat Anſoaldus, & reliqui, ad filium ejus, qui erat (ut ſuperiùs diximus) quatuor menſium, ſe collegerunt. Quem Clotharium vocitaverunt, exigentes ſacramenta per civitates, quæ ad Chilpericum prius aſpexerant, ut ſcilicet fideles eſſe debeant Guntchramno Regi, ac nepoti ſuo Chlotario. Guntchramnus verò Rex, omnia, quæ fideles Regis Chilperici, non rectè diverſis abſtulerant, juſtitiâ intercedente, reſtituit. Multa & ipſe eccleſiis conferens, teſtamenta quoque defunctorum, qui eccleſias hæredes inſtituerant, & ab Chilperico compreſſa fuerant, reſtauravit, multiſque ſe benignum exhibens, ac multa pauperibus tribuens.*

Eodem anno cum Gondobaldus quidam dicens ſe eſſe filium Clotarii primi, Arvernis, & Lemovici, aliiſque locis, Rex elevatus

tus fuisset Rex Gunthramnus, adversus eum, pactum init cum Childeberto, eumque regni sui hæredem instituit, de quo sic Gregor. Turon. *Rex Gunthramnus data in manu Regis Childeberti hastâ, ait: Hoc est indicium, quod tibi omne Regnum meum tradidi. Ex hoc nunc vade, & omnes civitates meas tanquam tuas proprias, sub tui juris dominationem subjice. Nihil enim, facientibus peccatis de stirpe mea remansit, nisi tu tantum, qui mei fratris es filius. Tu enim heres in omni Regno meo succede, cæteris exheredibus factis.* Paulo post cæso Gundebaldo legationem misit Childeberto, ad pactum superius confirmandum, ubi inter alia legitur apud Gregorium: *Childebertus Rex alium patrem, nisi patruum non habet, neque ille alium filium, nisi hunc habere disponit.* &c. *Morabatur verò tum Childebertus ad castrum Confluentis, quod ob hoc nomen accepit, pro eo quod Mosella, Rhenusque, amnes pariter confluentes, in eodem loco junguntur.* Gordonus statim à morte Chilperici *Carolomannus* inquit *Pipini pater, Turingorum, & Brabantiæ provincias tenet. Hoc tempore,* inquit Gregor. *Wandelinus nutritor Childeberti Regis obiit, sed in locum ejus nullus est subrogatus, eo quod Regina mater curam velit propriam habere de filio.* Brunichildis videlicet, quod filius nunc ad pubertatis annos pervenisset; erat enim annorum quindecim, utpote natus anno 572. ut supra. L.7.c.33. L.5.c.13. L.8.c.22.

Anno Christi 588. *Clotarii Reg. Neustr. I. Childeberti Regis Austrasiæ X.* Hoc anno Childeberto è Faileuba uxore nata filia colligitur ex pactione anni 590. & fortè altera in principio anni sesequentis, aut gemina hoc anno.

Anno Christi 589. *Clotarii Reg. Neustr. II. Childeberti Austrasiæ Regis XI.* Gregor: *Childeberto Regi filius natus est, qui à Magnerico, Trevirorum episcopo de sacro fonte susceptus, Theodebertus est vocitatus, de quo tantum gaudium, Gunthramnus Rex habuit, ut statim legatos dirigens, multa ei munera transmitteret, dicens* Per hunc enim Deus erigere Francorum regnum propriâ majestatis suæ dignitate dignabitur, si huic pater, aut ipse vixerit patri. Adeo gavisus videtur fuisse Gunthramnus, quod Childebertus antea non nisi filiam, aut filias procreasset. Fratres Sanmartani, filium naturalem Theodebertum appellant, verum pactio sequens anni 12, Childeberti Regis, docet ei tum uxorem fuisse Faileubam, ac duos filios, Theodebertum hoc anno natum, & Theodericum, sequenti. L.9.c.37.

Anno Christi 590. *Clotarii Reg. Neustr. III. Childeberti Austrasiæ Regis XII.* Pelagius II. papa obiit 6. id. Febr. vacat sedes menses 6. dies 25. Gregorius Magnus pontifex creatus . . . consecratus 3. non. Sept. sedet annos 13. menses 6. dies 10. *Onuphr.* Cum variæ hactenus contentiones fuissent, ob regnum Chariberti Regis Parisiensis, & Aurelianensis, inter Sigebertum, Gunthramnum, Chilpericum, & Childebertum, Sigeberti filium, mortuo Sigeberto, tandem hoc anno ea de re pactio scriptis confirmata est, quam adducit Gregor. Turonens: *CUM IN CHRISTI NOMINE* L.9.c.20.

NOMINE, PRÆCELLENTISSIMI DOMINI, GVNTHRAMNVS, ET CHILDEBERTVS REGES, ET GLORIOSISSIMA DOMINA BRVNICHILDIS REGINA Andelaum charitatis studio convenerint, ut omnia, quæ undecunque inter ipsos scandalum poterant generare, pleniori consilio definirent. id inter eos mediantibus Sacerdotibus, atque proceribus, Deo medio, charitatis studio sedit, complacuit, atque convenit. Ut quamdiu eos Deus omnipotens in præsenti seculo superesse voluerit, fidem & charitatem puram, & simplicem sibi debeant conservare. Similiter quia dominus Gunthramnus juxta pactionem, quam cum bonæ memoriæ domino Sigiberto inierat, integram portionem, quæ est de regno Chariberti, illis fuerat consecutus, sibi diceret in integrum redhiberi & pars domni Childeberti ea, quæ pater suus possederat, ad se vellet ex omnibus revocare: id inter ipsas constat fixâ deliberatione finitum, ut in illam tertiam portionem de Parisiense civitate cum terminis & populo suo, quæ ad domnum Sigebertum de Regno Chariberti conscriptâ pactione pervenerat, cum castellis Duno, & Vindocino &c. Et paulò post: *Pari conditione repromittit domnus Gunthramnus Rex, ut si (ut habet humana fragilitas, quod divina pietas non permittat, nec ille videre desiderat) contigerit domnum Childebertum, eo superstite, de hac luce migrare, filios suos Theodobertum, & Theodoricum Regem, vel si adhuc alios ipsi Deus dare voluerit, ut pius pater, sub sua tuitione, & defensione recipiat, ita ut Regnum patris eorum sub omni soliditate possideant: & genitricem domni Childeberti, dõnam Brunichildem Reginam, vel filiam ejus Chlodesuindam, germanam domni Childeberti Regis, quamdiu infrà regionem Francorum fuerit, vel ejus Reginam Failenbam, tanquam sororem bonam, & filias, in sua tuitione, & defensione spiritali dilectione recipiat.* Nisi adeò prolexum esset, integrum mereretur exscribi, ut appareat districtus universus regni Parisiensis, & qualiter Aurelianense etiam ei adjectum sit, in eoque urbes Burdigala, Lemovica, Cadurcum, Bearnum, &c. ac demum qua ratione universa illa Galliæ pars, mortuo Chariberto, in tres portiones divisa sit. Habet verò pactio illa hanc conclusionem hunc annum denotantem: *Facta pactio sub die 4. Cal. Decemb. anno 26. regni domni Gunthramni Regis, domni Childeberti verò duodecimo anno.* Ab anno 564. quo obiit Clotarius primus, rectè nunc vigesimus sextus annus numeratur, ex quo Gunthramnus assecutus est regnum Burgundicum, cui pars annexa regni Aurelianensis, quod desiit morte Clodomiris, neque deinceps inter filios in sortem cadit.

L. 3. c. 75. Ex hoc diplomate corrigendus Aimoinus scribens anno 27 regni
L. 3 c. 76. Gunthramni, Childeberto natum Theodebertum, & anno ejus 28. Theodoricum, cum certum sit ante tempus dictæ pactionis utrumque in vivis fuisse. Adnotat Aimoinus nato Theodorico Gunthramnum cum proceribus regni mox Andelaum venisse, atque ibi *Childebertum hæredem regni sui testamento designasse.* Notandum in hac pactione nullam mentionem fieri Clotarii Regis Suessionensis, ac Neustriæ, matrisque ejus Fredegundis, nullamque

que Clotario partem assignat, quam iniquitatem Deus postmo-
dum vindicavit, regnis omnibus ad Clotarium devolutis. Chron.
Bertinicum apud Locrinm: *Anno Verbi Incarnati quingentesimo, no-
nagesimo, vel circiter, sancta Sedis Apostolica præsidente beatissimo Papa
Gregorio, Imperatoria sceptra gerente Mauricio, & in Francia regnante
Clotario secundo adhuc puero; ab Oriente solu jubar emicans, qui nostras
Occidentales tenebras illustraret, ortus est beatus puer Bertinus, in Con-
stantiensi regione, nec longè à Constantiâ, civitate Alamannia, in loco
sua hæreditatis, nuncupato Vasinia, provincia Moguntina.* Idem paulò
post: *In eadem etiam regionis parte, specialiter in loco, qui Aurea-
Vallis dicitur, vulgariter autem* Güldindal, *natus est Beatus Audoma-
rus, eâdem ambo* (sc. cum B. Bertino)* *stirpe progeniti: de genere
scilicet Regum & Ducum Austrasiorum, Lotharingorum, & Brabantino-
rum; magni videlicet Arnolphi, sanctique Arnulphi, Ansegisi, Pipini
Majoris, & Minoris, Caroli Tuditis, & Caroli Magni, ut testatur idem
Carolus Magnus in quodam privilegio, in quo, Sanctum ipsum nominans,
dicit:* Et quoniam idem Sanctus de genere nostro fuisse dig-
noscitur, &c.

*Anno Christi 591. Clotarii Reg. Neustr. IV. Childeb. Regis Austra-
siæ XIII.* Theodosius Augustus à patre appellatur 17. Kal. Maij,
imperavit cum patre ann. 11. mens. 7. dies 6. *Onuphr.* Dissidium
ingens exortum inter Gunthramnum, & Childebertum, quia
Childebertus: *Cum Rege Hispania fœdus iniit*, ut loquitur Turon. L.9 c 32.
*Tum quia filium suum seniorem Suessionas dirigere cogitabat, dicente eo:
Quia in hoc filium suum nepos meus Suessionas dirigit, ut Parisios in-
gredi faciat, regnumque meum auferre cupiat.* Patrui sui itâ postbabi-
tâ, Childebertus, quod antè cogitaverat, opere perfecit; sic enim
habet Gregorius eodem libro: *Childebertus Rex morabatur cum con-* Cap.36.
*juge, & matre sua, infra terminum urbis, quam Strateburgum vocant.
Tunc viri fortiores, qui in urbe erant Suessionica, sive Meldensi, vene-
runt ad eum, dicentes: Da nobis unum de filiis tuis, ut serviamus ei:
scilicet ut de progenie tua pignus retinentes nobiscum, faciliùs resisten-
tes inimicis, terminos urbis tua defensare studeamus. At ille gavisus
nuncio, Theodobertum filium suum seniorem illuc dirigendum destinat.
Cum Comitibus, Domesticis, Majoribus, atque nutritiis, & omnibus, qui ad
exercendum servitium regale erant necessarii, delegatis, mense sexto
hujus anni direxit eum, juxta voluntatem virorum, qui eum à Rege fla-
gitaverant, transmittendum. Suscepitque eum populus gaudens, ac depre-
cans, ut vitam ejus, patrisque sui, avo prolixiore pietas divina concederet.*

*Anno Christi 592. Clotarii Regis Neustr. V. Childeberti Regis Au-
strasia XIV.* Gregor: *Commotus Rex (Guntramnus) vias claudi per* L.9. c.32.
*regnum suum præcepit, ne ullus de Childeberti regno per ejus regni ter-
ritorium pervium possit habere.* Addit & tertiam iræ suæ causam,
in Brunichildim videlicet, *Quod Gundobaldi quondam filium (impo-
storis, de quo suprà ad annum 587.) invitatum conjugio copulare vellet.*
Pergit Gregorius: *Unde etiam Synodum episcoporum in Cal. Novem-*

tribus congregari præcepit, multique, de extremis partibus Galliarum, ad hunc conventum properantes, de via regressi sunt, pro eo, quod Brunichildis Regina ab hoc crimine exuit sacramentis, & sic viis iterum reseratis, pervium patefecit volentibus ad Regem Childebertum accedere. Quia viæ militares Romanorum, circa hæc tempora; reparatæ fuerunt, opera Brunichildis, ideo major earum cura gerebatur, & claudi poterant, & reserari; erat verò via regni Guntramni, ac Clotarii (cujus tutor erat Guntramnus) ad regnum Childeberti, ea, quam descripsimus in tabula geographica primorum Francorum: Cameraco, Bavacum, Vogdoriacum &c. Item aliæ viæ, quarum cartam edidit Aubertus Miræus. Atque ab eo tempore abierunt in sermonem, *Les Chaucées de Brunehault.*

Anno Christi 593. *Clotarii Reg. Neustr. VI. Childeberti Austrasiæ Regis XV.* Gregor. *Cum Faileuba Regina Childeberti Regis, partu edito, mox exstincta, egrotaret, attigit aures ejus sermo, quod quidam, vel contra eam, vel contra Brunichildem, agere conarentur;* Cujus rei cum suspecti essent *Sunigildus Comes stabuli, & Carlamagnus referendarius, in exilium retruduntur.* Vnde postea revocantur. Referendarii, idem ferè qui Cancellarii titulus, aut majoris domûs, unde fieri potest, fuerit hic Carlomannus Pipini pater, de quo supra ex Gordono ad annum 587.

Anno Christi 594. *Clotarii Reg. Neust. VII. Childeb. Regis Austrasiæ XVI.* Theodeberto Childeberti filio Suessione existente, ac regnum Neustriæ moderante, continuit se Fredegundis, Chilperici vidua, cum filio Clotario, sæpenumero Tornaci, Regiâ Chilperici urbe; unde sic legimus apud Gregor. Turon. *Inter Tornacenses quoque Francos non mediocris disceptatio orta est; pro eo quod* L.10.c.27.
unius filius alterius filium, qui sororem ejus in matrimonium acceperat, cum ira sepiùs objurgabat, cur conjuge relictâ scortum adiret? Quæ iracundia, cum emendatio criminis non succederet, usque adeo elata est, ut irruens puer cognatum suum, cum cum suis interficeret, atque ipse ab iis, cum quibus venerat ille, prosterneretur: nec remaneret quispiam ex utrisque, nisi unus tantum, cui percussor defuit. Ex hoc parentes utriusque inter se sævientes, à Fredegunde Regina plerumque arguebantur, ut relictâ inimicitiâ concordes fierent, ne pertinacia litis in majus subveheretur scandalum. Sed cum eosdem verbis lenibus placare nequiret, utrumque bipenne compescuit. Invitatis enim ad epulum multis, has in unum fecit tres sedere subsellium. Cumque in eo prandium elongatum fuisset spatia, ut nox mundum obrueret, ablatâ mensâ (sicut mos Francorum est) illi in subsellia sua, sicut locati fuerant, residebant. Potatóque vino multo, intantum crapulati sunt, ut pueri eorum madefacti, per angulos domus, ubi quisque conruerat, obdormirent. Tunc ordinati à muliere viri cum tribus securibus, à tergo horum trium adstiterunt, illisque confabulantibus, in uno (ut ita dicamus) adsultu puerorum manus libratæ, hominibus percussis, ab epulo est discessum. Nomina quoque virorum, Charivaldus, Leodovaldus, atque Vvaldinus. Quod cum parentibus perlatum fuisset,

fuisset, custodire arctiùs Fredegundem cœperunt, dirigentes nuncios ad Childebertum Regem, ut comprehensa interficeretur. Commotus autem pro hac causa Campanensis populus dum moras innecteres, hac suorum erepta auxilio, ad locum alium properavit. Pergit Gregorius libro citato: *Post hac autem Legatos ad Guntchramnum Regem mittit, dicens: Proficiscatur Dominus meus Rex usque Parisius, & arcessito filio meo nepote suo, jubeat eum baptismatis gratiâ consecrari: ipsumque de sancto lavacro exceptum, tanquam alumnum proprium habere dignetur. Hac audiens Rex, commotis Episcopis, id est, Ætherio Lugdunensi, Siagrio Augustodunensi, Flavioque Cabillonensi & reliquis, quos voluit, Parisius accedere jubet, indicans se postmodum secuturum. Fuerunt etiam ad hoc placitum multi de Regno ejus, tam domestici, quam Comites, ad praparanda regalis expensa necessaria. Rex autem deliberatione actâ, ut ad hac deberet accedere, pedum est dolore prohibitus. Postquam autem convaluit, accessit Parisius. Exinde ad Rotejalensem villam ipsius urbis properans, evocato puero jussit baptisterium praparari in vico Nemptodoro.* Item: *Rex accedens ad lavacrum sanctum, obtulit puerum ad baptizandum. Quem excipiens, Chlotarium vocitari voluit, dicens: Crescat puer, & hujus sit nominis executor, ac tali potentiâ polleat, sicut ille quondam, cujus nomen indeptus est. Quo mysterio celebrato, invitatum ad epulum parvulum multis muneribus oneravit. Similiter & Rex ab eodem invitatus, plerisque donis refertus abscessit, & ad Cabillonensem urbem redire statuit.* Idem adfert Sirmondus, Clotarii anno 7. Guntchramni 30. alii aliquot annis præponunt. Ægidius archiep. Rhemens. quasi in Childebertum Regem conspir. ssset, exauctoratus, hoc anno deducitur Argentoratum. Flodoardus: Romulphus filius Lupi Ducis Aquitaniæ archiep. ordinatur. Flodoardus, & in Catalogo episcoporum Rhemensium Colvenerius in Flodoardum: obiit hoc anno S. Gaugericus Cameracensis, & Atrebatensis episcopus, *Successit in sede episcopali Bertoaldus; ex Francorum nobilitatis prosapia, vir apostolicus, & dote virtutum praclarus,* ut ait Baldericus. De eodem sic idem Baldericus: *Cum post trigesimum nonum sui Episcopii annum, cunctipotens Rex, sed & dispunctor largissimus, suum militem fortissimum, sudoribus suis responsurus, ad remunerationem vocasset, in eadem Basilica, ut ante destinaverat, honorificè tumulatus, resurrectionis diem expectat. Mox igitur Reges & Principes, ac potentissimi quique, signis, & prodigiis, quibus ante obitum multifariè coruscaverat, excitati: ac multo amplioribus, qua per ejus merita, misericors, & miserator Dominus, post obitum indesinenter operari dignatus est, attoniti; ad sanctissimi viri sepulchrum, diversis ex partibus, confluxerunt, tantique viri patrocinio sese juvari implorantes, opulentissima munera obtulerunt. Statimque, ex affluentia rerum, cum omni sedulitate, monasterium ampliatur, fratrumque numerosa cohors ad serviendum Deo, & suo sanctissimo Confessori, in perpetuum delegatur. Hac autem domus in montis supercilio sita.* Per summum errorem Ferreolus Locrius demum anno 594. Gaugericum scribit in Atrebatensem episcopum assump-

L.10.c.28.

Conc. Gall. t.1. fol. 410.

L.2.c.3.

L.2.c.4.

Chron. Camer.l. 1.c 13. L.2.c.4.

tum esse, qui error inde natus, quod S. Vedastum superfuisse crediderit usque ad annum 570. hinc in alios errores inductus est, de Dominico, & Vedulpho &c. Hoc anno 594. consummatum à S. Columbano monasterium Luxoviense; tradit enim Ionas in vita ejus, Columbanum in exilium missum, postquam Luxovii annis viginti commoratus fuisset; id verò evenit anno 614. ut ibi dicendum.

Anno Christi 595. *Clotarii Reg. Neustr. VIII. Childeberti Austrasiæ Reg. XVII.* Exstat Gregorii Papæ epistola, qua Brunichildim laudat à recta filii educatione, hoc initio: *GREGORIVS BRVNICHILDÆ REGINÆ FRANCORVM. Excellentiæ vestræ prædicandam, ac Deo placitam bonitatem, & gubernacula regni testantur, & educatio filii manifestat. Cui non solum incolumem rerum temporalium gloriam providâ sollicitudine conservastis, verum etiam æternæ vitæ præmia providistis, dum mentem ipsius in radice veræ fidei maternâ, ut decuit, & laudabili institutione plantastis, unde non immeritò contigit, ut cuncta gentium regna præcelleret: quippe qui earundem gentium creatorem, & purè colit, & veraciter confitetur. Sed ut laudabiliùs in eo fides cum operibus enitescat, adhortationis vestræ eum verba succendant: quatenus sicut sublimem illum inter homines potentia regalis ostendit; ita ante Deum magnum faciat pietas actionis*, Data mense Sept. indict. 14. Est inter epistolas 3. libri 6.

Anno Christi 596. *Clotarii Regis Neustr. IX. Childeberti Austrasiæ Regis XVIII.* Hoc anno D. Gregorius, ad Anglos in religione Christiana instruendos, misit D. Augustinum, natione Romanum, Ethelredo Cantiæ Rege Christianis favente, in gratiam uxoris suæ Berthæ, seu Ethelbertæ .j. nobilis Berthæ, filiæ Chariberti Regis Parisiorum, de quo supra ad annum 569. Quæ Bertha cum secum haberet Luidhardum episcopum, Francum procul dubio, maritum suum, ad capescendam religionem suam incitavit, ut olim Chrotildis Clodovæum. Priusquam verò Augustinus in Angliam navigavit, per Galliam profectus est; unde Francos secum adduxit, qui Anglicæ, & Saxonicæ linguæ (quas ejusdem cum Francica dialecti esse docuimus libro præcedente) sibi interpretes forent. L.1.c.23. fol. 13. Eam rem ita describit Beda: *Anno ab incarnatione Domini quingentesimo octogesimo secundo, Mauritius ab Augusto quinquagesimus quartus, imperium suscipiens, uno & viginti annis tenuit: Cujus anno regni decimo, Gregorius, vir doctrinâ, & actione præcipuus, Pontificatum Romanæ & Apostolicæ sedis sortitus, rexit annos tredecim, menses sex, & dies decem. Qui divino admonitus instinctu anno decimo quarto ejusdem Principis, adventûs verò Anglorum in Britanniam anno circiter centesimo quinquagesimo, misit servum Dei Augustinum, & alios plures cum eo Monachos, timentes Dominum, prædicare verbum Dei, genti Anglorum. Qui cum jussis pontificalibus obtemperantes, memoratum opus aggredi cœpissent, jamque aliquantum itineris confecissent, perculsi timore inerti, redire domum potius, quam barbaram, feram, incredulamque gentem, cujus*

nec

nec linguam quidem nossent, adire cogitabant; & hoc esse tutius communi consilio decernebant. Nec mora. Augustinum quem eis Episcopum ordinandum (si ab Anglis susciperentur) disposuerat, domum remittunt, qui à B. Gregorio humili supplicatione obtineret, ne tam periculosam, tam laboriosam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias mittens litteras, in opus eos verbi, divino confisos auxilio, proficisci suadet, quarum videlicet literarum ista est forma:

„*GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI*,„ Quia melius fue„rat bona non incipere, quam ab his quæ cœpta sunt, cogitatio„ne retrorsum redire, summo studio dilectissimi filii (oportet, „ut opus bonum, quod auxiliante domino cœpistis, impleatis) nec „ergo labor vos itineris, nec maledicorum hominum linguæ de„terreant: sed omni instantiâ, omnique feruore, quæ inchoastis „Deo auctore, peragite, scientes quod laborem magnum æternæ „retributionis gloria sequitur. Remeanti autem Augustino præ„posito vestro, quem & Abbatem vobis constituimus, in om„nibus humiliter obedite. Scientes hoc vestris animabus per om„nia profuturum, quicquid à vobis fuerit in ejus admonitione „completum; omnipotens Deus suâ vos gratiâ protegat, & vestri „laboris fructum, in æterna me patria videre, concedat, quatenus, „etsi vobiscum laborare nequeo, simul in gaudio retributionis „inveniar, quia laborare scilicet volo. Deus vos incolumes cu„stodiat dilectissimi filii. Data die decima Kalendarum Augu„starum. Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo „Augusto anno decimo quarto, post consulatum ejusdem Do„mini nostri anno decimo tertio, indictione decima quinta.

Anno Christi 597. Clotarii Reg. Neustr. X. Childeb. Austrasiæ Regis XIX. Obiit Gunthramnus, de quo sic Aimoinus: *Anno 33. ejusdem Regis, ipse Rex corpore exemptus, terrenum (ut creditur) regnum pro cœlesti commutans, in ecclesia S. Marcelli, Cabilonis, sepultus est: hanc denique Basilicam ipse (ut præfati sumus) divino succensus amore, in suburbio quidem prædictæ civitatis, sed in territorio Segonum, saltuque Brexio, studiosissimè ædificavit: ubi monachos aggregans, monasterium construxit, quod pluribus prædiis facultatibusque ditavit*, & paulò post: *Fuit autem Gunthramnus in bonitate præcipuus, in eroganda pauperibus alimonia largifluus, Christi sacerdotibus se humilem præbens, leudis suis benevolum, gentibus exterius pacatum. Talibus itaque pollens virtutibus, multis nationibus ejus laudes præcinentibus, præsens regnum Childeberto nepoti suo relinquens, ipse ad supernum migravit.* Ab anno 564. quo obiit Clotarius I. rectè computat annos Aimoinus, faciunt enim annum obitus regni ejus XXXIII. Gregorius papa, Augustino in Gallias redeunti, dat litteras, ad Franciæ Reges, & Galliarum Episcopos, ut ei, ejusque sociis omne auxilium impendant, addantque presbyteros, qui linguæ Anglicæ interpretes esse possint. Sirmondus adfert epistolam hoc anno, missam ad Brunichildim hoc initio: *GREGORIVS BRVNICHILDÆ REGINÆ FRANCORVM*

L.3.c.81.

L.3.c.81. Sirm. fol. 425. Conc.

RVM, Excellentia vestra Christianitas ita nobis veraciter olim innotuit, ut de bonitate ejus nullatenus dubitemus; sed magis certum modis omnibus teneamus, quia in causa fidei, devotè, & studiosè concurras, & religiosè sinceritatis sua solatia copiosissimè subministret. Ex qua re bene confidentes, paternâ caritate salutantes, indicamus ad nos pervenisse, Anglorum gentem Deo annuente velle fieri Christianam, sed sacerdotes qui in vicino sunt pastoralem erga eos sollicitudinem non habere. Quorum ne anima in aterna damnatione valeant deperire, cura nobis fuit prasentium portitorem Augustinum servum Dei, cujus zelus, & studium benè nobis est cognitum, cum aliis servis Dei illud dirigere, ut per eos potuissemus ipsorum voluntates addiscere, & de eorum conversione, vobis quoque annitentibus, in quantum est possibile, cogitare. Quibus etiam injunximus, ut ad agenda hac è vicino debeant prasbyteros ducere. Excellentia ergo vestra, qua prona in nobis consuevit esse operibus, tam pro nostra petitione, quam etiam divini timoris consideratione, eum dignetur in omnibus habere commendatum, atque ei tuitionis sua gratiam vehementer impendas, & labori ejus patrocinii sui feras auxilium: & ut plenissimè possit habere mercedem, ad suprascriptam Anglorum gentem sua tuitione securum iter provideat: quatenus Deus noster, qui in hoc saculo vos bonis sibi placitis decoravit sic in aterna requie cum suis vos sanctis faciat gratulari. Praterea dilectum filium nostrum Candidum prasbyterum, & patrimonialem ecclesia nostra, quod illic constitutum est, vestra christianitati commendantes, petimus, ut tuitionis vestra gratiam in omnibus consequatur, mense Iulio, indictione 14. Scripsit & ad Childebertum filium Brunichildis, Austrasiæ Regem, hoc titulo: *GREGORIVS CHILDEBERTO REGI FRANCORVM: Quanto ceteros homines Regia dignitas antecedit, tanto caterarum gentium regna regni vestri profectò culmen excellit.* Item ad Theodoricum, & Theodobertum Reges Francorum; quos etiam rectè arguit, sacerdotes Regum Francorum id è vicino neglexisse. At quid illi ultra mare dissitos populos ad fidem Christianam adduxissent, qui Neustriæ, & Austrasiæ, maritimam partem, præsertim Flandriam nostram, nullatenus curarant? Titulus epistolæ hic est: *GREGORIVS THEODORICO, ET THEODEBERTO REGIBVS FRANCORVM. Postquam Deus omnipotens regnum vestrum fidei rectitudine decoravit, & integritate Christiana Religionis, inter gentes alias, fecit esse conspicuum; magnam de vobis materiam prasumendi concepimus, quod subjectos vestros ad eam converti, fidem per omnia cupiatis, in qua eorum nempe Reges estis, & Domini. Atque ideò pervenit ad nos, Anglorum gentem ad fidem Christianam Deo miserante desideranter velle converti; sed Sacerdotes vestros è vicino negligere, & desideria eorum cessare suâ exhortatione succendere. Ob hoc Augustinum servum Dei, prasentium portitorem, cujus zelus, & studium bene nobis est cognitum, cum aliis servis Dei illuc providimus dirigendum, quibus etiam injunximus, ut aliquos secum è vicino debeant presbyteros ducere, cum quibus eorum possint mentes agnoscere, & voluntates admonitione suâ, quantum Deus donaverit*

Ibidem f. 424.

verit

verit, adjuvare. In qua re, ut efficaces valeant atque idonei apparere, excellentiam vestram paternâ salutantes caritate, quæsumus, ut hi, quos direximus, favoris vestri invenire gratiam mereantur, & quia animarum causa est, vestra eos potestas tueatur, & adjuvet, ut Deus omnipotens, qui vos in causa sua, devotâ mente, & toto studio solatiari cognoscit, causas vestras suâ protectione disponat., & post terrenam potestatem ad cælestia regna perducat, præterea dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum, & patrimonialem ecclesiæ nostræ, quod in illis partibus est, constitutum, ut commendatum excellentia vestra habere debeat postulamus: quatenus beatus Petrus Apostolorum princeps suâ vobis intercessione respondeat, qui mercedis intuitu tuitionem in rebus pauperum ejus impenditis. Mense Iulio, indictione 14. Docet nos hæc epistola post mortem Gunthramni, Childebertum filiis suis regni partem divisisse, atque ut Regis nomine decorarentur, permisisse, & fortè Theodoricus jam tum Burgundiæ regnum obtinebat, quem idcirco fratri majori natu Gregorius præponit, qui regnum Suesionense dudum fuerat moderatus, ut vidimus ad annum 594. vide quæ sequentur ad annum 601. Beda quoque adnotat eos, interpretes è Gallia adduxisse, qui videlicet linguam Francicam callerent, quam nunc sæpiùs inculcavimus eandem fuisse cum Anglica, Saxonica, & tam has, quam illam, fuisse theotiscam; verba Bedæ sic se habent: *Roboratus ergo confirmatione beati patris Gregorii Augustinus, cum famulis Christi, qui erant cum eo, rediit in opus verbi, pervenitque Britanniam. Erat eo tempore Rex Ethelbertus in Cantio potentissimus, qui ad confinium usque Humbri fluminis maximi, quo Meridiani, & Septentrionales Anglorum populi dirimuntur, fines imperii tetenderat. Est autem ad Orientalem Cantii plagam Tanetos insula non modica, id est, magnitudinis juxta consuetudinem æstimationis Anglorum familiarum sexcentarum, quam à continenti terra secernit fluvius Wantsuma, qui est latitudinis circiter trium stadiorum, & duobus tantum in locis est trasmeabilis. Vtrumque enim caput protendit in mare. In hac ergo applicuit servus Domini Augustinus, & socii ejus, viri (ut fertur) fermè quadraginta, acceperunt autem, præcipiente beato Papa Gregorio, de gente Francorum interpretes, & mittens ad Ethelbertum, mandavit se venisse de Roma, ac nuncium ferre optimum, qui sibi obtemperantibus, æterna in cælis gaudia, & regnum sine fine cum Deo vivo, & vero futurum, sine ulla dubietate promitteret. Qui hæc audiens, manere illos in ea, quam adierant, insula, & eis necessaria ministrari, donec videret quid eis faceret, jussit, nam & antea fama ad eum Christianæ Religionis pervenerat, utpotè qui & uxorem habebat Christianam, de gente Francorum regia, nomine Bertham, quam ea conditione à parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religionis suæ, cum Episcopo, quem ei adjutorem fidei dederant, nomine Luidhardo, inviolatum servare, licentiam haberet. Post dies ergo venit ad insulam Rex, & residens sub divo, jussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire colloquium.* Et paulò post fol. 77. *Dedit ergo eis mansionem in civitate Doroverneusi (quæ*

Fol. 75. L. 1. c. 25.

imperii

imperii sui totius erat Metropolis) eisque, ut promiserat, cum administratione victus temporalis, licentiam quoque prædicandi non abstulit. Et cap. sequenti: *At ubi sibi datam mansionem intraverunt, cæperunt Apostolicam primitivæ ecclesiæ vitam imitari; orationibus videlicet assiduis, vigiliis, ac jejuniis serviendo, verbum vitæ, quibus poterant, prædicando, cuncta hujus mundi velut aliena spernendo, ea tantum, quæ victui necessaria videbantur, ab iis, quos docebant, accipiendo, secundum ea quæ docebant ipsi, per omnia vivendo, & paratum, ad patiendum adversa quoque, vel etiam ad moriendum, pro ea, quam prædicabant veritate, animum habendo. Quid mora? crediderunt nonnulli, & baptizabantur, mirantes simplicitatem innocentis vitæ, ad dulcedinem doctrinæ eorum cælestis; erat autem prope ipsam civitatem ad Orientem, ecclesia in honorem S. Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua, Regina, quam Christianam fuisse prædiximus, orare consueverat. In hac erga, & ipsi primo convenire, psallere, orare, missas facere, prædicare, & baptisare cæperunt, donec Rege ad fidem conversa, majorem prædicandi per omnia, & ecclesias fabricandi, vel restaurandi licentiam acciperent.*

Anno Christi 598. *Clotarii Regis Neustriæ. XI. Childeberti Au-*
L 3.c.81. *strasiæ Regis XX. & Burgundiæ I.* Aimoinus: *Childebertus duorum regnorum vallatus præsidiis ultionem patris, & patrui, quos factione Fredegundis periisse certis habebat compertum indiciis, meditabatur. Congregatis igitur cunctis Austrasiis, & de regno Burgundiæ auxiliariis validis, Gundoaldum, ac Wintrionem, Duces his præficit, mandatque, ut terram hostilem petentes, prædas agant, incendia spargant, captivos quamplurimos adducant. Qui etiam Campania Remensi digressi, pagum Suessionicum vastaturi aggrediuntur.* Quam verò stupendâ animi magnitudine Fredegundis victrix euaserit, quia non paucis fabulis ori-
Ibid. ginem dedit, ac nominatim prælii inter Brabantos, & Grimberganos, visum est operæ pretium ad verbum ex Aimonio proferre. *Interim*, inquit, *Fredegundis, evocatis, qui sibi parebant, Francis, ascito etiam Landerico (qui tutor à Guntramno, ut meminimus Clothario filio suo datus fuerat) factâ concione, sic universos alloquitur, & præ se puerum gestans, rogat, ne infantiam Regis pupilli contemnentes, hostibus depopulandos agros relinquant: meminerintque se non contemptum pueritiæ promisisse, sed venerationem majestati regiæ. Faverent porro honorem, quem conferendum in cunis adhuc posito æstimavissent: ne in matura ætate vacuus potestatis, plenus ignominiæ rex emaneret. Se certò quibus posset modis, remunerationi pro filio non defuturam: quæ spectatrix cunctorum, ac testis uniuscujusque, vel ignaviæ, vel virtutis, in eminentiori constituta loco desuper pugnam spectaret. Cumque his exhortationibus, muneribus quoque, eos ad belli certamina reddidisset animosiores, ad extremum intulit: ne (ait) quempiam vestrum multitudo deterreat adversariorum;* ,, Si apertâ congrediamini fronte, inveni fallendi eos viam, ,,quæ vobis pariat victoriam. Vos tantum sequimini me præviam: & ,,quæ Laudericum, vicem Regis agentẽ, me suggerente, videritis fa-

,,cere,

cere, vos quoque eadem facite: *Placuit cunctis quod dixerat Regina: & ex consilii sententia, Regem adhuc matris sugentem ubera, ferrata sequuntur agmina. Intempestâ nocte surgens exercitus, sylvam, Landerico ducente, est ingressus: qui arreptâ securi ramum præcîdit arboris, suspensumque tintinnabulum collo equi, cui insidebat, ferens, hortatur socios, ut suum omnes sequantur exemplum. Qui certatim præcisis ramis, arreptisque unâ tintinnabulis (factum imitati Ducis) matutinis hostilibus adstitêre castris. Interea Fredegundis Clotharium filium suum propriis gestans ulnis, usque ad locum certaminis, armatum præcedebat exercitum; ut miseratio eos infantis accederet, quem, si victi forent, captivum de Rege facturi videbantur. Sed unus hostium, qui cum sociis prætendebat munia vigiliarum, clarâ necdum luce eos conspiciens adventare, & rem prorsus ignorans, conversus ad socium:* „Quænam est, *ait*, hæc, quam conspicor sylva, cum hesterno vespere, hic nulla apparerent vel „minima vergulta? *Cui socius:* Tu, *inquit*, pridianas adhuc ru„ctans epulas, vinoque solutus oblivioni mandasti: proxima saltu „& opportuna nos equis nostris invenisse pascua. Nunquid non „audis tintinnabula pascentium equorum collis dependentia? *Mos quippe antiquis inoleverat Francis, & maximè Austrasiis, ut pascentibus equis tintinnabula imponerent; quo, si fortè longiùs in pascendo aberrassent, eorum sonitu dignosci possent. Dum igitur vigiles hos atque ejusmodi inter se sererent sermones, sylva, quæ priùs apparuerat condensa, decidentibus ramis fronde quidem rarissimâ, sed armorum nitore videbatur densissima. Turbatis itaque custodibus, & quid agerent hæsitantibus, superveniente exercitu, cum adhuc fessi multò superioris diei labore quiescerent, aliis in suis stratis, aliis expergefacti, sed somno soluti pœnas dabant. Cæsi multi mortales; reliqui in fugam vertuntur. Ipsi Duces ascensis equis, vix discrimen evasêre mortis, Landericus Wintrionem frustra sequi conatus, velocis equi rapido vectum cursu minimè valuit assequi. Partâ tantâ, ac tam inspiratâ victoriâ, Fredegundis cum filio Clothario, & cum armatorum maximo cuneo, Remensem invadit Campaniam, replens omnia incendiis, & sanguine. Vastabantur cuncta die, noctuque: exurebantur ædificia: diripiebantur patrimonia: perimebantur quicumque erant habiles ad bella: infirmi servabantur ad servitutis officia. Ubi cædibus, ac rapinis satisfactum, Fredegundis suum Suessionas reduxit exercitum. Acta sunt hæc in pago Suessionico, in loco nuncupato Trueco.* Ab hoc Fredegundis, videtur obtinuisse consuetudo, ut Reges adhuc infantes, & pueri exercitibus præponerentur. V anno 604. & 640.

Anno Christi 599 Clotarii Regis Neustriæ XII. Childeberti Austrasiæ Regis XXI. & Burgundiæ II. Aimoinus: *Anno secundo cum regnum suscepisset Burgundiæ Childebertus, Francorum simul, ac Brittonum, in mutuum inhiantes interitum, mutuâ semet cæde prosternunt.* L. 3 c. 83.
Hujus anni epistola quoque est Gregorii ad Brunichildim Reginam, contra eos, qui è laicis repente fiebant Episcopi, aut per simoniam, & ne Iudæis Christiani mancipia permittantur, hoc initio: *GREGORIUS BRUNICHILDÆ REGINÆ FRANCORUM. Postquam excellentia* Sirmond. Conc. Gall. t. 1. fol. 438.

excellentia vestra sollicitudo regia est ubique gubernatione laudabilis, ad augmentum gloria sua vigilantiarem se debet, & providam exhibere; ut quos consilio regit exterius, perire interius non permittat: quatenus per fructum pia sollicitudinis, post hujus quod geritis temporalis regni fastigium, ad aeterna, Deo auctore, gaudia possitis & regna pertingere. Quod quidem hac vobis confidimus posse ratione contingere, si inter alia bona de ordinandis sacerdotibus gesseritis. Quorum officium in tantam illic, sicut didicimus, ambitionem perductum est, ut sacerdotes subitò, quod grave nimis est, ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi, quid populo praestaturi sunt, qui non ad utilitatem, sed fieri ad honorem Episcopi concupiscunt? Hi ergo, qui necdum quid docere debeant, didicerunt; quid aliud agunt, nisi ut paucorum provectus, illicitus fiat multis interitus, & in confusionem ecclesiastica moderationis observantia deducatur? quippe ubi nullus regularis ordo servatur. Nam qui ad ejus regimen improvidus, & ob hoc praecipitatus accedit, qua admonitione subjectos adificet, cujus exemplum, non rationem docuit, sed errorem? pudet profectò, pudet alius imperare, quod ipse nescit custodire. Similis ibidem est epistola ejusdem anni, etiam hoc initio: *GREGORIVS THEODORICO, ET THEODEBERTO REGIBVS FRANCORVM, &c.* Quam vide apud eundem Sirmondum.

Anno Christi 600. Clotarii Regis Neustriae XIII. Childeberti Austrasiae Regis XXII. & Burgundiae III. Aimoinus: *Exercitus Childeberti cum Varnis, qui rebellare tentabant, confligit, quos etiam paenè usque ad supremum exitio dedit.* Apud Fredegarium hi Warni appellantur, qui regno Austrasiae subfuêre, Tranrhenani, ut & Toringi. Iidem credo qui Wirini, & quorum leges cum aliis estant apud Lindenbrogium hoc titulo: Lex Angliorum & Wirinorum, hoc est Turingorum fol. 482. vers. Circa haec tempora, ut habet Theodoricus: *S. Bavo uxorem duxit nobilissimis ortam natalibus, filiam Adilionis per idem tempus famosi Comitis. Filia ei nata est Adeltrudis, & ipsa à Deo praelecta, & virginitatis centesimo fructu, ut post patuit, remuneranda.* Ibidem: *Bavo ad eremum evaderet, nisi cura conjugis, & filiae Adeltrudis pedem ejus retineret.* Sonnacius hoc anno succedit Romulpho in sede Remensi, *Flodoard. Coluen.*

l.3.c.83.

Cap.1.

Cap.2.

l.2.c.5.

Anno Christi 601. Clotarii Regis Neustriae XIV. Childeberti Austrasiae Regis XXIII. & Burgundiae IV. Theodeberti Regis Austrasiae I. Theodorici Regis Burgundiae I. Hujus anni epistola est Gregorii P. allata in additionibus libri praecedentis fol. LXIX. quam vide. Aimoinus: *Anno quarto regni Burgundiae à Childeberto suscepti, paterna verò regni vigesimo tertio, aetatis porrò sua XXV. Idem Rex Childebertus cum uxore propria (sicut fertur) vi veneni extinguitur. Hic est Childebertus filius Sigeberti, qui etiam junior dictus est. Cui successerunt duo filii sui, adhuc puerili, sub tutela aviae Brunichildis constituti, & Theodeberta quidem, regnum Austrasiorum, quod pater Childebertus à genitore suo Sigeberto sibi relictum acceperat: Theodorico autem, regnum Gunramni, quod Childebertus jure adoptionis tenuerat, sorte obvenit.*

l.3.c.84.

Qui

Qui & sibi sedes in his locis, in quibus, & *priores constituere Reges. Ad hos fratres, & ad aviam eorum Brunichildem, extant epistolæ beati Gregorii Romani pontificis, Augustinum, quem Anglis-Saxonibus destinaverat Episcopum, illis commendantis*: Ionas in vita Columbani: *Mortuo Childeberto intrà adolescentiæ annos, regnaverunt filii Childeberti duo, Theudebertus, & Theudericus, cum avia Brunichilde, regno Burgundionum Teudericus potitus, regnum Austrasiorum Theudebertus suscepit regendum.* Pergit Aimoinus paullò post: *Eo anno quo Childebertus vitâ decessit, Fredegundis Regina, cum filio Clothario, superioris victoriæ elata triumpho, Parisios, & reliquas urbes, ritu pervasit Barbarico. Quorum exercitus super Theodebertum, & Theodoricum Reges irruens, adunatas ab ipsis militares copias, loco nominato Latophao, gravi cede labefactavit, reliquosque in fugam egit*, Circa hoc tempus: *S. Amandus cum jam adolescentiam transiens in robur migraret virile, Christi flagrans amore, patriam, parentesque relinquens, Ogiam Insulam navigans, portum monasterii petiit, ubi à patribus spiritualibus, magno receptus est gaudio.* Baudemundus. Coccius in Dagoberto scribit, Arnoldum in Austrasia marchionem, S. Arnulphi patrem, hoc anno obiisse, vid. Chronogr. L.3.c.86.

Anno Christi 602. Clotarii Regis Neustriæ XV. Theodeberti Regis Austrasiæ II. Mauricius Imp. 14. Kal. Dec. coactus abdicavit. 8. Kal. cum uxore, & filiis occisus est. Phocas coronatus imperavit ann. 8. menses 4. dies 9. *Onuphr.* Pergit Aimoinus loco citato: *Anno secundo regni Theodeberti, ac Theodorici, Fredegundis Regina senex, ac plena dierum defuncta est, ac in Basilica S. Vincentii in suburbio Parisiensi sepulta.* Nunc S. Germani. Hujus temporis, ad evellendam simoniam variæ sunt epistolæ D. Gregorii ad Brunichildim Reginam, & nepotes ejus Reges, è quibus quædam hîc videntur recitanda: *GREGORIVS BRVNICHILDÆ REGINÆ. Quanta* L. 9 ep. &c. *Synodum congregari præcipite, & peccatum simoniacæ hæresis de reg-* 57. *no vestro inter alia, sicut antea scripsimus, definitione concilii studiosius prohibete, sacrificium de devicto interiori hoste offerte, ut exteriores adversarios ipso adjuvante vincatis*, &c. *mense Iulio indict.* 4. Eam Synodum habitam fuisse, nullibi reperi, sed neglexit negotium illud Brunichildis, & reliqui Franciæ Reges; neque hæc pestis, nisi operâ S. Eligii, & Audoeni, per Dagobertum Regem, circa annum 650. demum est compressa, teste Oudoeno in vita S. Eligii his verbis: *In illis diebus immaniter simoniaca hæresis pullulabat in urbibus, & in cunctis finibus regni Francorum, maximèque à temporibus Brunichildis infelicissimæ Reginæ, usque ad tempora Dagoberti Regis violabat hoc contagium fidem Catholicam. Sollicitè tamen contra hoc invigilabant S. viri: Eligius, & Oudaenus.* Vide ad annum 650. Hinc videlicet factum, nemo sacerdos cordi haberet curam animarum, nullusque esset, qui zelo fidei Catholicæ incensus, Flandriæ nostræ, ad ethnicismum iterum vergenti, opitularetur. Ex eâdem epistola colligimus, & Brunichildim, & Francorum Reges, eo tempore gentilismum, atque idololatriam in regno suo permisisse,

atque ideò fidei Catholicæ propagationem neglexisse, scribit enim ibidem: *Effera corda gentilium providi gubernatu arte consilii.* Scripsit: *DESIDERIO PAPÆ*, sic & *SIGEBERTVS REX: & gentes patria nobis à Deo concessa pacifico ordine nobis obediunt, gentes etiam barbara paratissimè nobis cohabitant, &c.* Est & Gregorii epistola ad Theodebertum Regem, quem etiam hortatur ad Synodum congregandam, adversus Simoniacos; & monachos commendat, quos in Angliam mittit ad Augustinum: *GREGORIVS THEODEBERTO REGI FRANCORVM. Qui paterna, &c. Excellentia vestra, Dei nostri mandatis inhærens, studium ad congregandam Synodum pro sua mercede adhibere dignetur, ut omne à sacerdotibus corporale vitium, & Simoniaca hæresis, qua prima in ecclesiis iniqua ambitione surrexit, potestatis vestra imminente censurâ, concilii definitione tollatur.* Item ibidem: *Quanta præterea bona proficiscenti ad Anglorum gentem reverendissimo fratri, coëpiscopo nostro Augustino, excellentia vestra impenderit, referentibus quibusdam monachis, qui ab eo reversi sunt, cognovimus. De qua re maximas gratias exsolventes, petimus, ut & monachis præsentium portitoribus, quas ad eundem fratrem nostrum direximus, vestra uberius beneficia ministretis: quatenus dum vobis patrocinantibus nullas illic difficultates invenerint, sed cœptum iter facilè Christo adjuvante peregerint, uberiorem mercedis vestra fructum ante Dei nostri oculos faciatis, mense Iulio indictione 4.* Est & ejusdem argumenti epistola ejus ad Clotarium hoc titulo: *GREGORIVS CHLOTARIO REGI FRANCORVM.* Item ad Theodoricum: *GREGORIVS THEODORICO REGI FRANCORVM;* sivè enim Austrasiæ Reges essent; sivè Neustriæ, aut Burgundiæ, æquè Reges Francorum appellabantur. In principio hujus anni factum oportet, ut Clotarius duxerit uxorem Berthetrudem, è qua genuit hoc ipso anno Dagobertum, ut volunt Sammarthani fratres, sed & Locrius hoc anno loco citato: *Dagobertus magnus Clotarii II. filius ex Bertrada Burgunda nascitur, Clotarii Regis anno XV.* Fredegarius in Chronico cap. 43. eam fuisse scribit: *Regio genere de Burgundionibus.*

Tom. 1. Chesn. fol. 884. L. 9. ep. 54. — Fol. 456. — L. 9. ep. 55. — L. 9. ep. 53.

Anno Christi 603. Clotarii Regis Neustriæ XVI. Theodeberti Regis Austrasiæ III. S. Augustinus mirum in morum promovet rem Christianam in Anglia. Doroberniæ fundat monasterium S. Petri, & Pauli, de quo v. Bedam, & Concilia Angliæ, nuper edita à Spelmanno, anno 605. Vbi inter alias Gregorii epistolas hæc adfertur: *GREGORIVS EVLOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO: Dum gens Anglorum in mundi angulo posita, in cultu lignorum, ac lapidum; perfidia, nunc usque remaneret &c. In solemnitate Dominica Nativitatis, plus quam decem millia Angli, ab eodem nuntiati sunt fratre, & coepiscopi nostro (Augustino) baptisati.*

L. 1. c. 30. Conc. Ang. fol. 112.

Anno Christi 604. Clotarii Regis Neustriæ XVII. Theodeberti Regis Austrasiæ IV. Gregorius Papa obiit 4. id. Martii, vacat sedes mens. 5. dies 19. Sabinianus creatus cal. Sept. consecr. id. Sept. sedit menses 5. dies 19. *Onuphr.* Aimoinus: *Brunichildis à Theodeberto*

L. 3. c. 8.

berto nepote suo, & proceribus de regno Austrianorum expulsa, ad Theodoricum alterum nepotem suum est deducta. Theodaricus aviam Brunechildim, eo quo digna erat, honore susceptam, secum, quoad vixit, fecit manere, in Burgundia videlicet, cujus erat Rex. Anno Dominicæ incarnationis 604. *Augustinus Britanniarum Archiepiscopus ordinavit duos episcopos, Mellitum videlicet, & Iustum. Mellitum quidem ad prædicandum provinciæ Orientalium Saxonum, qui Tamesi fluvio dirimuntur à Cantia, & ipsi Orientali mari contigui, quorum metropolis Londonia civitas est* &c. Et mox: *Ubi verò, & hæc provincia verbum veritatis, prædicante Mellito accepit, fecit Rex Edilbertus in civitate Londania ecclesiam, S. Pauli Apostoli* &c. *Iustum verò in ipsa Cantia Augustinus ordinavit episcopum in civitate Darovirni*, &c. *in qua Edilbertus Ecclesiam B. Andreæ apostoli fecit*, Et mox: *defunctus est, autem Deo dilectus pater Augustinus, cui successit in episcopatu Laurentius*, &c. L.2.c.3.

Anno Christi 605. *Clotarii Reg. Neustr. XVII. Theodeberti Regis Austrasiæ V. Theodorici Burg. V.* Sabinianus P. obiit 12. Cal. Mart. vac. sed. diem unum. Bonifacius III. creatus, & consecratus 9. Kal. Mart. sedet menses 8. dies 23. *Onuphr.* Aimoinus: *Anno* 5. (Theodeberti Austr. & Theodorici Burg.) *Regum. Theodebertus, ac Theadoricus; conceptam jam dudum contra Clotarium patruelem suum, rixam tandem parturiunt, & adnitente aviâ Brunichilde, super fluvium Arvennam, nec procul à Doromella vico, cum eo prælio confligunt.* Et mox: *Clotarius suos immanissimè sterni conspiciens, in fugam vertitur, & per Milidunum castrum, in insula Sequana situm, Parisios properat. Theodebertus, & Theodericus post terga fugientem secuti, civitates regni ejus magna ex parte evertentes, cives servituti subjiciunt. Coactus Clotharius tenorem pacti ab hostibus propositi, invitus licet, firmavit: ut inter Ligerim, & Seqnanam, usque ad mare Oceanum, limitemque Brittonum dilataretur Theodarici regnum; & inter Sequanam, & Isaram, Ducatus integer Dentelini, itemque usque ad mare, Theodeberto cederet; duodecim tantum pagi, inter Sequanam, & Isaram, usque ad maris Oceani litora Clotario remanerent.* 12. Pagos inter Sequanam, & Isaram, interpretor urbem Suessionensem, cum pagis, regionibus adjacentibus; ac deinde destrictum omnem inter Somonam, Scaldim, & Mare, à Balduino Ferreo Flandriam posteà appellatam, nam quidquid ultra Scaldim ad Oceanum usque porrigebatur, nunc Brabantia, & Hollandia, erat Austrasiæ pars, ut sæpè dictum. Est in Conciliis Angliæ Spelmanni, hujus anni diploma Æthelberti Regis, cui Augustinus Archiep. nomine subscripsit, quod ob antiquitatem meretur adscribi: *In nomine Domini nostri Iesu Christi: Notum sit omnibus, tam præsentibus, quàm posteris, quod EGO ÆTHELBERTVS DEI GRATIA REX ANGLORVM, per evangelicum genitorem meum Augustinum, de idolatra factus Christicola, tradidi Deo per ipsum antistitem aliquam partem terræ juris mei sub Orientali muro civitatis Darobernia, ubi scilicet per eundem in Christo institutorem, monasterium in honore principum Apostolorum Petri, & Pauli condidi, &* L.3.c.88. F.119.

cum

cum ipsa terra, & cum omnibus, quæ ad ipsum monasterium pertinent, perpetuâ libertate donavi, adeò ut nec mihi, nec alicui successorum meorum Regum, nec ulli unquam potestati, sive ecclesiasticæ, sive seculari quicquam inde liceat usurpare, sed in ipsius abbatis sint omnia libera dittione. Si quis verò de hac donatione nostra aliquid minuere, aut irritum facere tentaverit, auctoritate Dei, & beati Papæ Gregorii, nostrique Apostoli Augustini, simul, & nostrâ imprecatione sit hic segregatus ab omni sancta Ecclesia communione, & in die judicii ab omni electorum societate. Circumcingitur hæc terra his terminibus. In Oriente Ecclesia sancti Martini. Et inde ad Orientem be Sivendoune. Et sic ad Aquilonem be Wykengesmerke. Iterumque ad Orientem, & ad Austrum be Burghwaremarke. Et sic ad Austrum, & Occidentem be Kingesmarke. Item ad Aquilonem, & Orientem be Kingesmarke. Sicque ad Occidentem to Ridescheape. Et ita ad Aquilonem ta Dritingstreet. Actum est hoc in civitate Daroverni. Anno ab incarnatione Christi 605. indictione 8.

Ego Æthelbertus Rex Anglorum hanc donationem meam signo sanctæ Crucis propriâ manu confirmavi. Ego Augustinus gratiâ Dei Archiepiscopus libenter subscripsi. Ego Ædbaldus Regis filius favi. Ego Hamgisilus Dux laudavi. Ego Hocca Comes consensi. Ego Angemundus referendarius approbavi. Ego Graphio Comes benedixi. Ego Tangisilus Regis Optimas confirmavi. Ego Pinca consensi. Ego Geddi corroboravi. Eodem anno Clotarius Rex templum Morinense Deiparæ construit, atque auget vectigalibus, Locrio teste in Chron.

Anno Christi 606. Chlotarii Regis Neustr. XIX. Theodeberti Regis Austrasiæ VI. Theoderici Burgundiæ VI. Bonifacius III. Papa obiit pridie id. Novemb. (anni præcedentis) vacat sedes mens. 9. dies 15. Bonifacius IV. creatus, & consecratus 5. Kal. Septemb. sedet ann. 6. mens. 8. dies 12. *Onuphr.* Baronius 8. annis vixisse, Bonifacium IV. scribit in Pontificatu. S. Amandus jam viginti quinque annos natus, *Turonos ad sepulchrum Sanctissimi petiit Martini, ubi comam capitis sui abscidit, adeptusque clericatus honorem omnem gratiam transcendebat in clero.* Circa hæc tempora S. Columbanus *cernens tantum multitudinem virorum cœnobii limitibus comprehendi non posse, alium inquirit locum, quem aquarum copia ornaret, quo reperto aliud illic monasterium ædificavit, quod Fontanas voluit appellari, eique præpositos dedit, & gubernatores.* Ionas in ejus vita apud Sur. tom. 6.

In vita ejus. Chesn. tom. 1. fol. 645.

Anno Christi 607. Clotarii Regis Neustr. XX. Theodeberti Austrasiæ Regis VII. & Theoderici Burgund. VII. Aimoinus: *Theoderico (Burgundiæ Regi) è concubina nascitur filius Sigebertus.* Ibidem: *Eo tempore Theodebertus, & Theodericus Wascones damnuerunt, Ducemque super eos, nomine Genialem instituêrunt:* Item: *His diebus, levatus est Adoaldus Rex super Longobardos Medioloni in circo, in præsentia patris sui Agilulfi Regis, astantibus legatis Theodeberti Regis Francorum, & desponsata est eidem regia puero, filia Regis Theodeberti, & firmata est pax perpetua cum Francis. Eodem tempore Francis cum Saxonibus pugnantibus, magna strages ab utrisque partibus facta est.*

L. 3. c. 89.

Anno

Anno Christi 608. *Clotarii Regis Neustr. XXI. Theodeberti Austrasiæ VIII. Theodorici Burg. VIII.* Aimoinus: *Anno octavo Regni Theodeberti ex concubina nascitur ei* (id est Theodorico, cujus primum filium natum scribit anno præcedente) *alter filius, avum Childebertum nomine referens. Synodus etiam Cabillona collecta Desiderium Viennensem Episcopum dejecit: eoque, factione Brunichildis, & Aridii Lugdunensis Pontificis, qui Secundino successerat, in exilium acto, subrogatus est Domnulus in Sacerdotale officium.* L.3.c.90.

Anno Christi 609. *Clotarii Regis Neustr. XXII. Theodeberti Regis Austrasiæ IX. & Theodorici Burg. IX.* Aimoinus: *Anno 9. memorati Regis I.* (Theodeberti, ut & Theodorici) *iteratò ei* (Theodorico) *filius nascitur nomine Corbus.* Subsequitur: *Comes palatii ipsius Principis tum temporis Bertoaldus erat.* Exortum hoc anno bellum inter Clotarium cum Theodeberto, adversus Theodoricum, qui Clotarii regnum invalerat, ad quod *Clotarius filium Merovaum, & Landericum Ducem, direxit*, ut ait Aimoinus loco citato, ubi & militiæ Duces Landericus, & Bertoaldus conveniunt in singulare certamen. *Ego*, inquit Bertoaldus, Landerico: *si placebit, & tu, vermiculatis adopertis vestibus, inter conferta congrediamur agmina: ibi, & mea probrum ignaviæ, & virtutis tua poteris documenta persentiscere. Has conditiones non renuente Landerico, utrique, quadam sibi ad invicem, si à cœpto desisterent, imprecati sunt maledicta* Equa historia fortasse fabula nata de Liderico primo Flandriæ Forestario, ut aiunt, tempore hujus Clotarii, cujus, & singularia certamina describuntur. Pergit Aimoinus ibidem: *In eo prælio Merovaus filius Clotarii capitur: Landericus cum Clotario in fugam vertitur, Theodoricus victor Parisios ingreditur. Post hac Theodebertus cum Clotario Compendium venit: exercitus verò eorum illæsus ad propria rediit.* Animadverte hîc, quod anteà notavimus, filios Regum adhuc pueros, cum Ducibus exercitûs ad prælium mitti solitos fuisse, neque enim Merovæus tum agere poterat annum ætatis sextum, nisi natus fuerit ex illegitimo thoro, priusquam Clotarius duxit Berdetrudem, sive Bertradam, ut quidam, opinantur, quod tamen vix fieri potest, ob teneram tum nimiùm Clotarii ætatem. L.3.c.91.

Anno Christi 610. *Clotarii Reg. Neustr. XXIII. Theodeberti Regis Austrasiæ, & Theodorici Burg. X.* Aimoinus: *Anno decimo regni Theodorici, juxta voluntatem Brunichildis, ex præcepto Theodorici, Protadius major domus constituitur.* Capite præcedenti. *Protadius* dicitur *genere Romanus, Brunichildi causâ stupri familiarissimus, & in pago ultra-Iurano ab ea Dux constitutus.* Pergit Aimoinus: *Dum Brunichildis, veteris inimicitiæ recordatione, vindictam meditaretur expulsionis suæ, moneretque Theodoricum, thesauros patris de manu Theodeberti quærere* (*asserens illum non Childeberti, sed cujusdam hortulani, filium fuisse*) *Protadius cœpit Regem ad hac peragenda studiosiùs commovere. Tandem Theodoricus cum exercitu profectus, apud Carisiacum, castra posuit, paratus in crastinum cum fratre congredi: qui haud procul cum valida Au-* L.3.c.92. L.3.c.92.

 strasiorum

strasiorum confederat manu. Interea leudi Theodericum hortari cœperunt, ut fratri reconciliaretur, nec vanissimæ cupiditati postponeret decus germanitatis. Protadius contra, vehementer resistere dicens, pacem fieri non oportere. Paulò post, Protadio à leudis occiso: *Theodaricus, licet à suis coactus, cum fratre Theodeberto pacificatur, & utrorumque exercitus salvus, & integer numero, ad suos regreditur.* Aimoinus ibid. Obiit hoc anno *Monulphus Traject. Episcopus, succedit Gundulphus.* Harigerus, Bucherius. v. anno 571. Molano 16. Iulii: Monulphus, *per triginta, novem, plus minus, annos Episcopus scribitur fuisse.* Apud Sigebertum in Chronico, aut potiùs monachum, sive amanuensem quendam, qui de suo nonnulla Sigeberto adjecit, ab Auberto Miræo anno 1608 Antuerpiæ imprimi jussa, literâ currente, sive (ut vocant) cursivâ, ita scriptum reperitur hoc anno: *Blandinium Monasterium ædificatur in Gandavo.* Ibidem paulò ante, anno videlicet 608: *In Castro Ganda ecclesia ædificatur.* Castrum Gandæ est, ubi posteà sancti Bavonis, nunc Castrum Hispanorum; Blandinium, ubi nunc Abbatia sancti Petri Benedictinorum. Ecclesiæ verò, & Monasterii, quis author fuerit, non traditur apud Sigebertum, cum verò è diplomatibus sequentium Imperatorum, & Franciæ Regum, clarum sit, tam ecclesiæ Gandensis, quam monasterii Blandiniensis, conditorem fuisse D. Amandum, aliquot annis seriùs id accidisse, oportet; siquidem hoc adhuc anno idem S. Amandus, *Turonis clericatûs honorem adeptus, in Ogia insula monasterio,* sub Abbate vivebat, vitæ religiosæ addictissimus, ut ostendimus ad annum Christi 606. atque anno demum 614. mortuo Apollinari Episcopo Bituricensi, aut circiter: *Ab Abbate illius loci, & à fratribus benedictione perceptâ, civitatem Bituricas, ad sanctum petiit Austregisilum (Apollinaris successorem) qui tunc in Dei rebus magnificus, atque insignis habebatur.* Vt est in ejus vita suprà etiam recitata. De quo plura ad annum 614. Itaque posteriorum temporum carmen est, quod adfertur ex Archivis Blandiniensibus, neque consonum veritati:

Fol. 79.

Du Chesn. tom. 1. Franc. Script. fol. 645.

In sexcenteno deno fundavit Amandus
Anno Blandinium, Patronum dans ibi Petrum,
Rexit Florbertus, dotavit Rex Dagobertus.

Dagobertus enim vixdum hoc anno ad pubertatis annos attigerat, utpotè natus anno Christi 602. Omnium gravissimè errat Chronographus Blandiniensis apud Sanderum, Flandr. ill. tom. 1. fol. 115. *Cœptum est hoc opus ab anno Dominicæ incarnationis DCX. sub die Calendarium Octobrium indictione primâ, qui erat annus præfati Regis Dagoberti XIV. pontificante sedem Romana Ecclesia anno V, beatissimo papa Martino, Aicharii Episcopi Noviomensis anno VII. Rexit autem beatissimus Amandus hoc cœnobium, in persona propria à fundatione, usque ad annum DCXVIII. unâ cum capella Gandensi, quæ posteà S. Bavonis nuncupabatur.* Martinus Papa primum creatus Pontifex anno 647. mortuo Dagoberto; Aicharius quoque non nisi anno 626. ob-

626. obtinuit epiſcopatum, ut ſuo loco apparebit, ſed & fabula eſt Gandavum olim Clarineam dictam, & à Cæſare Mercurio conſecratam, neque enim Iulius Cæſar unquam fuit Gandavi, ut docuimus libro præcedente, unde aliud carmen ſimili fide dignum eſt, ac præcedens, quod de Gandavo refertur:

Hanc Clarineam veteres dixere coloni,
Garduni, populique truces coluere Sicambri,
Mercurio Cæſar, Chriſto ſacravit Amandus.

Anno Chriſti 611. Clotarii Regis Neuſtr. XXIV. Theodeberti Regis Auſtraſiæ, & Theodorici Burgundiæ XI. Phocas Aug. 6. Cal. Apr. occiſus eſt. Imp. Heraclius coronatus à Sergio Patriarcha imperavit ann. 30. menſ. 2. *Onuphr.* Aimoin: *Anno XI. regni Theo-* L.3 c 92. *dorici ſubrogatur Protadio, major domus quidam Claudius, item genere Romanus.*

Anno Chriſti 612. Clotarii Regis Neuſtr. XXV. Theodeberti Auſtraſiæ Regis, & Theodorici Burgundiæ XII. Aimoinus: *Anno XII. regni Theodorici* &c. *Natus etiam eſt ex concubina Theodorici filius, nomine Meroveus, quem Rex Clotarius de ſacro fonte levavit.* Hoc anno Locrius, & Coccius: *S. Waldericus ſumptu Clotarii Regis juxta Ambianenſem urbem cœnobium conſtruit.* E vita S. Walerici apud du Cheſne t. 1. hiſt. Franc. fol. 561. ubi ita legitur: *Cum ſolummodo ſolium regni Neuſtraſiorum vir valdè idoneus, & Deo amabilis Rex Clotarius ſibi vendicabat quem Columbanus ſacrâ ſuâ doctrinâ monuerat, tam de amplificando Dei regno, quam de præda, cæteris Regibus ſibi invicem rebellantibus, unà cum ſtirpe eorum, juſto Dei judicio, à regno quidem malè uſurpato, infra triennium, eſſe perituros. & Monarchiam regni eorum ipſi Clotario adunandam eſſe, ſæpè prædixerat. Quidam verò fratrum ſancti Columbani nomine Waldolenus licentiam ab ipſo rogavit, ut inter gentes prædicaret, & venerabilem virum Walaricum pro ſolatione fovendæ religionis ſecum abire permitteret. Cui beatus pater reſpondiſſe fertur: Etſi pro bono fili deſideras, ſed hoc ſcias, quod ille Dei ſervus magnus eſt, quem tecum ire perquiris. Hoc autem cave, ne ei aliquid moleſtiæ ingeras, ne pro hoc ſcandali machinamenta incurras. Cumque hoc ei, ut poſtulaverat, beatus Columbanus permiſiſſet, cum dicto factum venit in proſperum, ſicut à ſancto Dei fuerat prædictum. Cumque in Neuſtria pervenirent, acceſſerunt ad quendam Regem Clotarium, cui remotum locum reſidendi popoſcerunt. Advenientes verò ad quendam locum Ambianenſium perveniunt Walimago, ubi quidam Comes, nomine Sigobardus, juxta morem ſeculi, concioni præſidebat, quod ruſtici mallum vocant.* Item: *Tum verò præfatus Rex unà cum conſenſu Pontificis Ambianenſis, beato Walarico juxta petitionem ipſius, locum ſecretum, & remotiorem, qui Leuconaus antiquo vocabulo dicebatur, conceſſit, in quo beatus Pontifex Ambianenſis, vocabulo Bercundus, diebus Quadrageſimæ ſolebat contemplationi divinæ inſiſtere. Ibi autem ſe beatus Walaricus in quadam cellula ſegregatus à fratribus incluſit, ut omni curâ mundi poſtpoſitâ divinæ tantummodo contemplationi vacaret. Cæteri vero Fratres conſtruxerunt ſibi cel-*

lulas, vivebantque de eleemosyna Regis. Situs verò loci valdè congruus erat. Nam uno ex latere vicinum erat mare, & ex alio fluvius habens pisces multos: tertium verò latus terrâ frugiferâ, & amœnissimis cingitur sylvis. In ipso loco beatus Walericus à tumultu circumhabitantis populi voluit se latere, sed felix fama virtutum, & bonorum operum exempla, ubique eum clarum, & insignem reddebant.

Anno Christi 613. *Clotarii Regis Neustr. XXVI. Theodeberti Regis Austrasiæ, & Theodorici Burgundiæ XIII.* Bonifacius IV. Papa obiit 8. id. Maij, vacat sedes menses 5. dies 12. Deus-dedit creatus . . . . . . consecratus 12. Kal. Novemb. sedit ann. 3. dies 19. Fl. Heraclius Constantinus Imp. à patre 6. Kal. Aprilis, appellatur,
L.3.c.93. imperavit cum eo annos 28. menses 2. *Onuphr.* Aimoinus: *Theodoricus ad Bertricum Regem Hispaniæ direxit, qui filiam illius, conjugio sibi sociandam poscerent, qui puellam legatis tradidit, nomine Hermenbergam; quam primum unicè dilexit, hac tamen maleficiis Brunichildis virum non cognovit, quare eam expoliatam thesauris in Hispaniam abire præcepit.* Fredegarius in Chronico: *Anno XIII. regni Theodorici, Teudebertus Belichildem habebat uxorem.* Idem in Aimoino meo M.S.

Anno Christi 614. *Clotarii Regis Neustr. XXVII. Theodeberti Regis Austrasiæ, & Theodorici Burgundiæ XIV.* Hoc anno capta Hierosolyma à Cosroe Persarum Rege, at imperii Heraclii V. Theophanes.
L.3.c.95. Aimoinus: *Regni Theodeberti, ac Theodorici anno XIV. B. Columbanus ab Hybernia Oceani insula progressus primum à Theodeberto suscipitur* &c. Venerat jam antea ab Hybernia Columbanus ad Sigebertum Austrasiæ Regem, Theodeberti, & Theodorici avum, ut scrip-
Fol. 55. simus ad annum Christi 573. & Luxovii in Burgundia monachos quamplurimos, Scotos, Hibernos, Anglos, Burgundos, Saxones, Francos, omnes utentes linguâ theotiscâ; ac se mutuo tum intelligentes, congregarat; Quò cum Theodoricus Burgundiæ Rex ad eum venisset, ob concubinatum, à viro sancto est increpitus, de quo sic Fredegarius in Chronico cap. 36. *Anno XIV. regni Theuderici, beatus Columbanus, creverat jam passim famâ civitatis suæ in universas Galliæ, vel Germaniæ provincias, eratque omnium rumore laudabilis, omnium cultu venerabilis; in tantùm, ut Theudericus Rex ad eum sæpè Luxovium veniret, & orationum suarum suffragia omni cum humilitate proposceris. Ad quem sæpissimè cum veniret, cœpit vir Dei eum increpare, cur concubinarum adulteriis misceretur, & non potiùs legitimi conjugii solamine frueretur, ut regalis proles ex honorabili Regina procederet, & non potiùs ex lupanaribus videretur emergi. Cumque jam ad viri Dei imperium Regis sermo obtemperaret, & se ob omnibus illicitis segregare sponderet, mentem Brunichildis aviæ, (secundæ, ut erat Iezabelis) antiquus anguis adiit, eamque, contra virum Dei stimulatam, superbiæ aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theudericum obedire. Verebatur enim, ne si abjectis concubinis Reginam aulæ præfecisset, dignitatis atque honoris sui modum amputasset.* Ibidem paulò post *Virum Dei à monasterio pellit, & pœnis Vesontionem oppidum ad exulandum perducit.*

In vita

In vita ejus, à Iona abbate æquali ejus conscripta, ita legitur: *Egressus vir sanctus cum suis vigesimo anno post incolatum eremi illius, per urbem Bisontionum, Augustodunumque, ad Cavallonem castrum pervenit*, &c. *Exin Autissiodorum properavit, ibique allocutus Ragamundum est, quia ipse eum, viâ, qua ibat, duceret.* Memento, *inquit*, ô Ragamunde, *Clotarium, quem nunc spernitis, intra triennium Dominum habebitis.* Pergit Ionas loco citato: *Post hæc Suffronius Namnetensis urbis Episcopus, unà cum Theudoaldo Comite, juxta Regis imperium B. Columbanum nave susceptum ad Hiberniam destinare properabant*, &c. *sed vir Dei moratus ibidem paululum, post ad Clotarium Chilperici Regis filium, qui in Austrasiis, Francisque regnabat, extremâ Galliâ, ad Oceanum positis, pergit. Porrò Clotarius audierat, quantis quibusve injuriis virum Dei Brunichildis, ac Theudericus fatigaverant. Quem cùm vidisset, velut cœleste munus recepit; ovansque precatur, ut si vellet, intra sui regni terminos resideat, séque ei, prout voluerit, famulaturum. At ille, Nequaquam, ait his in locis se consistere velle, vel ob suam peregrinationem agendum, vel illius inimicitiarum occasionem sedandam. Tenuit ergo eum Clotarius, quantis potuit, penes se diebus, castigatusque ab eo pro quibusdam erroribus, quibus vix Aula regia caret: spondet se Clotarius, juxta ejus imperium, omnia emendaturum. Erat enim Clotarius solers in amore sapientiæ. Inventum ergo optatum munus gratificabat. Morante ergo eo penes Clotarium, lis oritur inter Theudebertum, & Theudericum: disceptantibus utrisque de Regni sui terminis. Vterque ad Clotarium Legatos dirigunt, & uterque adversus parem auxilium postulat. Quod Clotarius beato Columbano insinuare procurat, consulens, ut si videretur ejus consilii, se unum consentiendo contra alium dimicare. Ad quem ille prophetico repletus spiritu ait: „ Neutris te fore pariturum consiliis, „ tuam, intra triennii tempus, in ditionem, utrorum Regna venire. Videns „ Clotarius à viro Dei talia sibi prophetico ore dici, neutri parêre voluit. „ Sed promissum sibi tempus fideliter expectans, postpositus est triumphus „ victoria.* Franci in extrema Gallia ad Oceanum positi, alii hîc esse non possunt, quam Flandri, inter Legiam, & mare, cis Scaldim, ut ostendimus toto libro præcedente, Austrasii verò etiam in extremâ Galliâ ad Oceanum positi, alii non sunt, quam Brabanti, & Zelandi, atque Hollandi, nobis ultra Scaldim; quos & Clotarius suo regno adjunxerat ex pactione, ut credendum est, cum Theodeberto Anstrasiæ Rege. Aimoinus scribit, B. Columbanum, *Vsque ad maris Britannici litora deductum fuisse, ut transfretato freto, nunquam de cætero Galliarum reviseret arva, sed ad patrium solum, nullo modo regredi voluisse.* Vt dubium non sit, quin tum temporis Columbanus, apud Clotarium fuerit, Boloniæ, Teruanæ; fortè & Gandavi & Brugis. ApudSigibertũ hoc anno reperies: *S. Amandus Elnonensis, per Gallias miraculorum, & prædicationis gratiâ clarescebat. Allovinus etiam, qui & Bavo per eum ex prædone conversus, & Gandavi solitariè reclusus, sanctitatis exemplum erat omnibus.* Quæ ultima præproperè hoc anno posita sunt à Sigeberto, ob ea quæ superiùs

Cap. 22.

Fol 55. Chef. t. 1.

L. 3. c. 45.

periùs ad annum 610. dicta, & ad annum 629. dicenda sunt. Fieri tamen potuit, ut S. Columbanus adjutus opibus Clotarii Regis, in castro Ganda, de novo, fidei Catholicæ quædam jecerit fundamenta, & Toroltum restaurarit; unde, quod Sigeb. scribit anno 608. de ecclesia Gandensi, & anno 610. de monasterio Blandinio in Gandavo, non attribuit S. Amando, imo contrà, S. Amandum tradit anno 614. per Gallias claruisse, quo nomine, regio ultra Ligerim intelligenda est, ubi Bituricæ; nam Franci, Galliam, intra Ligerim, ad Sequanam, Somonam, Scaldim, tum temporis Franciam appellabant, ut dictum ad annum 511. fol. 14. postea verò, cum Gandenses rursus ad idololatriam relaberentur, credendum à S. Amando religionem restauratam esse, anno 629. & sequentibus, quare ei fundatio, & ecclesiæ sancti Bavonis, & monasterii Blandiniensis, attributa est.

Certe Colombani Hiberni Abbatis, meminit Chronicon Gandensis Monasterii teste Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, sed
2. Febr. posteriorum temporum, quique ibidem reclusus obierit circa annum 957. Verum cum nihil præterea de eo scribatur, neque vitæ ejus alia mentio sit, cum etiam sæculo 8, & 9. à Christo nato, non legantur viri sancti ex Hibernia, Anglia, aut Scotia, ad hasce partes advenisse, utpote fide Christianâ jam sufficienter instructas, sæpius dubitavi, an memoria illa de Columbano Hiberno Abbate, eo in loco non remanserit à S. Columbano Hiberno, Abbate primo Luxoviensi, quem in hisce partibus fuisse è superioribus apparet.

De Sancto Amando Bituricæ hoc anno existente, ita memi-
Tom. 1. Franc. script. fol. 645. nit vita ejus ab æquali conscripta apud Du Chesne: *Ab Abbate ipsius loci, & à fratribus benedictione perceptâ, civitatem Biturigas ad sanctum petiit Austregisilum, qui tunc in Dei rebus magnificus atque insignis habebatur. Cumq; ab eo & ab ejus Archidiacone, sanctissimo videlicet Sulpicio, qui postea Episcopus claruit, clementissimè fuisset susceptus, omni ei humanitate exhibitâ, cellulam juxta Ecclesiam in superiori civitatis muro construi fecerunt. In qua cellula multis diebus, ob amorem æternæ vitæ cilicio tectus & cinere, jejunio attritus est, atq; inediâ.*

Anno verò 614, & 615 Bituricæ floruisse S. Anstregisilum, docet nos Chenu in Chronologia Archiepiscoporum Bituricensium, tradens eum anno 615 Apollinari successisse in Archiepiscopatu Bituricensi, sub Bonifacio Papa, Imp. Heraclio, & Regibus Francorum: Clotario II. Theoderico, & Theodeberto; ut & Austregisilo S. Sulpitium anno 928. sub Honorio Papa, & Imp. Heraclio, Regibus Francorum Clotario II. & Dagoberto. Meminit
L. 4. c. 20. S. Austregisili his verbis Aimoinus: *Austregisilus cathedram Episcopalem sortitus, admirandus in mundo, virtutum enituit bonis.* Pro eo vero, quod in S. Amandi vita superiore legitur: *In cellula multis diebus jejunio attritus* &c. Milo in ejus vita sic scribit: *S. Amandus in cella jejunio attritus est* &c. *Ibidem tribus fere militans lustris, à vino, & sicera omnino abstinuit*; Quod hìc *tribus lustris*, apud Harigerum,

gerum, dicitur: *quindecim annis.* Sic enim habet Harigerus in gestis Pontificum Tungrensium, Trajectensium, & Leodiensium, de S. Amando: *Bituricos deveniens à sancto Austregisilo ejusdem civitatis Episcopo, & ejus Archidiacono S. Sulpitio, posteà Episcopo, devotè suscipitur. Quorum suasu cellam sibi inde construxit, quam per quindecim ferè annos inhabitavit, cilicio tectus, & cinere; vigiliis assuetus, & jejuniis; hordeaceo pane contentus, à vino abstinuit, aquâ corpus sustentavit. Pòst sancto tactus desiderio Romam profectus est,* &c. Vide ea quæ sequentur ad annum 628.

Anno Christi 615. Clotarii Neustr. Regis XXVIII. Theodeberti Regis Austrasiæ, & Theoderici Burgundiæ XV. Post hæc, inquit Ionas in vita S. Columbani: *egit apud Clotarium vir Dei, ut sibi solamen largiretur, utque per Theudeberti regnum, si valeret, ad Italiam, Alpium juga transcendens, perveniret.* Acceptis tum à Clotario comitibus, ut pergit Ionas: *Exinde ad Theodebertum venit. Quem cùm Theodebertus vidisset, ovans suis recepit sedibus* &c. *Dedit ergo Rex optionem, quamcumque in partem voluisset, experimento quæreret locum, qui sibi, & suis placuisset. Inquisivitque locum, quem favor omnium reddebat laudabilem, intra Germaniæ terminos, Rheno tamen vicinum, oppidum olim dirutum, quem Bricantia nuncupabant* &c. *Quem peragrans vir Dei, non suis placere animis ait, sed tamen ob fidem in Gentibus serendam, inibi paulisper moraturum se spondet. Sunt etenim ibi vicinæ nationes Suevorum. Quò cum moraretur, & inter habitatores loci illius progrederetur, reperit eos sacrificium profanum litare velle, vasque magnum, quod vulgò cupam dicunt, quod viginti modia, plus minusve capiebat, cervisa plenum, in medio positum. Ad quod vir Dei accessit, sciscitaturque quid de illo fieri vellent. Illi aiunt, se Deo suo Vodano nomine velle litare. Ille pestiferum opus audiens, vas sufflat, miròque modo vas cum fragore dissolvitur, & per frusta dividitur, visque rapida cum liquore cervisæ prorumpit.* Aimoinus: *Anno XV. regni sui Theodebertus aliqua sibi de fratris Theoderici possessionibus adjungere parans, eum in se excitavit.* Sed ad Saloissam (*Seltz* prope Rhenum) tum conventum: *Vt Alesatio, & Sugitensi, (Suitensi) Turonensi quoque, ac Campanensi comitatu Theodoricus cederet, & ad Theodebertum jus omnium horum transiret.* Vt est apud Aimoinum, loco citato. Vnde animadvertat lector L. 3. c. 96.
quamquam Theodoricus diceretur solùm Burgundiæ Rex, & Theodebertus Austrasiæ, multa utrumque possedisse, è regno Parisiensi, & Aurelianensi, quorum districtum suprà dedimus ad annum 590. fol. 66. Sequitur apud Aimoinum post hanc pacis conventionem: *Inde eum gratia, sed simulata, discessum est.*

Anno Christi 616. Clotarii Neustriæ Regis XXIX. Theodeberti Regis Austrasiæ, & Theodorici Burgundiæ, XVI. Deus-dedit Papa obiit 6. id. Novemb. vac. sed. mens. 1. dies 16. Bonifacius V. consecratur Kal. 8. Ianuar. ineunte anno, sed. ann. 5. menses 10. *Onuph.* Aimoinus: *Theodoricus acceptas injurias ulcisci desiderans, cum suis tractabat, quo pacto fratrem opprimeret. Eo anno Theodebertus Bilechildem,* quam

quam Brunechildis à mercatoribus emptam, eo quod foret formâ egregiâ, illi dederat conjugem, interemit; puellam, Theudechildem nomine, sibi accipiens in uxorem. Acciderit id, ut existimo, absente ultra Rhenum Columbano, qui inde rediens ad Theodebertum, eum criminis arguit, suasitque clericatum, de quo paulò post. Fredegarius c. 37. Belichildim occisam, scribit anno præcedente, antequam fortè Columbanus ad eum pervenisset.

Anno Christi 617. Clotarii Neustr. Reg. XXX. Theodeberti Regis Austrasiæ, & Theodorici Burgundiæ XVII. Clotarii totius regni Francorum Monarchæ I. Aimoinus: *Theodoricus anno XVII. regni sui, mense Maio, universos ditionis suæ, ad bella promptissimos, Lingonis coadunari præcipiens, ac per Verbonam castrum, (tum temporis ædificari cœptum) iter faciens, Tullum devenit; ibi obvium habens Theodebertum, cum supplemento militiæ Austrasiorum, non dubitavit conserere manum: in Campania namque Tullensi adversus fratrem congressus, exercitum ejus graviter attrivit. Evasit tamen Theodebertus, & fugiens è prælio, per Metensem urbem, saltumque Vosagum, Coloniæ civitatis receptacula petiit.*

L. c. 98. Et paulò post: *Theodorico ubi factum est indicium Theodebertum evasisse, incentivum accelerandi itineris accessit: ne conficiendi belli impendium putaret, si Dux, & populus bello promptior interciperetur. Adveniens itaque cum suis in Ribuariorum fines sese inimisit, occurrentia quaque devastans, vel exurens.* Cujus terræ incolæ ad eum venêre rogatum, ne ob unius culpam dissidium pararet eis, quos suos fore sciret jure victoris. Quibus ille: non (inquit) vobis, sed Theodeberto, interitus paratur: cujus caput, si meam promereri vultis gratiam, vos necesse est auferre, aut ipsum vivum, victumque ad me perducere. Illi regiam Coloniæ introgressi, Theodeberto taliter locuti sunt: Sic (inquiunt) mandat Theodoricus frater tuus, Si (ait) recipere meruero thesauros paternos, quos Theodebertus adhuc injustè retinet pervasos, proprias festivus repedabo domos, ideò te hortamur, domine Rex, ut portione, quæ ei debetur, redditâ, nostra cum non finas infestare domicilia. *His Theodebertus dictis credulus, ac pro vero prolata arbitratus, locum quo regalis continebatur, gaza, pariter cum ipsis est ingressus. Eo igitur perscrutante quid fratri opportuniùs, sine sui damno, posset restituere, unus è circumstantibus, evaginatum gladium cervici ejus illidens, caput abstulit, ac per muros Coloniæ circumtulit. Quod cernens Theodericus, ipsâ confestim urbe potitus, regias invasit opes, & primates civitatis, in sua sibi verba jurare compellens, dum in Basilica sancti Gereonis sacramenta exigeret, visum illi fuit, quendam pugno suo se in latus percussisse, & conversus ad suos observate, ait, ad ostia, ne quis egrediatur: eo quod ignorem, quis horum Ribuariorum, perjurio obnoxiorum, me vulnerare conatus sit, observantibus autem his, à cubicularijs, veste remotâ latus Regis inspectum, nullumque vulnus est inventum, solummodo signum quoddam apparuit purpureum: quod ego reor citæ mortis fuisse indicium, compositis ex sententia rebus indè cum multis spoliis progressus, secum abduxit filios fratris sui cum filia,*

qua

qua specie nitebat decora. Dum Mettos advenisset, reperit aviam suam Brunichildem inibi obviam sibi venisse, qua arreptis Theodeberti filiis, eos sine mora neci tradidit: & minorem quidem natu Merovaeum nomine, in albis adhuc positum, lapidi illisum, innocentem coëgit exhalare spiritum. Regnavit itaque Theodericus annis XVII. Convenit prorsus hic annus, cum anno Christi 617. & cum prophetia S. Columbani ante triennium. Item cum anno Clotarii in regno Neustriæ XXX. Hinc Aimoinus: *Rex Francorum Clotarius trigesimo regni sui anno, postquam regnare cœperat, patre defuncto, monarchiam regni adeptus* &c. Vnde corrigendus Miræus in Chronico, qui Theodebertum devictum tradit an. 612. & Theodorici mortem ponit an. 623. Aimoinus eodem anno quo cæsum ait supra scriptum Theodebertum, sic prosequitur: *Interea dum Mettis moraretur Theodoricus amore filia fratris Theodeberti (quam Colonia captivaverat) deperire cœpit. Quam dum sibi copulare vellet, ab avia, ne hoc faceret, prohibebatur. Cui ille: „Et quid, „ait, incurram offensionis, si illam uxorem duxero? ad hac Brunichildis: „non (inquit) est fas fratre progenitam te habere conjugem. Ad hac Theodericus, ut audivit, felle commotus, tali ei respondit modo: „Nonne, tu „Deo odibilis, cunctisque invisa bonis, mihi dixeras, eum fratrem non esse „meum? ut quid imposuisti mihi tam grave onus fratricidii? & evaginato „ense voluit eam percutere. Qua à circumstantibus erepta, ac manibus domo elata, mortis quidem evasit discrimen, sed nepoti dolos paravit temeritate fœminea. Nam egredienti è balneo, per manus ministrorum pecunia corruptorum, veneni porrexit poculum. Quo hausto, ut pœnitens scelerum qua gesserat, vita sortitus est terminum, quam criminibus fœdaverat. Tradunt verò memorati scriptores, eum apud præfatam urbem Metensem, dum contra Clotarium expeditionem agere meditaretur, dysenteria morbo interiisse, octavo decimo regni sui anno.* Innuit Aimoinus hunc locum Fredegarii in chron: *Clotarius ducatum Denzelini, secundum convenientiam Theuderici integrum sua ditioni redegit. Ob quam rem Theudericus, cum jam totum Austr. dominaret, nimiâ indignatione commotus, contra Clotarium, exercitum movet, an. XVIII. regni quoq; sui de Austria,* &c. Ducatus hic Franciæ maritimæ est. Pergit Fred. *Ipso anno jam exercitus contra Clotarium adgrediebat. Theudericus Mettis profluvio ventris moritur. Exercitus protinus redit ad propria sedibus. Brunichildis cum filiis Theuderici, quatuor: Sigeberto, Childeberto, Corbo, & Merovaeo, Mettis residens, Sigebertum in regno patris instituere nitens* &c.

L. 4. c. 6.

L. 3. c. 100.

Cap. 38.

Faucetio fol. 342: Picardie, Arthois, & Flandres. Vide lib. præc. f. 486

Porrò Aimoinus eodem anno regni Theodorici XVII. ita pergit: *Extinctis, & variâ sorte obeuntibus tot Francorum Regibus, à quibus per quinquaginta ferè, & unum, regnatum est annos, solus legitima successionis hæres Clotarius (Chilperico patre genitus) è regia stirpe videbatur relictus, in quem regnandi jus potissimum transfundi oporteret. Brunechildis tamen moliebatur, si posset, Sigebertum, Theodorici filium, regno praponere Austrasiorum. Quatuor namque Theodoricus ex pellicibus susceperat filios, quorum ista sunt nomina: Sigebertus, Corbus, Childebertus, atque Merovaus. Sed quia erant materno latere minus nobiles,*

L. 4. c. 1.

biles, regni quoque gubernaculis æstimabantur fore impares.

Quinquaginta & unum annos numerat Aimoinus ab anno Chri-
sti 565. postquam videlicet obiit Clotarius primus, quod incidisse
Fol. 48. suprà scripsimus in annum 564. Sunt verò, si rectâ computatione
utaris, anni quinquaginta duo. Sequitur ibidem: *Et primates Fran-
ciæ, tanto tempore, fœmineo dominatui dedignabantur subjici, undè adni-
tentibus Arnulpho, atque Pipino, Austrasiæ primoribus, Captonacum usque
L. 4. c. 1. accessit.* Pergit Aimoinus ibidem: *Venienti itaque Sigeberto, cum Bur-
gundionibus, in Campania Catalaunensi, super fluvium Axonam, occurrit
Clotarius cum Neustrasiis, habens secum complures Austrasios, inter quos
Aretheus Patricius, Rucco, & Sigoaldus, nec non Endulanus, Duces. I-
gitur dum utrimque armatarum cunei ad prælium parati, consistissent.
Warnarius cum suis (juxtà quod constituerat) signo dato è pugna ante
congressum discessit: eadem fecere, quibus par inerat, pugnandi affectus.
Clotarius post eos paulatim iter faciens (utpotè qui nullum eorum perde-
re gestiebat, quos suos fore confidebat, ad Ararim usque fluvium (qui
La Saune. nunc Sagonna dicitur) pervenit: Captisque tribus Theodarici filiis, Si-
geberto, Corbo, atque Merovao (nam quartus nomine Childebertus, perni-
cis equi subsidio usus, prælio elapsus, nusquam postmodum est repertus) ad
vicum Riana, super Vincennam fluvium situm, rediit, ibique instantiâ
Warnarii. & cæterorum procerum ei faventium, Brunechildis cum Theu-
delina Theodorici germana, de pago Ultrajurana, ad villam urbanam,
ab Herpone regalium præposito equorum, protracta, Clotario præsentatur,
in cujus conspectu, Clotarius, Sigebertum, ac Corbum, ejus nepotes, Theo-
darico progenitos, jugulari jussit. Merovaum verò, cui ipse pater spiritualis
in baptismo fuerat datus, Ingobedo graphioni commendans, in Neptricum
perduci, atque ibi nutriri clementissimè mandavit; per triduum diver-
sis eam tormentis affici, cameloque impositam, per totum circumduci exer-
citum, jubet.* In Flandriam nostram perductum credo Merovæum,
quod alibi tota Neustria, sive Neptrico, Graphionis nomen fuerit
inusitatû, ut Tornaci, Atrebati, Teruanæ, &c. ubi vigebat sermo ru-
L. 1 prodr. c. 13. l. 95. stico-Romanus in populo; Romanus, apud aulicos, ut alibi ostensu.
& Romanè *Comites*, rustico-Romanè *Contes* dicebantur. Pergit Ai-
L. 4. c. 1. moin: *Brunichildem præsentari sibi præcipiens, astante multitudine exerci-
tûs, qui non solum ex Neustria, verum etiam ex Austria, & Burgundia con-
venerant, acceptâ authoritate, quo minus odia tegerent, quæ adversus
eam jamdiu animo conceperant.* Subjungit author: *Reputans ei quod
X. Reges Francorum, ejus partim consilio, partim manu, vel etiam ma-
leficio extincti essent.* Vide Reges ibidem enumeratos. Post quæ ita
Ibid. rursus Aimoinus: *Acclamantibus cunctis, inauditis eam debere subjici
pœnis, jubet indomitum exhiberi equum, crinesque miserrimæ Reginæ,
cum brachiis, caudæ ejus colligari, ac demum ad cursum concitari. Sicque
in primo impetu, currentis equi calcibus, cerebrum dispersum. Reliqua ve-
rò membra, per aspera quæque, sentibus, rupibusve, protracta loca, dissipata
sunt. Hunc Brunichildis exitum, tulit, mulier in cædibus propinquorum ma-
ximè exercitata: quibus extinctis possessionem eorum, quasi spolium sui*

junxerat

junxerat &c. *Nec tamen ex toto ita vecors extitit, quin Dei, ac sanctorum ejus memorias, à prædecessoribus structas, venerabiliter excoleret, ipsasque novas fabricando devotè multiplicaret* &c. *Ædificia sanè ab ipsa constructa, usque ad hoc tempus durantia, ostenduntur tam innumera, ut incredibile videatur ab una muliere, & in Austria* (Austrasia) *tantummodò, & Burgundia regnante, tanta in diversis Franciæ partibus, construi potuisse.* Innuit hic etiam author nobilem illam viam, quam Brunichildis tantò molimine lapidibus constravit, quamque ab eadem posteri calceiam Brunichildis denominarunt. De hac via sic apud Locrium, chronicon Bertiniense: *Brunechildis, licet insolens esset, & periculosa, ecclesias tamen honorabat. Ecclesiam S. Vincentii Laudunensis fundavit: multa etiam opera miranda construxit; inter quæ stratam publicam, de Camaraco, ad Atrebatum, hinc ad Morinum, & usque in mare, ad Witsantum fecit, quæ Calchera Brunechildis appellatur, usque in hodiernam diem.* Gallis nunc la chaussée de Brunehault, ut ibidem attestatur Locrius, vide quæ suprà dicta, ad annum 592. fol. 68. Iusserat credo Brunechildis, ex parte saltem, restaurari vias militares, à Romanis olim istis locis factas, eundem quoque nunc ad finem; ad expeditiorem nimirum copiarum militarium, ultro citroque commeatum, bellisque, quæ suo ipsa ævo, Reges inter, Austrasiæ, Neustrasiæque, conflaverat, & fovebat, gerendis, opportunas. Quod verò Brunechildis tum, ut & S. Bavo vixerint, ortæ de Brunechildo Belgarum Rege, fabulæ: quem fingunt è stirpe Bavonis procreatum, Bavaci conditorem: in qua urbe septigona fuerit columna, septem vias militares indigitans, in septem regiones procurrentes; cujusmodi columnam Augustus olim erexerat in foro Romano. De qua Mitæus edito singulari libello, de viis militaribus Romanorum; cujus verba ante dedimus. Fabulas de hisce viis lapideis recenset Bergerius Advocatus Remensis in historia viarum militarium Gallicè descripta, è cujus pleniore discursu, nos brevitatis ergo hoc damus compendium: refert is à 400. annis in Hannonia fuisse poëtam, nomine Nicolaum Reucleri, qui ut Comiti suo Hannoniensi placeret, palpum Troianæ originis obtrusit, fingendo, in poëmate quodam hexametris conscripto, principem quendam Troianum, Priami avunculum, nomine Bavonem, ardente Troiâ, cum lecta manu procerum, navigio, ad Flandriæ litora appulisse, inde in continentem egressum, loco divinitus ostenso, Bavacum, à se dictam urbem, condidisse, templum in ejus meditulio septagonum, septem planetis dicasse, septangularem item in eo columnam erexisse, & ab ea columna septem vias lapideas per totidem urbis portas, ad extremas usque mundi oras produxisse. Cujus poëtæ hos in medium profert versus:

Chron. Belg. fol. 45.

Lib. 2. prodr. fol. 213.

Rex fuit immensus quondam, qui nomine dictus
Bavo: de genere insignis, Priami fuit ille,
Troia post miseros luctus, ignesque secundos,

Per mario a sociis Asia transvectus ab oris,
Venit in extremis, ubi sol se condit in undis.

Et alibi, ubi canit de septem viis, ab ipso substructis:

Rex septem calles immensos regna petentes
Iussit, & in gyrum per totum pergere mundum.

Tum deinde refert idem Bergerius hisce posteà fabulis poëticis, Clarembaldum, Hugonem Tullensem, & Lucium Tongrensem, historicorum specie, subscripsisse; quorum postremus, ait à Bavone quintum Belgis Regem fuisse, nomine Brunechildum, biblico Salomoni coëtaneum, & ab eo, non ab ejus tritavo Bavone, has vias stratas esse, ac denominatas. Quos in eo dissidentes historicos, tertius postea, tempore Philippi Boni, Burgundiæ Ducis, Iacobus Guisius, minorita Valentinianus, conciliare laboravit, fabulatus Bavonem, Bavaci conditiorem, has quidem vias inchoasse; verùm ab ejus demum trinepote Brunechildo colophonem simul, & nomen accepisse. Hæc ex Bergerio contractè, qui fusiùs cupiscit, historiæ ipsius lib. 1, cap. 26. & sequentia adeat, ubi istæ fabulæ meritò refutantur. Consimilis fabula de Liderico, & Idonia, seu Crotilde, Clotarii II. filia percrebuit, quam & nos deinde peculariùs decrevimus refutare.

Porrò hanc de Clotarii victoria historiam, paulò aliter narrat Ionas, in vita S. Columbani: *Inter Theodericum, & Theodebertum lis firmatur, ac quisque adversus fratrem, usque ad internecionem desævit, utrisque gentium robore superbientibus. Inter quæ vir Dei ad Theodebertum accedit, eumque suadet, ut cæptum arrogantia supercilium deponeret, seque clericum faceret, & in Ecclesia positus sacræ subderetur Religioni: ne simul cum damno præsentis, æterna pateretur dispendia vitæ. Quod & Regi, & omnibus circumastantibus ridiculum exstitit, aientes, se nunquam audisse Regem, in Regnum sublimatum, voluntarium fuisse ,, clericum. Detestantibus ergo omnibus, beatus Columbanus ait: Si vo- ,, luntarius nullatenus clericatûs honorem sumat, in brevi invitus cleri- ,, cus existat. His ergo dictis, vir Dei ad cellulam remeat, moxque prophetici dicti eventum res non diu dilato affirmat. Nec mora Theodericus, Theodebertum ad bellum ciet, & propter Tullum, devictum fugat. Post quem collecto robore exercitus persequitur, similique modo gentium multarum, Theodebertus robore vallatus, ad Tulliacense castrum pugnaturus occurrit. Ibi prælio inito, innumeræ hominum phalanges ex utroque exercitu perierunt. Victus tandem Theodebertus fugit. Persequutus est ergo Theodebertum Theodericus, & suorum proditione captum, ad aviam Brunechildem direxit. Quem cum avia recepisset, quia Theoderici partibus Brunichildis favens erat, furens Theodebertum clericum fieri rogavit: ac non post multos dies impiè nimis post clericatum perimi jussit.*

Cap. 36.

Vide fol. 2. ante.

Porrò Theodericus penes Mettense oppidum morans, divinitus percussus, inter flagrantis ignis incendia mortuus est. Post quem Brunichildis filium ejus Sigibertum in Regnum suffecit. Itaque Clotarius memor prophetiæ viri Dei, collecto exercitu, fines regni, quæ suæ ditioni debebantur,

bantur, conatur recipere. Contra quem Sigebertus cum hostium cuneis pugnaturus advenit. Quem Clotarius captum peremit, fratresque ejus quinque, Theoderici filios, cum proavia Brunechilde, cepit. Pueros separatim perimit. Brunechildem verò primò ignobiliter camelo impositam, hostibus gyrando monstrovit. Postque indomitorum equorum caudis irretitam vita privavit. Funditus ergo radicitusque deletâ Theoderici stirpe, Clotarius potitus est trium regnorum solus monarchiam. Quo facto, beati Columbani prophetia in omnibus est impleta, unum intra triennium cum omni stirpe funditus deletum, alium violenter clericum factum, tertium trium Regnorum possessione, ac dominatione dilatatum.

Beatus ergò Columbanus cum audisset, ut suprà diximus, devictum à Theoderico, Theodebertum, relictâ Galliâ, atque Germaniâ, Italiam ingreditur, ubi ab Agilulfo, Longobardorum Rege honorificè susceptus est De S. Columbano ita Fredegarius in chronico: ,, ipse sanctus Italiam expetens, monasterium in loco, nomine Bobio, illud construens, ,,sanctæ conversationis, plenus dierum, migravit ad Christum. Sic ferè & Aimoinus. Pergit Ionas: *Intereà memoratus Clotarius, viri Dei prophetia effectum in se fuisse impletum cernens, beatum Eustasium, qui ejus in loco Luxoviense monasterium regebat, ad se venire imperat. Quem pio affamine rogat, ut sibi, cum supplemento publico, legatione fungere curet, sociosque, quos vellet, nobilium virorum haberet, qui sui vadimonii arbitri essent; post beatum Columbanum pergerent, quocumque reperissent in loco, eleganti suasu ad se venire hortarentur. Perrexit itaque venerabilis discipulus, magistri vestigia prosecutus. Qui cùm ad eum venisset, Clotarii verba depromit. Viso ergo Eustasio, beatus Columbanus gavisus, recepti muneris aditum gratulabatur. Dimissum post hac ad Clotarium ire jubet, tabulisque responsis regias mulcere imperat aures, seque retrò repedare nullatenus tatum duceret. Tantummodo poscere, ut sodales suos, qui Luxovio incolebant, regali amminiculo ac præsidio foveret. Litteras castigationum affamine plenas Regi dirigit; gratissimum munus Rex velut pignus fœderis viri Dei ovans recepit. Nec ejus petitioni oblivioni noxam praponit, omni præsidio supradictum monasterium munire studet. Annuis censibus ditat, terminos undique, prout voluntas venerabilis Eustasii erat, auget: omnique conatu ad auxilium inibi inhabitantium ob viri Dei amorem intendit.* Idem de ejus obitu: *S. Columbanus expleto anni circulo in antedicto cœnobio Bobiensi, vitâ beatâ functus, animam membris solutam cœlo reddidit, nono Cal. Decemb.* Eustatius Luxovii succedit. Ne autem miretur lector vitæ Columbani diutius me inhæsisse, factum enim ita oportuit, ob quamplurimos Episcopos, ac viros sanctos, Flandriæque nostræ Apostolos, qui è Luxoviensi B. Columbani monasterio prodierunt, de quibus suo loco. Clotarius nunc universi Francorum regni monarcha, nihil antiquiùs habuit, ad restaurandam toto regno, rem ecclesiasticam, & civilem, quam concilium generale indicere Parisios, cui subscripsere Episcopi numero LXXIX. ut scribit Sirmondus. Concilii initium est: *CVM IN DEI NOMINE, secundum priscorum sanctorum*

Cap. 95.

Tom. 1. Conc. Gall. fol. 474.

Sanctorum Patrum constitutionem, in urbe Parisius, ex evocatione gloriosissimi Principis Domini Clotarii Regis, in synodali concilio convenissemus. Hîc inter alia decernitur Canone 1. *Vt decedente Episcopo in loco ipsius, ille Christo propitio debeat ordinari, quem Metropolitanus, à quo ordinandus est, cum provincialibus suis, clerus, vel populus civitatis, absque ullo commodo, vel datione pecuniæ, elegerint.* Episcopia Tornacense, Morinense, Atrebatense, atque Cameracense, adeò neglecta fuerant annis præcedentibus, ut vix certus eorum locorum Episcopus à scriptoribus denominetur; monachi quoque, & moniales passim vagabantur. Vnde Canone 12. *Illud etiam unanimi consensu convênit, quòd siquis monachus, aut monacha, in congregatione positi, religiosam conversationem elegerunt, & posteà, aut ad parentes, aut ad propriam quamcumque substantiam, se de congregatione ipsa subtraxerint, & ab Episcopo suo per epistolam admoniti ad septa, monasterii sui redire distulerint, sint usque ad exitum vitæ, à communione suspensi: nec priùs ad Eucharistiæ gratiam admittantur, quàm ad ovile suum, de quo se, vagationis insolentiâ, visi sunt subtraxisse, cum humillima supplicationis debeant satisfactione reverti.* Et Can. 13. *De viduabus, & puellis, quæ sibi vestes in habitu religionis in domibus propriis, tam à parentibus, quam per seipsas mutaverint, & se posteà, contra statuta patrum, vel præcepta canonum, conjugio crediderint copulandas, tamdiu utrique habeantur à communione suspensi, quousque quod inlicitè perpetraverunt emendet; aut si emendare neglexerint à communione ecclesiastica, vel omnium Christianorum convivio in perpetuum sint sequestrati.* Incestæ quoque conjunctiones toto regno erant frequentissimæ, quare Canon. 14. *Incestas verò conjunctiones ab omni Christianorum populo censuimus specialiter resecari: ita ut si quis relictam fratris, sororem uxoris, privignam, consobrinam, sobrinam, vel relictam item patrui, atque avunculi, vel in religionis habitu deditam, conjugii crediderit consortio violandam, tamdiu à communionis gratia segregetur, quamdiu ab illicitis conjunctionibus sequestratione manifestissima debeat abstinere.* Ejus concilii canonibus habetur subjunctum ipsius Clotarii Regis edictum, cujus hic est titulus: *EDICTVM, VEL INSTITVTIO INCLYTI PRINCIPIS CLOTARII REGIS SVPER OMNEM PLEBEM in conventu Episcoporum in Synodo Parisius adunata, sub die 15. Kal. Novemb. anno xxxj. suprascripti Regis imperii.* Exordium autem edicti sic habet: *Fœlicitatem regni nostri in hoc magis, magisque, divino intercedente suffragio, succrescere non dubium, si quæ in regno nostro, Deo propitio, benè acta, statuta, atque decreta sunt, inviolabiliter nostro studuerimus tempore custodire, & quæ contra rationis ordinem acta, vel ordinata sunt, ne in antea, quod advertat divinitas, contingant, disposuerimus Christo præsule, per hujus edicti nostri tenorem, generaliter emendare.* &c. Tum post pauca. *Vt nullus judicum de quolibet ordine clericos de civilibus causis, præter criminalia negotia, per se distringere, aut damnare præsumat, nisi convincitur manifestus, exceptò presbytero, aut diacono: Qui verò convicti fuerint de crimine capitali,*

juxta

juxta canones diſtringantur, & cum Pontificibus examinentur. Quod ſi cauſa inter perſonam publicam, & homines eccleſiæ ſteterit, pariter ab utraque parte Præpoſiti eccleſiarum, & judex publicus, in audientia publica poſiti, ea debeant judicare. Cuicumque defuncto, ſi inteſtatus deceſſerit, propinqui, abſque contrarietate judicum, in ejus facultate, juxta legem ſuccedant &c. *Vt ubicumque cenſus novus impiè additus eſt, & à populo reclamatur, juſtâ inquiſitione miſericorditer emendetur. De teloneo, ut per ea debeat exigi, vel de ſpeciebus ipſis, de quibus præcedentium Principum tempore, id eſt, uſque ad tranſitum, bonæ memoriæ domnorum parentum noſtrorum: Guntbramni Chilperici, Sigeberti, Regum, eſt exactum. Iudæi ſuper Chriſtianos actiones publicas agere non debeant. Quare qui ſe quæſtuoſo ordini ſociare præſumpſerit, ſeveriſſimam legem, ex canonica incurrat ſententia. Vt pax, & diſciplina in regno noſtro ſit, Chriſto propitiante, perpetua rebellio, vel inſolentia malorum hominum ſeveriſſimè reprimatur* &c. *Quicumque verò hanc deliberationem, quam cum Pontificibus, vel tam magnis viris optimatibus, aut fidelibus noſtris, in Synodali concilio inſtituimus, temerare præſumpſerit, in ipſum capitali ſententiâ judicetur: qualiter alii non debeant ſimilia perpetrare. Quam auctoritatem, vel edictum, perpetuis temporibus valiturum, manus noſtræ ſubſcriptionibus decrevimus roborandam. Haminguis, Clotacharius, in Chriſti nomine Rex, hanc definitionem ſubſcripſi. Data ſub die* xv. *Kalend. Novembr. anno* xxxj. *regni noſtri Pariſius.* Ad hæc ſolenne etiam habuit Clotarius frui conſortio virorum ſanctorum, quare poſt diſceſſum Columbani, mirè coluit Euſtatium Abbatem Luxovienſem, Columbâni ſucceſſorem, ut eſt in ejus vita à Iona etiam contemporaneo ejus ſcripta, ubi inter alia legitur: *Euſtatius cùm omnium Franciæ procerum ſtudio, & honore fulciretur, atque Clotarii Regis amore, & veneratione clueret* &c. Aimoinus: *Leudemundus ad Abbatem Auſtraſium Luxovio properat, ut per ejus preces indulgentiam Regis mereretur, quod & factum.* Vbi pro *Auſtraſium*, *Euſtatium* manifeſtè legendum eſt. Et in chronico Fredegarii, cap. 44. editionis Hanovienſis anni 1613. Ionas in eadem vita: *Contigit autem eum (Euſtatium) pro communi neceſſitate ire ad Clotarium Regem, qui eo tempore in extremis Galliæ finibus, & in locis maritimis morabatur.* Caſtro crederim Brugenſi, ſive Gandenſi, aut alibi apud Flandrenſes, quos procul dubio, jam inde ab hoc tempore, juſſit inſtrui fide Chriſtianâ, quamquam de horum annorum Flandriæ Apoſtolo, nuſpiam quid certi legatur. S. Pharonem quoque magni æſtimavit Clotarius, quem, cum ei à conciliis fuiſſet, & legatos Saxonum, *ſemine verbi Chriſti excoluiſſet*, ut ſcribitur in ejus vita, *Eccleſiaſtico ordini ſociavit, ac conjugem ſuam Bridichildem, non imparem hujus ſacræ voluntatis, ſacro velamine Deo conjunxit, qui poſteà fuit Epiſcopus Meldenſis.* Item Pharam, Pharonis ſororem, quàm, quod Burgunda eſſet, Burgundofaram appellarunt, teſte Baronio, ad annum 614. Qui auctor ſingularem Clotarii notat, in viros ſanctos affectū, Idem Rex, quod hæredem haberet unicum Dagobertum, ejus educationi

Apud Sur. tom. 3. cap. 3.

L.4.cap.6.

Cap. 76.

Cap. 93.

educationi præfecit S. Arnulphum, Metenſem poſteà Epiſcopum,
Fol. 90. & Pipinum majorem domûs, quos Aimoinus, ſupra hoc anno
primores Auſtraſiæ, appellavit, viros conſpicuos ſanctitate. De S.
L.4.c.17. Arnulpho ſic Aimoinus: *Dagobertus à Clotario genitore venerabili
viro Arnulpho, poſteà Metenſi Pontifici, ad erudiendum traditus, pueritiæ
annos in ſtudiis exercuit literarum, adoleſcentiam verò ſuam venatibus
(quem morem, Francorum principibus, ſæpè fati ſumus, fuiſſe familiarem)
aſſuefaciens* &c. De Pipino ſic in vita ejus antiquitùs conſcripta,
T.1.f.594. quam habet du Cheſne: *Primùm ergo hic egregius Princeps ſub Clotario
Rege patre Dagoberti Major domûs effectus, præcipuam poteſtatem ſummum-
que venerationis locum, apud ipſum obtinuit: eò quòd eum idem Rex, erga
Dominum Deum pietate, ergo ſe verò devotiſſimum fide, cognovit. Qui
cùm propoſuiſſet filium ſuum Dagobertum, in ampliſſimi regni parte, Re-
gem ordinare, ſed in infirmis annis, & in malis adverſariis parum fide-
ret, hunc talem virum, præ cunctis Principibus credidit, quem teneræ
ætatis rectorem, ac Regiæ adminiſtrationis proviſorem ſtatueret. Commi-
ſit ergò adoleſcentem in manum ejus, fretumque conſiliis, & induſtriâ
prudentiſſimi monitoris, eum ad regnandum in Auſtriam direxit. Suſce-
ptumque itaque juvenem ſtuduit Pipinus quam optimis moribus adornare*,
Stephanus in vita Modoaldi: *Clorebant tum temporis in palatio, viri
ſtrenuiſſimi, iidemque religioſiſſimi, inter quos eminebat Pipinus Carlo-
manni filius, Dux clariſſimus, & Major Domus ſub Clotario, Dagoberto,
& Sigeberto, potentiſſimis Regibus*. De utroque, & Arnulpho, & Pi-
Cap. 22. pino, eorumque proſapia, vide plura libro præcedente. Eodem
f.429.433. anno 617. volunt, à S. Amando, monaſterio Blandinienſi conſtitu-
tum Abbatem Florbertum, ſic enim ſcribit Molanus in ejus vita
ex ejus monaſterii monumentis 1. Non *Conſtruxerat etiam Aman-
dus, opibus præcipuè beati Bavonis, eccleſiam Gandavi, in qua clericos con-
ſtituerat. Sed cùm à primæva ſanctimonia degenerarent, amotis illis, mo-
nachos Benedictinos ſurrogavit, dato ipſis abbate jam dicto Florberto,
raræ pietatis viro. Cum autem curſum ſuum in Blandinio annis viginti
duobus perfeciſſet, anima ſancto Angelis; margarita autem corporis in
ſacerdotalibus ſtolis, terræ eſt commendata, obiit anno à plenitudine tem-
poris ſexcenteſimo trigeſimo nono ipſis Calendis Novembris*. Meminit,
& Florberti Abbatis, carmen vetus anteà citatum, anno 610 Sed
& Florbertum obiiſſe anno 639. ſcribit Sigebertus. Verùm hæc
per ſummum errorem ſcripta eſſe, docet nos vita S. Amandi, &
Florbertum adhuc in vivis fuiſſe anno 651. patet ex diplomate
Martini papæ, ſuo loco citando. Hoc anno *Gondulphus Epiſcopus
Trajecti moritur 7. Cal. Aug. ſuccedit Perpetuus Dionantenſium Tute-
loris*. Harigerius. Bucher. Hoc etiam anno: *S. Audomarus ex nobi-
libus, atque in fide Catholicâ eruditis, ortus parentibus, haud procul à
Conſtantia, eo loci, qui anteà vallis nuncupabatur, mortuâ Domita matre,
cum patre Friulpho Luxovium venit, monaſterium à S. Mem. B. Colum-
bano in Burgundionum regione ædificatum, ubi à S. Euſtaſio ambo S. Re-
gulæ jugum ſuſceperunt*. Ita Folcardus, in ejus vita cap. 1. Qui &
ſic

[illegible]

ſpectaculo admiratur dignam. Finitimos deinde rumor iſtius miraculi, & præcipuè Dagobertum, ad reverentiam ſollicitat ſanctorum. Præterea Clotharius quendam Sadregiſilum nomine, rebus ſub ſe tractandis præfecerat, Aquitaniæ ducatu ſpecialiter ei commiſſo. Hic itaque Regis filium, ſuperbiâ qua tumebat, deſpicere contendens, proſperè eum agere, non æquo ferebat animo. Excuſatio ſanè erat iuvenilis ætatis, ne tumorem ex ſubjectione principum contraheret. Fortè Clotarius venatum ivit: ac non parvo terrarum ſpacio, à filio ſejunctus opportunitatem præbuit, ut Ducem ad convivium accerſitum, contumatia redargutum, Dagobertus flagellis cædi, barbaque amputatione deturpari, præciperet. Audacis itaque facti conſcius, latebrâ, qua ſe inſequente cervum confugiſſe viderat, ipſe quoque ſe recepit. Poſt hæc Clotarius rediens, ducis compertâ contumeliâ, ex ſe genito multa furibundus interminans, mittit, qui eum accerſerent, dignas pro commiſſis, ut lueret pœnas. Intereà, Dagoberto coram martyribus humili corde proſtrato, ſomnoque oppreſſo, aſſiſtens quidam, venerando jocundus vultu, ne timeat, edicit: eumque non ſolùm præſenti periculo, verùm æterno liberandum ſupplicio, & inſuper ſolio regni donandum ſpondet, ſi tantummodo memorias eorundem ſanctorum ſe ornaturum iri promittat. Nec fides promiſſis defuit: Nempè ut non vana (quibus ſæpè ludificamur) ſomnia fuiſſe intelligeret, ii qui miſſi ad eum, à ſacra æde abducendum fuerant, cum non plus uno milliario, à ſanctuario abeſſent, progredi divinâ ultro prohibentur virtute. Redeunt confuſi: eique, à quo directi erant, quæ pertulêre, nunciant. Ille eos inertiæ ſimul, & infidelitatis arguens, dirigit alios, qui, quod illi neglexerant, implerent. Quos ſimilia paſſos, quaſi nati fautores, deſpiciens, per ſemetipſum, filium, à ſepulchris martyrum avellere cupiens, ibat. Sed quia non minùs in Reges, quam in alios homines, Dei prævalet potentia, qui alios arguerat inertes; fit ipſe iners. Tandem agnoſcens Chriſti, ac ſervorum ejus poteſtatem, indulget veniam; filioque redit in pacem. Sicque abeundi acceptâ licentiâ, adit beata ſuccedit, ac precibus devotis glorioſos Martyres ad ſui ſuffragium invitat. Dagoberto tamen, ut poſtea claruit, nullus locus jucundior fuit. Actus Dagoberti, quos hic ſeparatim digeſtos haberi perhibet Aimoinus, haud obſcurè ſunt: Geſta Dagoberti primi, edita nuper à du Cheſne, inter hiſtoricos Franciæ; ubi de hoc cervo, eadem planè, & multo plura narrantur, quæ ex Aimoino ad verbum putavi huc adferenda, ut hinc appareat, ac reprobetur fabula, in chronico vernaculo, atque Oudegerſtii, aliorumque, de venatione Clotarii, & Dagoberti, ac ceruæ ductu ad caſtrum Liderici Buccenſis, procul omni dubio oriunda. Sigebertus Gemblacenſis injuriam à Dagoberto illatam Sadregiſilo, malè ponit ad annum 629, poſtquam Regnum Auſtraſiæ à patre obtinuiſſet. Pipino ex Itta naſcitur hoc tempore S. Gertrudis, ut quæ anno 634. jam ad pubertatem pervenerat, ut ad annum illum oſtendetur. Molanus 17. Martii: *Nata*, inquit, *eſt Landæ, ubi celebre quondam erat Pipini I. Ducis Brabantiæ palatium, ſed nunc exiguum eſt oppidulum*, &c. De authoritate & potentia Pipini, ſic habet vetus vita S. Gertrudis

trudis M. S. cap. 1. *Pipinus nobilissimi quondam Carlomanni Principis filius, qui cum B. Arnulpho, sub Clotario, & Dagoberto Regibus, populum inter Carbonariam sylvam, & fluvios Mosam, & Mosellam, usque ad Frisonum fines, vastis limitibus habitantem, justis legibus gubernavit, B. virginis (Gertrudis) pater, mater verò Itta exstitit, Habuit fratrem Grimoaldum; qui, adjutorio S. Cuniberti, Coloniensis Episcopi, patri sub Sigeberto Rege in principatum successit; fuit ei soror nomine Begga, quæ Ansigiso Duci, filio Arnulphi nupsit, quorum filius Pipinus exstitit Princeps. Fuerunt ei, & à generatione propinqua virgines:* S. Aldegundis, & Waldetrudis. Harum parentes leguntur: *Walbertus* seu *Gualbertus*, *& Bertilia, in pago Hainoensi, ex regali Francorum prosapia*, ut loquitur Molanus 3. Ianuarii, ex Guisio in Ann. Hannoniæ l. 9. c. 6. l. 10. c. 1. l. 11. c. 3. Quomodo verò S. Gertrudem, Pipini filiam cognatione attingant, nondum memini me legisse. P. Antonius Ruteau in annalibus Hannoniæ, nuper Gallicè conscriptis, & anno 1648. Montibus impressis fol. 77. tradit Carlomanni Hasbaniæ Comitis filium Pipinum ex Itta patrē fuisse Grimoaldi, Gertrudis, & Beggæ nuptæ Ansegiso; filiam verò ejusdem Carlomanni Amelbergam, aliter Gertrudem etiam appellatam, è Walberto tertio Hannoniæ Comite genuisse Walbertum IV. Hann. Comitem, ex Bertilia, patrem S. Aldegundis, & Waldetrudis; Walberti IV. sororem fuisse Amelbergam, Dominam de Saintes, prope Hallas, quæ nupta Comiti Witgero. Domino de Condace, Vergy, & Ham, peperit SS. Emebertum, Rainildim, Pharaildim, & Gudilam, de quibus suo loco. Idem author, Clodionis II. Franc. Regis filium facit Walbertum I. Hannoniæ Comitem, ex Argotta, hujus verò filium, è Lucilla, sorore Zenonis Imp. nominat Ansbertum senatorem, proavum Ansigisi, & Walbertum II. patrem Walberti III. cujus uxor fuit Amelberga, soror Pipini, avià tam Aldegundis, quem Pharaildis, ut supra dictum. Verum quia authoris hujus genealogiis deficiunt probationes, non sine scrupulo ei credendum est. De Witgero sic in vita S. Gudilæ apud Sur. fol. 121. 8. Ianuar. *Sigeberti regis temporibus, qui fuit Dagoberti Regis filius, extitit quidam Comes Witgerus in pago Brachbantensi, probabilis moribus, cujus thalamis inhærebat conjunx dignissima, cujus fuerat nomen Amelberga, Majoris domûs inclytâ Pipini sorore progenita: qui uterque divinis parili modo obtemperabant monitis. Quibus in seculo piè degentibus, sanctum, & justum contulit germen Dominus. Eodem namque germine sanctus extitit Emebertus, Cameracensium præsul gloriosus. vita admirabilis, & meritis insignis: cujus etiam extitêre sorores, similis sanctitate probabiles, Reinildis scilicet sanctissima, & Pharaildis moribus egregia.* Item: *Hujus etiam sanctæ virginis neptes extitêre sanctæ sorores, Aldegundis, & Waldetrudis, ubertim bonorum operum flore fulgentes.*

Anno Christi 620. Clotarii Reg. Neust. XXXIII. Totius Franciæ IV. Pipini Majoris domûs III. Chilianus, seu Chilenus claret miraculis Atrebati,

bati, quò missus à Pharone ad prædicandū. Ferreolus Locrius fol. 51. *Celebris quidam Comes, nomine Eulfus, Chileni famâ, quæ longè latéque in Atrebatibus, & Gallia diffundebatur, illectus, prædium, quod in Albiniaco, ad Scarpa fl. præterlabentis marginem irriguum, & fœcundis pascuis peramœnam, Atrebato tribus circiter millibus, occasum versus, sejunctum habebat, S. Chileno in spiritualis vitæ usum dono concessit. Quâ Comitis liberalitate, Chilenus admodùm recreatus, ad locum illicò perrexit: in quo sancti Sulpitii (cujus corpus, vel corporis Reliquiæ, in S. Gisleni, apud Aduaticos honorificè quiescunt) Oratorium, quùm reperisset; stupore, & lætitiâ colluctantibus, Ecclesiam exstruere, eodem in loco est aggressus; cui ædibus ad usum Canonicorum postmodùm adjunctis, Monasterii forma accessit. Vnde Chronographus Cameracensis: „In vico Albiniaco Monasterium Canonicorum, sancti videlicet Chiliani, qui Scotus fuisse „traditur.* Hæc ille. Hujus, aut sequentis anni exstat epistola Bonifacii papæ, ad Iustum olim Roffensem Episcopum, tunc Meliti successorem, in Archiepiscopatu Cantuariæ; quâ Iustum laudat, quod Adelualdum Regem ad fidem perduxerit, hoc initio: *DILECTISSIMO FRATRI IVSTO BONIFACIVS.* Vide integrā apud Spelmannum in Conc. Angliæ fol. 134. ubi malè ponitur, circa annum Christi 624. cùm tum temporis non fuerit in vivis. Ibidem est ejusdem epistola, qua Edwinum Regem Anglorum ad fidem Christianam hortatur, cujus initium: *VIRO GLORIOSO EDWINO REGI ANGLORVM, BONIFACIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.* Et alia ad ejus uxorem, cujus conversioni gratulatur, monetque, ut & hoc marito suo Regi beneficium præstet. Exstat & hæc ibid: *DOMINÆ GLORIOSÆ FILIÆ EDELBVRGÆ REGINÆ, BONIFACIVS SERVVS SERVORVM DEI.* Fol. 137. Sub idem tempus S. Richarius à Caidoco Hiberno ad Catholicam fidem convertitur. Vnde sic est in ejùs vita, ab Alcuino conscripta apud Surium 26. Apr. fol. 320. *Temporibus gloriosissimi Regis Francorum Dagoberti, qui & seculari potestate præclarus, & Christianâ religione nobilis effulsit, & optimates suos dignitatibus exaltavit, & servos Dei honoribus excoluit: in illis, inquam, diebus, plurima ubique monasteria à sanctis patribus cœperunt construi: nec non, & multi, ex laico habitu, viri religiosi inventi sunt: ex quibus Richarius quidam, natus in villa Centula provincia Pontiva, velut lucifer inter umbras oriens emicuit.* Ibidem paulò post: *Contigit autem illo tempore duos sacerdotes, sanctitate florentes, & virtutum meritis fulgentes, quorum prior Caidocus vocabatur, de Hybernia partibus, in Pontivas pervenisse regiones, sed à rusticis, & popularibus illius loci propter insolentiam morum non sunt suscepti; nec digno eorum sanctitate honore tractati; sed magis injuriis afflictos, & opprobriis castigatos, à finibus suis cœperunt eos expellere. Quorum violentiæ, & sceleratis præsumptionibus, futurus Dei famulus Richarius obviavit, Christique servos de manibus impiorum eripuit, & eum omni benignitate eos deducens in domum suam, Deo providente, ut illi protegerentur, & ipse salvaretur, obtinuit.* Item: *Ex prædicatione*

famulorum Dei, &c. *confessionem suorum fecit peccatorum*. Non potuit hic fuisse filius Alquarii, de quo anno 512. fol. 15. & 16. neque nepos Richarii, fratris Ragnacharii, ut quidam scripsêre.

Anno Christi 621. Clotarii Regis Neustriæ XXXIV. totius Franciæ V. Pipini Majoris domûs IV. Chronicon Fredegarii: *Anno XXXIV. regni Clotarii Vvarnacharium Majorem domûs cum universis Pontificiis Burgundiæ, & Faronibus, in Bonagellum villam ad se venire præcepit, sibique cunctis illorum justis petitionibus annuens, præceptionibus roboravit.* Sequitur ibidem paulò post de Longobardis: *Integrâ devotione patrocinium eligunt Francorum.* Et mox: *Clotarius Rex tributa, quæ Longobardi ad partes Francorum spoponderant annis singulis, reddidit.* Erant illa 12. *mill. solidorum singulis annis*. Vt habet Fredegarius ibidem, cum videlicet, *Duces Longobardorum duodecim annis sine Regibus transierunt.* Vide & Aimoinum. *Hoc anno*, inquit Coccius: *S. Arnulphus aulâ abdicatâ Lirinense cœnobium ingreditur, & Doda S. Arnulphi conjux abdicato seculo Treviris in horreo inclusa, sanctitate floret.* Hinc Aimoinus l. 4. cap. 19. *Post discessum præfati antistitis, consiliis jam dicti Pipini, & Chuniberti urbis Coloniæ præsulis obandiens, suggerentibus eis, æquitati, & justitia operam dabat.* De Rege Dagoberto.

Cap. 45.

Ibidem l. 4. c. 6. & 7.

Anno Christi 622. Clotarii Regis Neustriæ XXXV. totius Franciæ VI. Pipini Majoris domûs V. Bonifacius Papa V. obiit 7. Cal. Nov. vacat sed. dies 12. Honorius creatus, & consecratus 7. id. Nov. sed. ann. 12. mens. 11. dies 7. *Onuphr.* Baronius annos Bonifacii V. protrahit ad annum usque 625. quem vide. Pergit Fredegarius: *Anno XXXV. regni sui Clotarius amicitiam perpetuam cum Longobardis, sacramentis, & pactis juravit.* Coccius: *S. Arnulphus agente Clotario è Lirinensi cœnobio extractus, fit Episcopus Mediomatricum, sedit annis 15.*

Cap. 45.

In Dagob.

Anno Christi 623. Clotarii Regis Neustriæ XXXVI. totius Franciæ VII. Pipini Majoris domûs VI. Fredegarius: *Anno XXXVI. regni Clotarii, Bertetrudis Regina moritur, quam unico amore dilexerat Clotarius, & omnes leudi bonitatem ejus cernentes vehementer amaverunt.* Idem Aimoinus, subjungens: *Post cujus obitum, Clotarius aliam accepit conjugem, nomine Sichildim, de qua habuit filium, nomine Haribertum.* Cujus causâ Coccius, & alii, mortem Bertradæ, quæ eadem cum Bertetrude, statuunt ad annum Christi 615. Hujus anni exstat & Honorii epistola ad Edwinum Regem, ut permaneat in suscepta fide, quam sic inchoat: *DOMINO EXCELLENTISSIMO, ATQVE PRÆCELLENTISSIMO FILIO EDWINO REGI ANGLORVM, HONORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.* Apud Bedam l. 7. cap. 13. Hoc, aut sequenti anno Landrada nascitur, fondatrix monasterii, quod *Munsterbilsen* appellatur, à Belisia vico, ubi se posteà Landrada reclusit; neque enim in aliud tempus quadrat, quod scribit Theodoricus in ejus vita cap. 1. *Clotarius IV. à Ludovico, quem B. Remigius baptisavit, trium regnorum monarchiam eo regebat tempore, Burgundiæ, Neustriæ, & Austriæ; Pipinus*

Cap. 41.

L. c. 8.

Vide anno 634.

Carlo-

d[illegible]onis [illegible], [illegible] post [illegible] alterius, [illegible] *[illegible] in [illegible] aliam est* [illegible] cu[illegible] o [illegible] cru[illegible]is [illegible] si, [illegible] A[illegible]. V. a[illegible] 656. [illegible] a[illegible] C[illegible], & [illegible] C[illegible], T[illegible] & D[illegible] c[illegible], V. [illegible] t [illegible] Cl[illegible] arte sua [illegible], sed & pala[illegible] R[illegible]. *[illegible]oenus* [illegible].

[illegible] 6[illegible]7. Clotar[illegible] Re[illegible] Ne[illegible], & [illegible]undia [illegible] *D[illegible] A[illegible]ra[illegible] II. P[illegible]ns [illegible] d[illegible]m* [illegible] C[illegible]r [illegible]

Cap. 62. [illegible] quo [illegible] C[illegible] *D[illegible]e[illegible]s, qu[illegible] a[illegible] [illegible]era[illegible]m Imp[illegible], [illegible]n ur, n[illegible]*

L.4.c.21. *p[illegible]cem [illegible], cum Hera[illegible]io firm[illegible]* A[illegible]s *[illegible] Patern[illegible]m.* [illegible] C[illegible] & a[illegible] *[illegible]um [illegible]erosolymam venit atque* [illegible] *p[illegible] manu[illegible], partem [illegible] [illegible]stantini [illegible] Au[illegible]erat, a[illegible] tra[illegible]que* [illegible] *argen[illegible] [illegible]am ad b[illegible] [illegible]um n[illegible]ra r[illegible], qu[illegible]am [illegible] consti[illegible]tui. [illegible]uod [illegible] [illegible]eracl[illegible]o nunciatum est, [illegible]um [illegible] m[illegible] manu Per[illegible]sicem petens [illegible], cum max[illegible]ma Persarum pl[illegible], [illegible] tiranni, non [illegible] se du[illegible] [illegible] p[illegible]turbatur [illegible] con[illegible] utrin[illegible] partu [illegible] Imp[illegible] P[illegible] e[illegible] rem a[illegible] e[illegible] [illegible]n[illegible]m. [illegible] d[illegible] [illegible]ue [illegible] in [illegible]er[illegible], qui [illegible] f[illegible] si [illegible] de[illegible] [illegible]me[illegible] [illegible]e [illegible]no [illegible] pl[illegible], vi[illegible] [illegible]tur [illegible] an[illegible]que, [illegible] fa[illegible]d. [illegible] ad [illegible] [illegible]m [illegible] m[illegible] pravari[illegible] pa[illegible]um? [illegible] ce[illegible]ice[illegible] [illegible]eret, [illegible] f[illegible]tum, ab [illegible] [illegible] q[illegible] in m[illegible] Dominicam [illegible] [illegible] c[illegible] [illegible] f[illegible] tra[illegible] m[illegible]um [illegible] in [illegible] Pe[illegible] [illegible] f[illegible] a[illegible] [illegible] a[illegible] C[illegible]um [illegible] [illegible] qu[illegible] leone[illegible] in [illegible]

abunde esset instructus, ad ultimum Astrologus effectus. Agnoscens itaque in signis siderum imperium suum a circumcisa gente vastandum, & autumans id de Iudæis fuisse præmonstratum, per internuncios Dagobertum rogavit Regem Francorum, ut cunctos Iudaicæ stirpis, qui in provinciis illi subjectis manebant, Christianos fieri præciperet, eos vero qui nollent, aut exilio, aut morte damnari. Quod Dagobertus volens effecit, omnes qui noluerunt baptisma suscipere, procul à finibus eliminans Franciæ. Porrò Heraclio non de Iudæis sed de Sarracenis fuerat præostensum. Circa hoc tempus *Beatus Leodegarius ex Francorum præcipua, & nobilissima progenie ortus, inprimis ætatis initiis a parentibus in Clotarii Regis Palatium adductus est: nec diu post ab eodem Rege Didoni Pictavensis urbis Præsuli, avunculo scilicet suo, litterarum studiis imbuendus, traditus est. Is autem Præsul cuidam Dei sacerdoti, viro eruditissimo, eum erudiendum commendavit* Vrsinus in ejus vita.

Anno Christi 628. Clotarii Regis Neustriæ & Burgundiæ XLV. Dagoberti Austrasiæ IV. Pipini Majoris domus XI. Fredegarius in Chronico. *Anno XLI. Clotarii Regis, cum Dagobertus utiliter regnaret in Auster. Chrodoaldus in offensam Dagoberti cadens, instigantibus beatissimo viro, atque Pontifice Arnulpho, & Pipino Majore domus, &c. Iussu Dagoberti interfectus est.* Idem fere Aimoinus, qui inter causas eum meruisse ait, quod non solum *elationis plenus esset, sed & direptioni rerum studens alienarum.* Hoc tempore nascitur S. Gudila natu minima Witgeri Comitis, & Amelbergæ, quam de sacro fonte levat cognata ejus, S. Gertrudis, filia Pipini, ut est in vita S. Gudilæ, vix decem annos nata. Eodem anno cum obiisset S. Austregisilus Bituricensis Episcopus, à Clotario Rege, illi episcopatui præpositus est S. Sulpitius, anteà monachus S. Benedicti, in cœnobio à Clotario Rege exstructo, Biturigis extra muros urbis, ut habet Chenu in Archiep. Bituricensibus, vide supra anno 614. Sub hoc S. Sulpitio est educatus, S. Remaclus Aquitanus, *Patre Albutio, Matrinâ matre natus*, ut ait in ejus vita Notgerus Leodiensis Episcopus. Hic subjungens: *In cujus (Sulpitii) honorem constat ab eodem sancto viro, postea permultas in nostra diœcesi ecclesias dicatas.* Eodem anno natus S. Trudo, Brugensium, & Hasbanorum Apostolus, ut notatum libro præcedente fol. 414. ex Archivis monasterii Eecholtani. *Hunc de nobilissimorum Regum radice edidit Hasbania*, ut ait Theodoricus in ejus vita. Molanus c. Natalibus archivis 23. Nov. fol. 251. *Natus est in Hasbania, quæ olim cum Lotharingia censebatur; anno salutis sexcentesimo vigesimo octavo, ex parentibus, qui multas ditiones habebant, in Flandria, Hasbania, & Campinia, ob quas, dignitate, nomineque Comitum celebrantur. Sed, quod summo loco ponas, insigniter pii erant. Vnde etiam Adela mater miraculis clara, apud* Diest, *in* Zeelhem *vico, qui juris hæreditarii erat, quiescit.* Eodem quoque anno S. Amandus, cum jam fere quindecim annis Bituricæ inclusus vixisset, ut ostendimus ad annum 614. *Romam profectus est,* (Pergo verbis Harigeri) *ut beatorum Apostolorum suffragia*

Cap. 52.

L. 4. c. 12.

expeteret. Et cum quadam nocte egressu custodibus, ipse in ecclesia desiscens, & orans pernoctasset, sequenti die repertus, injuriis afficitur, & ab ecclesia propellitur. Hac de causa in foribus sedenti, & præ cordis mæstitia, extasi detento, sanctus apparuit Petrus Apostolus, blandeque delinitum, ut Gallias prædicandi gratiâ repetat, hortatur: ipse verò redditus hilarior, ad Gallias est reversus. Idem habent in vita ejus, Auctor æqualis, Milo, & Baudemundus. Itaque circa finem hujus anni, aut initium sequentis, ut scribit Milo: *In Gallias rediens S. Amandus, à Rege, & Sacerdotibus, Episcopus ordinatur, ac gentibus incipit evangelisare nomen Domini.* Pergit apud du Chesne ejus æqualis: *Cum verò loca, vel diœceses, ob animarum sollicitudinem, vir domini circumiret Amandus, audivit pagum esse quendam præter fluenta Scaldis fluvii, cui vocabulum est Gandavum. Cujus loci habitatores, iniquitas diaboli ea circumquaque laqueis vehementer irretivit, ut incolæ terræ illius, relicta Deo, arbores, & ligna, pro Deo colerent, atque fana, vel idola adorarent. Propter ferocitatem enim gentis illius, vel ob terræ infœcunditatem, omnes Sacerdotes à prædicatione loci illius se subtraxerant, & nemo audebat in eodem loco verbum annuntiare Domini. Quo audito, vir sanctus magis eorum miseratus errorem, quam de vita sua pericula pertimescens, Acharium Episcopum, qui tunc Noviomensis urbis cathedram præsidebat Sacerdotalem, adiit, eúmque humiliter postulavit, ut ad Regem Dagobertum quantocius pergeret, epistolásque ex jussu illius acciperet, ut si quis non sponte per baptismi lavacrum regenerari valuisset, coactus à Rege sacro ablueretur baptismate. Quod ita factum est. Percepta namque à Rege potestate, & benedictione à Pontifice, illuc vir domini Amandus perrexit intrepidè.* Pergit apud Surium Baudemundus: *Vix enim, quis dignè enarrare sufficiet, quantas ibidem pro Christi nomine perpessus sit injurias, & quam frequenter ab incolis loci illius cæsus fit, nec non & à mulieribus, & rusticis, non absque injuria sit repulsus, verumetiam, & in flumen sæpè præcipitatus. Quæ omnia vir sanctus pro nihilo deputans, verbum Domini non destitit prædicare, memorans illam sancti evangelii sententiam, quæ ait: Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Comites etiam illius, qui eum fuerant germanâ charitate secuti, ob inediam, vel sterilitatem loci, ad propria remeantes, eum ibidem solum reliquerunt. Ipse verò in prædicationis permanens officio, alimentum propriis acquirebat manibus. Sanè captivos innumeros redimens, sacro baptismate emundabat, & ut in operibus bonis persisterent, fideliter hortabatur. Illud etiam huic schedulæ annectendum putavimus, quod viro venerabili presbytero, nomine Bona, narrante, didicimus: qui testabatur se præsentem fuisse, quando hæc gesta res est. Aiebat namque, quod Comes quidam ex genere Francorum, cognomine Dotto, congregatâ non minimâ multitudine Francorum, in urbe Tornaco, ut erat illi injunctum, ad dirimendas resederat actiones. Tum subito à lictoribus ante eum præsentatus est quidam reus, quem omnis turba acclamabat dignum esse morte. Erat verò idem fur plagis jam crudeliter affectus, vehementerque cæsus, & corpore non nisi semivivus. Cumque*

Tom. 1. Franc. Script. fol. 645.

6. Febr.

præfatus

præfatus Dotto decrevisset, ut eum patibulo deberent affigere, vir Domini Amandus adveniens, obnixâ prece postulare cœpit, ut ei vitam concedere dignaretur. Sed ut erat sævus, atque omni belluâ crudelior, nihil apud eum Amandus obtinere potuit. Tandemque à ministris, vel apparitoribus idem fur affixus patibulo est, atque extremum exhalavit spiritum. Dotto igitur domum reversus est, populi comitatus caterva. Sanctus verò vir Domini Amandus, citus ad patibulum cucurrit, hominemque jam mortuum invenit. Depositumque de ligno, ad cubiculum, in quo familiariter orare consueverat, deferri fecit, fratribusque è cellula egressis, ipse super membra defuncti, orationi tamdiu incubuit, lachrymis ad Dominum profusis, ac precibus, donec jubente Deo anima in corpus rediit, atque cum viro Dei loqui cœpit. Adveniente itaque matutinali tempore, convocatis fratribus, aquam jussit afferri. Suspicantibus autem illis, quod corpus ad sepeliendum, sicut mos est, vellet abluere, subitò cellulam ingressi, viderunt eundem hominem, quem mortuum reliquerant, sanum cum viro Dei sedentem, atque incolumem colloquentem: Mirarique vehementer cœperunt, quod vivum videbant, quem paulo antè mortuum reliquerant. Tunc igitur sanctus vir Domini Amandus assistentes cunctos vehementissimè obtestari cœpit, ut ne cuiquam unquam proderent hoc, quod per eum Dominus operari dignatus est: asserens, non suæ hoc esse ascribendum virtuti, sed misericordiæ Domini, qui in se sperantibus ubique dignatur adesse. Læto itaque omni corpore, atque cicatricibus, carnem carni restituit, ita ut de plagis, quas ante pertulerat, in ejus corpore nullum indicium appareret. Sicque eum ad propriam remittens domum, parentibus restituit incolumem. At ubi hoc miraculum longe lateque divulgatum est, statim incolæ regionis illius, cursu celeri ad eum concurrerunt, & ut eos faceret Christianos, humiliter postulabant. Fana etiam, quæ ante adorare consueraut, propriis destruentes manibus, ad virum Dei omnes unanimiter pervenerunt. Nam ubi fana destruebantur, vir Domini Amandus tam ex munificentia Regis, quàm ex collatione religiosorum virorum, religiosarumque fœminarum statim monasteria, aut ecclesias construebat: ubique sacro pabulo populum reficiens, omnium corda mandatis cœlestibus illuminabat. Ægrè primùm S. Amandus Gandavi admissus; maleque habitus, postquam aliquamdiu mansisset in prædicatione cum fortè conquestum ivisset Tornacum, ad Aicharium Episcopum, novasque literas, tam à Rege, quam ab Episcopo obtinuisset; perpetrato ibi Dei operatione tam egregio miraculo; (quemadmodum primis quarumcumque gentium Apostolis à Deo permitti solitum fuisse docuimus ad annum 504.) omninò credendus D. Amandus mox Gandavum rediisse, & populum reperisse, multò magis quam antea sibi obaudientem. Vnde Theodoricus in vita S. Bavonis apud Surium tom. 5. ita tradit de S. Amando: *Ipse totâ Spiritum Sanctum mente concipiens, Gandam rursus aggreditur; egregiâ authoritate à Rege Dagoberto & Aichario Noviomensium (& Tornacensium) Episcopo, ut, qui nollet fidei consentire, cogeretur. Nec defuit certanti militi suo omnipotentis Dei dextera, quæ*

Fol. 12.

Cap. 6.

tetigit gentilium corda, & assumpsit in partem hæreditatis suæ plebem diu fanatico illusam errore. Tandem baptizato populo, sanctæ Crucis erecto vexillo, ara Mercurii destruitur, luci succiduntur, fana omnia diruuntur, Ecclesia erigitur, consummatur, & in honore B. Petri Apostoli solenniter consecratur. Sic plantata vinea Domini Sabaoth, Clericos inprimis, monachos subinde, qui redderent fructum in tempore suo, induxit, & expostulatâ episcopali authoritate, Papa etiam Martino in ipsum consentiente, locum perpetuâ donavit libertate. Sub idem tempus, Basinus, Regulus Francorum, oriundus videlicet è primis regulis Francorum in Flandria, fundat ecclesiam D. Virginis in Truncinio, castro ad Legiam; conversus, ut arbitror, à S. Amando. Sed & S. Bavo hoc tempore, qui & Allovinus, mortuâ conjuge, totum *se ad Dei cultum convertit*, ut habet idem Theodoricus. cap. 3.

Anno Christi 629. Clotarii Reg. Neustr. & Burgundiæ XLII. Dagoberti Austr. V. Pipini Majoris domûs XII. Chronicon Fredegarii: *Anno XLII. regni Clotarii, Dagobertus, cultu regio, & jussu patris, honestè, cum leudibus, in Clippiaco, non procul Parisius, venit, ibique germanam Sichildæ Reginæ nomine Gomatrudem, in conjugium accepit. Transactis nuptiis, die tertio, inter Clotarium, & filium suum Dagobertum, gravis orta fuit contentio. Petebat enim Dagobertus cuncta, quæ ad regnum Austrasiorum pertinebant, suæ ditioni velle recipere, quod Clotarius vehementer denegabat, eidem ex hoc nihil velle concedere. Electi sunt ab his duobus Regibus XII. Franci, ut eorum disceptatione hæc finiretur contentio. Inter quos, & domnus Arnulfus, Pontifex Metensis, cum reliquis Episcopis elegitur, ut benignissimè, (sicut sua erat sanctitas) inter patrem, & filium, pro pacis loqueretur concordia. Tandem à Pontificibus, vel sapientissimis viris Proceribus, pater pacificatur cum filio. Reddensque ei solidatum, quod aspiciebat ad regnum Austrasiorum, hoc tantum exinde, quod citra Ligerem, vel Provinciæ partes situm erat, suæ ditioni retenuit.* Ægrè fidem Christianam amplectentibus Gandensibus, & Gandensium vicinis, *Cum Basinus fundator Ecclesiæ S. Mariæ, in Truncinio, & duarum Capellarum SS. Petri, & Ioannis, B. Mariæ Ecclesiam, contra gentilium vastationem, defenderet, graviter in campo, vici Meldeselt, vulneratus, martyr migravit ad Dominum.* Vt habet Molanus 14. Iulii ex historia manuscripta, quæ Truncinii extat. De S. Bavone ita pergit Theodoricus, qui suprà:

Ibid. c. 7. *B. Amandi famâ quodam quasi odore (odore, inquam, sicut agri pleni, cui benedixit Dominus) longè lateque diffusâ, sanctus Allovinus apertâ seculari non ultra se sustinens retardari, certissimum animæ suæ capit consilium. Nihil cunctatus, longa viarum per dispendia, Gandam advenit, Amandum invenit, prioris vitæ culpam fatetur, de culpa pœnitentiam pollicetur. Consilium super anima sua requirere, ejus magisterii ungue scabrosam vitam polire, postremò totum se illi ait velle dedere. Quem vir sanctus devotè suscipiens, & velut inventæ ovi congaudens, Evangelicam statim ingreditur prædicationem, de contemptu mundi, de appetitu cæli, de tentatione diaboli, de consolatione Dei, & de omnibus, quæ*

pertinent

pertinent ad summæ beatitudinis perfectionem, diligenter erudit novellum adhuc tyrunculum, perfectum posteà Christi militem futurum. Et quoniam antequam incipias, consultò at ubi consulueris, maturè opus est facto: ille statim velut campus Domini repletus ubertate, & collis accinctus exultatione, in valle animi portans granum frumenti, clamans, & hymnum dicens, domum redit ex consulto magistri, & rursus accingitur in opus Deò. Factâ solenniter donatione, omnes possessiones suas ad loca sanctorum contradere: peculiare, quod nullum, vel rarum, ex priori erogatione remanserat, in usus pauperum iterum contrahere, nihil sibi ex omnibus reservare: postremo sibimet ipsi abrenunciare, & crucem Christi lætis humeris portare. Et mox: *Charissimum amplexatus filium, inducit in Dominici scholam servitii, quam primam omnium constat eum rexisse in Ecclesia Gandensi. Ibi ante aram beati Petri Apostoli, militiam Christi professum, barbâ, & capillo tonsum assumit in Clericatum.* Pergit idem Author de S. Bavone. *Captâ igitur temporis & loci opportunitate, saltum, quem Beilam nuncupant, ingressus est: ubi repente, in remotiori devexa vallis latere, annosa fagus oculis ejus offertur, cujus concavitatis, pedum non minus sex, spatiosa altitudo, in modum fornicis camerata, & quæ hominem erectum posset in alvo sustinere. Hoc quasi habitaculum ab Angelis Dei sibi reputans præparatum, ingreditur, tantâ cum jucunditate, velut si totius orbis delitias angusto secum clausisset in pariete. Per aliquot dies occultus, latêre non potuit & cum à populo frequentaretur, infelicem esse se judicans, nocturno silentio iterum loco cedit. Est usque hodie eandem miræ magnitudinis fagum videre, quæ, in æternam hujus sancti Dei memoriam adhuc continet in se antiquum altare, ubi & presbyter parochiæ frequenter ecclesiam evocat, & communicat.* Item. *Inde digressus, longa rursus per dispendia, aliam requirit eremum, athleta Dei Allovinus, Medmedung nomine, à sua Ganda distantem duorum tantummodo milliariorum itinere. Locus in densissimum nemus sylvescens, vastâ, & pene inaccessibili palude distentus, pomorum quoque, quæ gignit saltus, & nucum ferax, prætereà amni leni murmure præterfluens, facilè habitationem suadent. Ingreditur cum sarculo humum sarrit, cellulam permodicam erigit, & in ea se quasi sepelit. Cibos saltus ministrabat, amnis potum. Vestimenta ipse detulerat secum, sagum, & cilicium, quæ non frigus arcerent, sed nuditatem prohiberent: non mollitiem suaderent, sed carnem domarent. Sic aliquandiu ignotus, cum mansisset, iterumque, famâ vulgante, ulterius posse latêre desperaret, comperto quod B. Amandus monachos in Gandensi Ecclesia substituisset, & venerabilem virum Florebertum in Abbatem ordinasset: (Nam quia ipse incumbebat prædicationi, necesse visum fuit constituere, qui provideret novellæ adhuc plantationi) tum verò magno se æstimans quasi donatum munere, ad locum professionis suæ statuit redire, ibique, qui supererat, reliquum vitæ cursum percurrere.* Item: *Accersito dehinc sancto Pontifice Amando, & venerabili Abbate Floreberto, non modo pedum, sed & totius macerati corpusculi integram reclusionem obsecrat, & vix aliquando impetrat. Arctam specum, medio domus æquore, ad capacitatem erecti hominis, effoderat, quâ introgressum*

Cap. 8.

Cap. 10.

Cap. 11.

Cap. 16.

 non

non nisi stantem sustineret, & quasi Crucifixi corporis suspensum vultum in neutram partem deflecti permitteret. Eam orationis crucem sibi praeparaverat. in ea inter Canonicas horas suspendi magis, quam stare elegerat. Nec facilè labor, licet difficillimus, di, uaderi: quia menti satum jam seculum in Christo triumphanti, nil poterat laboriosum videri. Datâ die, evacato Clero, & populo, cum crucibus, & thymiamateriis, universáque Ecclesiastico apparatu ad reclusionis cellulam conventitur, & sancti Pontificis manibus, hostia Christi Bavo, teste Ecclesiâ, sepelitur magis quam recluditur, quinto idus Novembris, qui erat annus sexcentesimus vicesimus nonus Dominicae Incarnationis. Sepelitur, inquam, seculo, vivus Deo.

Anno Christi 630. *Clotarii Regis Neustr. & Burg. XLIII. Dagoberti Austr. VI. Pipini Majoris domûs XIII.* Pergit de admiranda S. Bavonis pœnitudine hunc in modum Theodoricus Abbas c. 18. *Lapidem jubet deferri, quem manibus libratum, cum non sufficeret, ei, quod valebat, ponderi, alterum pro eo, duorum qui esset hominum onus, praecepit impartari. Hunc inter frequentes genuflexiones, & perpetuas preces, brachiis tenebat, & eo, non modò se lassabat, sed pene mortificabat. Nec poterat tamen in lapidis onere sancta manus deficere, quam sustinebat lapis angularis, qui facit utraque unum. Tum verò si quis objiceret, cur seipsum adeo excruciaret, non bonam esse virtutem, quae modum excederet: prudenter respondebat: „Non sunt condigna passiones hujus temporis ad fu„turam gloriam, quae revelabitur in nobis. Audenter dico: qui se ita quotidiano affligebat martyrio, si Deciana, aut Diocletiana habuisset tempora, sponte omnia praevenisset tormenta: non rogos, non aculeum, non certe bestias refugisset, aut gladium.* Ibidem plura sunt admiranda; ut non immeritò de eo extet versus:

Ante perit mundus, veniat quam Bavo secundus.

T. 1. Conc. Gall. fol. 479. Celebratum hoc anno Concilium Remense, ut vult Sirmondus, de quo sic Flodoard: *Romulfum sequitur in Episcopatu Sonnatius, qui Synodum celebrasse reperitur, cum aliis quadraginta, vel eo ampliùs Galliarum Episcopis. Ubi etiam sanctus Arnulfus Metensium praesul invenitur interfuisse, cum Theoderico Lugdunensi, Sindulfo Viennensi, Sulpitio Bituricensi, Medegiselo Turonensi, Senoco Elosanensi, Leontio Xantonensi, Modoa de Treverensi, Chuneberto Coloniensi, Ruherio Senonensi, Donato Vesantionensi, Auspicio Augustidunensi. Item Modoaldo Lingonensi, Ragneherio Baiacensi, Childoaldo Abrincatensi, Bersegiselo Carnotensi, Palladio Antisiodorensi, Gondoaldo Meldensi, Leudeberto Parisiacensi, Chainoaldo Lauduni Clavati, Godone Virdunensi, Ansarico Suessionensi, Claudio Resensi, Bertoaldo Cameracensi, Agomaro Silvanectensi, Caesario Arvernensi, Vero Rutenensi, Agricola Gabalensi, Lupoaldo Magontiacensi, Willegiselo Tholosano, Constantio Albiensi, Nammatio Egolesmensi, Rustico Caturcensi, Auderico Auscensi, Emmone Aresetensi, Felice Cathalaunensi, Hadoindo Cenomannensi, Magnebodo Andegavensi, Ioanne Pictavensi, Leobardo Namnetico. In qua Synodo multa leguntur utilia constituta.* Ut Can. 3. *Ut capitula canonum Parisius acta in generali Synodo, in Basilica sancti Petri, Lotharii Regis studio congregata, omni firmitate custodiantur,*

Histor. Rhemens. l. 2. cap. 5.

custodiantur. Item fol. 481. Can. 10. *De incestis conjunctionibus, si quis infrà praescriptum canonibus gradum incestuoso ordine cum his personis, quibus à divinis regulis prohibetur, se conjunxerit, nisi poenitentiam sequestratione testentur, communione priventur, & neque in palatio militiam, neque agendarum causarum licentiam habeant.* Item Can. 11. *Si quis homicidium sponte commiserit, & non violentiae resistens, sed vim faciens, impetu hoc fecerit, cum isto penitus non communicandum.* Canonem de incestis conjunctionibus observasse hoc anno Clotarium scribit Fredegarius: *Anno XLIII. regni Clotarii, Wuanarcharius Major domûs moritur. Filius ejus Godinus animum levitate imbutus, novercam suam Bertanem eo anno accepit uxorem. Unde Clotarius Rex adversus eum nimio furore permotus, jubet Arneberto Duci, qui Godini germanam uxorem habebat, eum cum exercitu interficeret. Godinus cernens sua vita habere periculum, terga vertens, cum uxore ad Dagobertum Regem perrexit in Auster, & in ecclesia S. Apri regio timare perterritus fecit confugium. Dagobertus per Legatos pro ejus vita saepius Clotario Regi deprecabatur. Tandem à Clotario praemittitur Godino vita concessa, tantum ut Bertanem, quam contra Canonum instituta uxorem acceperat, relinqueret. Qui cùm ipsam reliquisset, reversus est in regnum Burgundiae.* Hoc anno, ut vult Locrius, ex Iperio, S. Rictrudis, construit Marchianense coenobium consilio B. Amandi, verùm id multo seriùs accedisse, sequentia demonstrabunt. Circa haec etiam tempora, Leydam, & Harlemum, in Hollandia conditas esse Petitaeus, vult, teste Locrio. *Anno Dominicae Incarnationis evoluto circiter* 630. *imperante apud Constantinopolim, Heraclio, in Francia regnante Dagoberto, filio Clotarii; orta est in pago Hainoensi, virgo Aldegundis, ex Regali prosapia, patre Walberto, matre Bertilia, cujus soror Waldetrudis major natu, cuidam satis illustri viro Maldegario, cognomento Vincentio, legitimè fuerat copulata, quae posteà spreuit eundem, secutus Iesum Christum* &c. Hucbaldus in ejus vita apud Sur. 13. Novemb. Fuit itaque Waldetrudis jam viro matura, cum nata est soror ejus Aldegundis, quod & sequentia satis demonstrant. De harum parentibus, vide quae dicta ad annum 619. Vincentius hic ab omnibus appellatur Hannoniae Comes, videlicet uxoris nomine, majoris natu filiae Walberti, Hannoniae Comitis, ejusque haeredis, prolis masculae defectu. Inter Sanctos Belgii etiam numeratur à Molano, & Miraeo, de quo posterior in fastis Belgii, 14. Iulii fol. 402. *Uno eodemque saeculo duae illustres ac principales apud Belgas familiae, nimirum B. Pipini, primi Brabantiae Ducis, & S. Vincentii Hannoniae Comitis, secunda Sanctorum sobole mirificè floruerunt. De B. Pipini sancta stirpe suprà 21. Februarii diximus. Ad S. Vincentium quod attinet, Emundus Dinterus, in mss. Brabantiae Chronicis, & alii tradunt ipsum fuisse natione Hibernum, & anteà Madelgarium, Hibernicé* Maguir *nuncupatum. Si non fuerit natione Hibernus, videtur saltem in Hibernia aliquamdiù vixisse; fortasse cum Dagoberto, Sigeberti Austrasiae Regis filio, quem à Grimoaldo Majore domus regia, in eam insulam ablegatum fuisse,* Cap. 54.

supra

suprà die 21. Februarii docuimus. Inde porrò in Galliam Vincentius ve-
niens, multos viros Apostolicos, in his Foillanum, Furseum, Vltanum, Ele-
quium, Ettonem, & Adalgisum adduxit. Hortatu S. Auberti Camera-
censis Episcopi, mundi pompis valedixit, in Alto monte ad Sabim fl. mo-
nasterium construxit, atque in illud se abdidit. Qui locus frequentiâ fra-
trum cùm populosus fieret, ut liberiùs Deo vacaret, Sonegias ad locum
secretiorem secessit: ubi alterum sibi, ac paucis sociis, monasterium struxit,
quod est praeclarum hodie Canonicorum collegium. Quod cum Dago-
berto Sigeberti filio, in Hibernia fuerit, nullo modò credendum;
cum anno demum 656. Sigebertus Austrasiæ Rex, obierit, & Vin-
centius anno 630. Waldetrudem habuerit uxorem. Haræus in
Grimoaldo, Vincentium incentorem vocat, & instigatorem, ut
ex Hibernia viri sancti transferrentur in Gallias, atque pro iis,
eò missum à Rege Francorum. Porrò Modoaldus, Trevirensis
Archiepiscopus, cujus suprà mentio in actis Concilii Rhemensis,
sororem habuit Ittam, uxorem Pipini Majoris domûs, ut est apud
Stephanum Abbatem Leodiensem in ejus vita, ubi cap. 1. dici-
Sur. 17. tur oriundus: *Ex inclyta Aquitanorum prosapia.* Et cap. 2: *Fuit soror*
Maij lib. 1. *ejus Itta nomine*, &c. *matrimonio juncta clarissimo Duci Pipino.* In vi-
cap. 1. ta Pipini Ducis, apud du Chesne tom. 1. fol. 597. de uxore Pi-
pini, sic quoque legere est: *Vxor ejus* (Pipini) *venerabilis Itta ex*
clara nobilitate Aquitaniæ oriunda fuit, sicut ex possessionum ejus tradi-
tione ad nos facta, indubitatè cognoscimus. Modoaldus à Pipino in au-
lam Dagoberti accitus, mirum omnibus sanctitatis edidit exem-
L.1.c.3. plum, unde sic legitur apud eundem authorem: *Modoaldus primo-*
ribus regni, & majoribus palatii, quasi utilis in verbo, providus in con-
silio, divinâ providentiâ, licet repugnans, socius accitur. Clarebant tunc
temporis in palatio viri strenuissimi, iidemque religiosissimi, &c. Vt su-
Cap.4. prà fol. 96. Et cap. sequenti: *Quia* (*Pipinus*) *à pravitate aversus,*
rectis, & honestis studiis attentissimus extitit, in exercitio boni operis
sanctorum virorum, semper usus est consiliis. In quorum numero dum
beatum quoque Modoaldum, non tam quidem pro sororis affinitate, quàm
ipsius prudentia, & eximia virtutis claritate, divinâ praeunte gratiâ,
sibi socium adscisset, tanta aequitatis, & sanctimonia decore, aula illa regia
ubique resplenduit, quantô luce tenebris aurora fugatis terras omnes per-
fundit, dum Solis supervenientis radiis illustratur. Tum de ejus in
Cap. 6. Archiepiscopum electione: *Venerandus antistes Sebondus ecclesiæ Tre-*
verensis rebus humanis excessit, cui successor non impar sanctitate dum
ab omnibus cum omni affectione quaeritur, Dei gratiâ procurante, & cer-
tis indiciis præsignante, haud longè dignissimus reperitur. Nam quocun-
que te vertas, Modoaldi fama celeberrimè per ora omnium resonat. Et
Cap. 7. mox: *Sanctitatis ejus testimonium ne à populari aura, vel à nostra tan-*
tum pagina expectetur, ostenditur hodiéque Treveris in ecclesia S. Pau-
lini, de sepulchro ejus assumpta, mirificeque sculpta Porii marmoris tabu-
la, in qua legitur exaratum ad ejus memoriam, in generatione, & gene-
ratione transmittendum hujusmodi epitaphium: Hoc est sanctuarium Deo
dilecti

dilecti Trevirorum Archiepiscopi Modoaldi, cujus Rex Dagobertus [illegible] tatem, sicuti in ejus præcepto de Treveris continetur, inter Ligerim & Rhenum [illegible] è extulit, & dilatavit. Itaque concurrunt pariter omnium [illegible], Rex, & Dux ille æquissimus Pipinus, aliique optimates, Clerus, & populus, omnis sexus & ætas unanimi exclamant consonantia: Modoaldum Pontificem non tam eligunt, quam à Deo jam dudum electum, & [illegible] um exigunt. &c. Modoaldus refugit, se indignum Cap. 9
proferetur, reclamat, cogique meretur, &c. Subjungit de palatio Dagoberti: *Considerare nunc libet, quale erat illud tempus, quam acceptabile, quàm [illegible] rerum quando Regibus quidem regnantibus, sed Reges cum regno, justis & timoratis viris regentibus, justitia, fides, veritas, modestia, cæteræque artes bonæ, tam in bello, quàm in pace, custodiebantur. quando ad lineam æquitatis divinæ omnia regiæ potestatis negotia dirigebantur. Quale, quam sanctum erat illud palatium, ex quo tam claros, tamque [illegible] suscipiebat ecclesia Sacerdotes, ex quo procedebant [illegible] tores non Simonis, sed Petri: non mercenarii, sed veri ministri Christi, & qui curias regum non quærerent, sed potius à Regibus quærerentur: non ipsi honores, per ambitionem appeterent, sed magis oblatos per humilitatem refugerent. Ex quorum numero (erant enim plurimi) fuit Arnulfus Metensis, Cunibertus Coloniensis, Tungrensis Remaclus, Trevirensis noster Modoaldus.* De Remaclo, quod [illegible] ad [illegible] tes annis est ret[illegible] m. Inter alia verò, ut est apud eundem Stephanum, *Modoaldus super ripam Mosellæ oratorium in honore S. Sym-* Cap. 13.
phoriani martyris extruxit &c. Congregationem sanctarum virginum, &c. [illegible] Regis, quod [illegible] tur à Miræo in Lib. 2. c. 2
Dipl. Belgicis, ex archivio ecclesiæ Trevirensis, fundator [illegible] monasterii Horreensis, cujus suprà mentio, fol. 10[illegible]. num. 6[illegible]. Diplomatis initium sic se habet: *DAGOBERTVS REX FRANCORVM, VIRIS ILLVSTRIBVS, DVCIBVS, COMITIBVS, Domesticis & omnibus agentibus tam ultra, quam citra Rhenum, & ultra Ligerim, tam absentibus, quàm præsentibus. Illud ad augmentum [illegible] atem regni nostri sine dubio in Dei nomine credimus pertinere, si [illegible] vel ecclesiarum Dei, rectis petitionibus inclinati, id quod antecessores nostri præfecerint, perducimus ad effectum. Ideo noverit omnium fidelium nostrorum &c. sagacitas, quia vir apostolicus pater noster dominus Modoaldus, Archiepiscopus ecclesiæ Treverica, obtulit obtutibus nostris præceptionem prædecessorum antecessorum Regum, parentum nostrorum, [illegible] erti, Theodeberti, imoque bonæ recordationis Lotharii [illegible] Regis, genitoris nostri, eorum manibus [illegible] m, in quo erat [illegible] tum quod [illegible] m [illegible] gentor noster, ve [illegible] ejus. [illegible] Francorum, omnes res quas [illegible] sancti [illegible], pro [illegible] [illegible] S. [illegible] ecclesia [illegible] quam [illegible] regnum [illegible] & [illegible] in æthe[illegible] re[illegible] [illegible] parentes [illegible]. Pro re[illegible] d [illegible] catus [illegible] mis [illegible] nostram, ut paternum [illegible] sequentes,*

[illegible]uentes hujuscemodi no[illegible]ra auctoritatis pra[illegible] ad amorem [illegible] reverentiam S. Petri, de [illegible]dem rebus fieri ju[illegible]er[illegible] [illegible] benter a[s]ensum prabuimus, & hoc n[illegible]ra auctor[illegible] [illegible] [illegible]sam ec[cl]esiam pro divini [c]ultus amore & anima n[illegible] [illegible] cre[illegible]imus. Per quod pracipimus atque jubemus, ut omne[illegible] [illegible] tes ad ec[c]l[es]iam beati Petri Treveri[c]a urbis pert[i]nent[illegible] S. [illegible]arii, qua nunc appellatur cel[l]a S. Maximini, qua [illegible] P[e]tri constru[c]ta, & ce[t]am S. Paulini, & S. Eucharii, & m[illegible] S. Maria, quod idem prafatus Pontifex Modoaldus, in terri[torio] [illegible] nu[p]er à fu[n]damento con[st]ru[x]it, quod vocatur Horrea, [illegible] Martini [e]tiam in pa[g]o Ma[illegible]inense, & cateras b[illegible], [illegible], v[illegible], v[i]neas, s[il]vas, homines, vel qui[c]quid, largiente d[illegible] d[e]inceps ad eandem augmentetur ec[cl]esiam, cir[c]a Rhenum [&] L[illegible]er[illegible] fluvium, in regno nostro consistentia, omnia sub jure & po[t]e[state] [illegible] P[e]tri Treverensi[s] ecclesia, e[j]usque Pontificis, per[p]etua[li]te[r] man[illegible] p[er]maneant, &c. Id m[a]nu pro[pri]a [illegible]um [illegible] n[o]stris subter firma[vi]mus, [illegible] annuli n[os]tri impre[ssi]one [sig]nari [ju]ssimus.

Da[go]bertus [Re]x [F]rancorum.
Cun[ib]ertus gratia [D]ei Colonie[n]sis E[pis]cpus.
Ab[illegible] Mete[illegible] [illegible] opus.
Prin[illegible] [illegible]irens[illegible] Ep[isco]pus.
Pi[p]inus M[aj]or domus.

Anno Chri[sti] 631. Clotarii Regis Neustr. & Burgund. XLIV. Dagoberti Au[st]r. VII. Pi[p]ini Majoris domus XIV. Fred[e]ga[riu]s in Chroni[c].

[illegible] 51. *Anno XLIV regni Clotarii, [c]um Pontifi[c]es & universi Proceres regni [illegible] tam de Neu[st]er, quam de Bur[g]undia, C[li]piaco ad Clotarium pro ut[illegible] tate re[g]ia, & [s]alute patria conjunx[issent], [illegible]que homo, nomine E[illegible] [illegible] [q]ui gube[r]nator palatii [C]hari[b]erti [filii] [Clo]tarii erat [illegible] a pueru[illegible] F[illegible] n[illegible], [g]ene[r]e Saxonorum optimatis, interfi[cit]ur. Penè fuerat exin[illegible] mia multorum strage[s] [s]ecuta, nisi pra[s]enti[illegible] inter[v]eniente [illegible] & o[c]currente[s] fu[iss]et [illegible]. Æ[g]ina in m[illegible]e Me[illegible]mire, [illegible] Cl[illegible]r[i]o, re[c]edit, p[l]urium [illegible] habens [illegible] [illegible]atorum. [illegible] du[illegible], a[illegible] Char[illegible], exe[illegible] [illegible] super [illegible] cum [illegible]berto v[illegible] [illegible] Farones [illegible] [illegible] jubet, ut cum [illegible] vo[l]ebat [illegible], eorum [illegible] [illegible] o[p]primere[nt]ur. Eâ pactione ut[illegible] [illegible]bacan[t]ur.*

[illegible] N[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] F[illegible] [illegible]st a [illegible] a[illegible] B[illegible] præ m[illegible] [illegible]am [illegible] I[illegible]o To[illegible] [illegible] [illegible] ac[illegible], [illegible] [illegible] 12 [illegible]arem [illegible] *e[illegible] a pra[illegible]byterum [illegible] [illegible]unc [illegible] [illegible]* [illegible] H[illegible] 412 [illegible]

mandi in Flandriam, Tosolti clericos, & sacerdotes fuisse, ibi velut eremum incolentes, quorum ædiculam forte restaurarit S. Columbanus, ut dictum ad annum 614. Pergit Theodoricus cap. 23. *Aderat in præsentiarum sanctus Episcopus Amandus, & venerabilis Abbas Floribertus, qui & ipsi cellulam ingressi, cernunt mirabilia Dei in martyrio militis sui. Quid enim vivens spiritus ejus egerit, corpus mortuum loquebatur: in quo tota caro ita depasta videbatur, ut pelli adhærerent ossa, & circa dentes tantummodo relicta labio. Quis interim non fleret humanâ compassione, aut quis non gauderet spirituali exultatione? Translatum verò funus, sacerdotum Christi manibus, multo cum studio cervicem feretro subjicientibus, mediâ ecclesiâ beati Petri Apostoli ad pernoctandum locatur. Tota convenerat vicinia. omne rus, omnes circa ecclesiæ ministros, & sacerdotes miserant, nec parvo reputabat se frustratum munere. cui non contigisset huic sanctæ depositioni interesse. Erat interea illud miserabile, intueri pauperum turbam, nunc verè patre amisso orphanam, vestes, & solatia, quæ de manibus ejus acceperant, ostendere, & totam ecclesiam inconsolabili luctu replere.* Et in fine capitis 24. *Facta est autem hujus in æternitatis honorem gloriosa assumptio Calendarium Octobrium, die primo, anno à conversione sua, quadraginta dies, minus de tertio, Dominicæ Incarnationis sexcentesimo trigesimo primo, Heraclio Romanum imperium, Martino (Honorio) universalem administrante pontificatum.* Massæus in Chronico: *Anno 631. S. Bavo Austrasiarum Ducum hæres, post triennem, in cello Gandavi, moram, defunctus est Cal. Octobribus, & à S. Amando in eadem sepultus.* Meminit & Molanus, *Octavo Calendas Iunii.* id est 25. Maii *Adiliæ sororis S. Bavonis (quæ eadem fortassis, quam Brugis S. Andeliam solent nuncupare)* Versatus est hoc tempore in aula Dagoberti Rigomarus, maritus alterius Gertrudis, pater Gerebergæ, avus Adalbaldi Ducis Duacensis, mariti S. Rictrudis, de quibus meminit Sur. 12. Maii in vita S. Rictrudis.

Anno Christi 632. Clotarii Regis Neustr. & Burg. XLV. Dagoberti Austr. VIII. ejusdem Dagoberti totius Franciæ monarchiæ I. Pipini Majoris domûs XV. Chron. Fredegarii: *Anno XLV. regni sui Clotarius moritur, & in suburbano Parisius in ecclesia S. Vincentii sepelitur.* Cap. 56. Aimoinus addit: *Monarchia suscepta anno XVI.* Videlicet ab anno 617. quo Theodericus, & Theodebertus obiêre. Pergit Fredegarius loco citato: *Dagobertus cernens genitorem suum fuisse defunctum, universis leudibus, quos regebat in Auster, jubet cum exercitu promovere. Missos in Burgundiam, & Auster direxit, ut suum deberent regimen eligere. Cùmque Remis venisset, per Sucssiones accedens, omnis Pontifices, & leudi de regno Burgundiæ, inibi se tradidisse noscuntur. Sed & Neustrasiæ Pontificum, & procerum plurima pars regnum Dagoberti visi sunt expetisse. Charibertus frater suus nitebatur, si potuisset regnum adsumere: sed ejus voluntas, pro simplicitate parum sortitur effectum. Brodulfus volens nepotem stabilire in Regnum, adversus Dagobertum muscipulare cœperat. Sed hujus rei vicissitudinem probavit eventus.* Cap. 57.

P 2 Ibid.

Ibid. *Cumque Regnum Clotarii, tam Neptrici, quàm Burgundiæ, à Dagoberto fuisset praeoccupatum, captis thesauris, & suæ ditioni redactis: tandem misericordiâ motus, consilio sapientum usus, citra Ligerem, & limitem Spaniæ, qui ponitur partibus Vvasconiæ, seu & montes Pyrenæos, pagos, & civitates, fratri suo Chariberto ad transagendum, quod ad instar privato habitu ei vivendum potuisset sufficere, noscitur concessisse. Pagum Tholosanum, Caturcinum, Agennensem, Petrocoreum, & Santonicum, vel quod ob his versus montes Pyrenæos excluditur, hoc tantum Chariberto regendum concessit, quod & per pactionis vinculum strinxit, ut amplius Aribertus nullo tempore adversus Dagobertum de regno patris repetere præsumeret. Aribertus sedem Tholosanam eligens, regnat in parte pro-*

Lib. 1. c. 9. *vinciæ Aquitanicæ,* Oudoenus in vita S. Eligii: *Mortuo intereà Clotario Rege Francorum, Dagobertus filius ejus, Monarchiam regni solus obtinuit. A quo Eligius tantâ familiaritate habitus est, ut plurimorum ejus felicitas, ingens gigneret odium. Siquidem oderant eum pravi quique, quoniam magnoperè oderat ipse superbiam, diligebat veritatem. Sed planè illum boni omnes admirabantur, & diligebant, quia noverant Catholicam hominis scientiam, ac patriæ cœlestis mentem jugiter intentam.*

In Anglia hoc tempore, singula ferè regna, Christianam religionem amplectuntur. Matthæus Westmonasteriensis: *Anno gratiæ 633. Rex Orientalium Anglorum Eorpenwaldus, hortatu Regis Eadwini, fidem Christi suscepit; verum postquam cum omni gente sua per Felicem Episcopum credidit, non multum vixit.* Succedit ei Sigebertus, de quo sic Beda lib. 3. cap. 18. *His temporibus regno Orientalium Anglorum post Eorpenwaldum, Redwaldi successorem, Sigberchtus frater ejus præfuit, homo bonus, ac religiosus, qui dudum in Galliis, dum inimicitias Redwaldi fugiens exultores, lavacrum baptismi percepit; & patriam reversus, ubi regno potitus est, mox ea, quæ in Galliis bene disposita vidit, imitari cupiens, instituit scholam, in qua pueri literis erudirentur, juvante se Episcopo Felice, quem de Cantia acceperat: eisque Pædagogos, ac Magistros, juxta morem Contuariorum, præbente. Tantumque Rex ille cælestis regni amator factus est, ut ad ultimum relictis regni negociis, & cognato suo Egerico commendatis, qui & antea partem ejusdem regni tenebat, intraret monasterium, quod sibi fecerat, atque acceptâ tonsurâ, pro æterno magis regno militare curaret.* Ex hac schola originem habet

L. 4. c. 2. Cantabrigia Academia. Beda quoque de Theodoro Archiepiscopo Britanniæ: *Peragratâ insulâ totâ quaquaversum Anglorum gentes morabantur; (nam & libentissimè ab omnibus suscipiebatur, atque audiebatur) rectum vivendi ordinem, ritum celebrandi Pascha canonicum, per omnia comitante, & cooperante Adriano, disseminabat. Isque erat primus Archiepiscopus, cui omnis Anglorum Ecclesia manus dare consentiret. Et quia literis sacris simul, & secularibus, ut diximus abundanter ambo erant instructi, congregatâ discipulorum catervâ, scientiæ salutaris quotidie flumina, irrigandis eorum cordibus emanabant. Ita ut etiam metricæ artis, astronomiæ, & arithmeticæ, ecclesiasticæ, disciplinam, inter sacrorum apicum volumina, suis auditoribus contraderent. Indicio est,*

quod

quod (usque hodie) supersunt de eorum discipulis, qui Latinam, Græcamque linguam, æque ut propriam, in qua nati sunt, norunt. De Ethelberto Rege pergit Beda: *Dum adhuc Sigberellus regni (infulas) teneret, supervenit de Hibernia vir sanctus, nomine Fursæus, verbo & actibus clarus, sed egregiis insignis virtutibus, cupiens pro Domino, ubicumque sibi opportunum inveniret, peregrinam ducere vitam. Qui cum ad provinciam Orientalium Anglorum pervenisset, susceptus est honorificè à Rege præfato, & solitum sibi opus evangelisandi exequens, multos, & exempla virtutis, & incitamenta sermonis, vel incredulos, ad Christum convertit, vel etiam credentes amplius in fide, atque amore Christi confirmavit.* Ibidem de eodem: *Cum multis annis in Scotia verbum Dei omnibus annuncians, tumultus irruentium turbarum non facilè ferret, relictis omnibus quæ habere videbatur, ab ipsa quoque insula patria discessit; & paucis cum fratribus, per Britones in provinciam Anglorum devenit, ibique prædicans verbum Dei, ut diximus, monasterium nobile construxit. Quibus ritè gestis, cupiens se ab omnibus seculi hujus & ipsius quoque monasterii negatiis alienare, reliquit monasterium, & animarum curam fratri suo Fullano, & presbyteris Gobbano, & Dicullo; & ipse ab omnibus mundi rebus liber, in anachoretica conversatione vitam finire disposuit. Habuit alterum fratrem vocabulo Vltanum, qui de monasterii probatione diuturna, ad eremiticam pervenerat vitam: Hunc ergo solus petens, annum totum cum eo in continentia, & orationibus, in quotidianis manuum vixit laboribus.* Obiit circa hæc tempora Bertoaldus Episcopus Cameracensis, quem anno 630. notavimus interfuisse Synodo Rhemensi, Massæus eum *sanctum Bertoldum* vocat, ac *sextum* Episcopum Cameracensem. De ejus successore ita Baldericus: *Post Bertoaldum successit beatus Ableberius, qui ita in Catalogo Episcoporum nominatus, ab incolis verò, & vicinis Emebertus dicebatur. Hic ex Bracbatensi paga oriundus, parentibus siquidem & vitæ, & generis dignitate clarissimus, patre videlicet Witgero Comite, sancto viro, atque Amelberga matre editus est; Cujus etiam quatuor sanctæ sorores fuerunt SS. Reinildis, Sarachildis, Ermenlindis, beatissima quoque Guidula, junior ætate, sed non minùs præstantior, sanctitate* Vid. sup fol. 100. Hoc eodem anno 632. factum ut Dagobertus, patre defuncto, Gomatrude uxore repudiatâ, associarit sibi Nanthildem, de qua sic Fredegarius cap. 58. fol. 757. *Per Augustidunum, Autesiodorum pergens, per civitatem Senonas Parisius venit, ibique Gomatrudem Reginam in Romiliaco villa, ubi ipsam in matrimonium acceperat, relinquens, eò quod esset sterilis, cum consilio Francorum Nanthildem unam ex puellis de monasterio, in matrimonium accipiens, Reginam sublimavit. Usque eodem tempore ab initio, quo regnare cœperat, consilio primitus beatissimi Arnulfi Mettensis urbis Pontificis, & Pipini Majoris domûs usus, tanta prosperitate regale regimen in Auster regebat, ut à cunctis gentibus immenso ordine laudem haberet.* Ex quo sic Aimoinus fol. 366, *Dagabertus totius regimen regni nactus,* &c. *Parisius devenit, & Ramulsiaco villa constitutus, Gomatrudem Reginam, noverca sua Sichildis germanam*

L. 3. c. 19.

Fol. 214.

L. 1. c. 16.

L. 1. c. 19.

germanam, eo quod esset sterilis, &c. *relinquens* &c. *Nanthildem in matrimonium sibi junxit; usque ad id temporis, consilio B. Arnulphi Metensis urbis Pontificis, nec non Pipini, in regno Austrasiorum Majoris domûs officium gerentis, usus est.*

Anno Christi 633. *Dagoberti Reg. Austrasiæ IX. Totius Franciæ monarchiæ II. Pipini Majoris domûs XXVI.* Massæi Chron. Añ. 633. *S. Livinus natione Scotus, Archiepiscopus Hiberniæ, Gandavum venit, cum tribus discipulis 16. Iulii indict. 6. mansit illic mense uno, deinde profectus ad Aseam, prædicavit Christum, multos convertit. Quidam verò indurati occiderunt eum 12. Novembris, ejusdem anni.* De S. Livino, sic Molanus ex officio Ecclesiæ Gandensis: *Usus est præceptoribus, Benigno sacerdote, & magno illo Augustino, Anglorum primo Episcopo, suo è sacro fonte susceptore, à quo etiam sacerdotio decoratus, haud multo post in Archiepiscopum Scotorum eligitur. Quod munus, cùm aliquot annis magno fructu administrasset, reliquit Sylvano archidiacono. Ipseque Evangelii plantandi causâ inter infideles cum tribus discipulis, sanctis Foillano, Helia, & Kiliano, venit ad Gandense cœnobium, anno sexcentesimo trigesimo tertio, decimo septimo Calendas Augusti. Ubi à sancto Florberto Abbate, fratribusque, humaniter exceptus, cùm beatum Bavonem triennio defunctum, magis coruscantem miraculis invenisset, triginta continuos dies, super ejus sepulchrum, Missarum solemnia celebravit. Inde prædicationis causâ profectus per Flandriæ, & Brabantiæ loca, innumeros ad fidem Christi, verbo, exemplo, & miraculis convertebat. Sed homines impii miris modis eum persequebantur, nec omnino desistebant, donec linguam ejus extractam canibus devorandam projicerent, quæ tamen illi mox miraculo est restituta. ac tandem apud Escham multis vulneribus sauciatum, etiam obtruncarent. Quo eodem loco, nobilem, & religiosam matronam Craphaildem, beati Livini hospitam, ejusque filiolum Brictium, quem sanctus Livinus de sacro fonte susceperat, immaniter trucidarunt. Sepulti sunt autem à discipulis decenter in* Hautem, *vicino pago territorii Alostensis sanctus Livinus, cum beati Brictii corpusculo, uno eodemque in loculo, ac juxta eos seorsim sancta martyr Craphaildis.* Si S. Bavo obierit triennio, antequam S. Livinus, appulit Gandavum, appulerit demum anno sequenti, obiit enim S. Bavo anno 631. ut suprà scriptum è Theoderico. Malè Massæus hoc anno demum ponit obitum S. Gaugerici, cum suprà constet, anno 630. Bertoaldum Episcopum Cameracensem interfuisse Consilio Rhemensi. Hujus anni diploma Dagoberti est in arch. S. Dionysii, quo mercatum in eo oppido constituit, *Datum* videlicet, *anno secundo regni*
Fol. 94. *Dagoberti*, quod libro priore prodromo è Miræo productum est, & malè relatum ad annum 630. Hoc anno S. Gertrudis, Pipini, & Ittæ, sive Idubergæ filia, à matre sanctissimè educata, nuptias respuit, unde in vita ejus antiquitus conscripta, sic lego cap. 1. *Cum iter per regnum agens Dagobertus, quadam die, à patre ejus Pipino, nobiliter prandio esset exceptus, inter convivantes, filius Ducis Austrasiorum adfuit, qui in amorem virginis (Gertrudis) animo collapsus,*

[illegible] anno 633 ad 634. [illegible] anno [illegible] Amand- [illegible] Mi- [illegible] anno eodem [illegible] & [illegible] anno 63[illegible] & 651 [illegible] S. Bono 14. Iun.

Anno [illegible] *Dago*[illegible]*rtis Re*[illegible] [illegible] *fu-* *perans* [illegible] Circa [illegible] paulo ante [illegible]

Cap. 5.

ap[illegible] Sur[illegible] 104 [illegible] *Audomaro.* [illegible] *Audomarus* [illegible] *Vale* [illegible] *vende omnia, quæ* [illegible] *es,* [illegible] [illegible]

Cap. 9.

ctano, [illegible] V[illegible] [illegible] D[illegible], eo tem[illegible] [illegible] st martyr [illegible], [illegible] Ambianenses [illegible] Tarvanensium [illegible] [illegible] sanctorum cultum [illegible]. [illegible] Fu[illegible]anus, [illegible] a Taruanensibus pr[illegible] [illegible] tori martyrium [illegible] [illegible]ent. [illegible] Taruanensis ad [illegible] cultum [illegible] fuere: ne[illegible] dumtaxat [illegible] nomen Domini [illegible] noverant [illegible] etiam, qui a [illegible] martyrium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cole[illegible] itaque [illegible] A[illegible] e mu[illegible] [illegible] [illegible] psalmum [illegible] [illegible] men[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] c[illegible]m [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible] autem [illegible] quodam in oratorio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] transiens [illegible] no[illegible] more suo [illegible] exurgens, ad E[illegible]am se contulit, ut [illegible] animum contemplat[illegible] [illegible] lacrymis [illegible] precibus [illegible] S[illegible] [illegible]

Anno [illegible] Dagoberti Reg. Aust. [illegible] tot[illegible] [illegible] e [illegible] Pipini majoris domus XVIII. Hoc tempore D[illegible] [illegible] *[illegible] virum Dei R[illegible] [illegible] [illegible], qui [illegible] Dei & [illegible] sua benedictione [illegible] ora[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] &c. qua castigatione Rex [illegible] Sacerdotem Christi secum ad convivium venire rogavit* &c. Al[illegible] [illegible] *Vita ca[illegible] 7. Gertrudis, Ducis Adalbaldi avia, post mortem R[illegible] mari conjugis sui,* (de quo vide anno 631. fol. 115) *in Hamatico monasterium ad[illegible], ubi [illegible] obiit.* Vide anno 655. Molan[illegible] D[illegible]

Anno [illegible] 635. Dagoberti Reg. Austr. XII totius Franciae V. P[illegible] majoris domus X[illegible] [illegible] anno exstat diploma Dagoberti Regis [illegible] Eligius subscripsit, & Dad[illegible] qui & Ouduenus, in Archi[illegible] S[illegible]ym, quod monasterium fact[illegible]rum om[illegible] [illegible] servi, de quo [illegible] supra ad annum Christi 619. [illegible]

Fol. 657. h[illegible]r *DAGOBERTVS REX FRAN[illegible]ORVM VIR [illegible] LVSTER OMNIBVS EPISCOPIS, ABBATIBVS, [illegible] MITIBVS, CENTENARI[illegible] VICARIIS, & [illegible] nos Deus liberavit per [illegible] sanctos martyres [illegible] manibus in m[illegible] [illegible]orum, & furore Domini [illegible] nostri, ita omnes qui [illegible] [illegible] erint [illegible] erentur [illegible] [illegible]ntur. Si autem Deus om[illegible] [illegible] [illegible]onem [illegible]rum Sanctorum, [illegible] animas vide. [illegible] [illegible] in [illegible] sacro loco [illegible] multo ma[illegible] [illegible] ne[illegible] quacumque [illegible], [illegible] contra no[illegible] [illegible] Reges Francorum [illegible] [illegible] E[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Ludo[illegible] [illegible]*

[illegible]

scopus consensit. In Christi nomine Landericus ac si peccator Episcopus subscripsit: In Christi nomine Eligius subscripsit &c. *Dado peccator consensit. Data sub die sept. Cal. Iunias, anno quinto regni, Clipiaco, in Dei nomine fe[illegible] cr. Amen.* Ineptè hic, & alibi *Eligius Episc.* legitur; quod nullo modo crediderim esse in originali. Circa hæc tempora S. Gil[illegible]us natione Græcus, Roma quoque, in has partes venit, monitu SS. Apostolorum Petri, & Pauli, de quo sic in vita ejus, apud Surium, antiquitus conscripta, 9. Octobr. *Egregius Christi Confessor Gislenus, à Græcis Christianis parentibus ortus* &c. *Athenis disciplinis liberalium artium institutus, aliquamdiu illic S. Basilii instituto vivens, postea Romam venit. Ibi divinitus novit sibi destinatum locum, qui ab amne præter fluente, Hainau appellatur, &c.* Pergit idem author, hoc modo: ibidem, fol. 132: *Vir sanctus, laudes, & grates egit Deo, atque è comitum turba non nisi duos sibi retinens, Lambertum, & Bellirium, nudus nudum secuturus Salvatorem, ad locum sibi ab Apostolo indicatum properavit. In eo itinere perlustranti sacra monasteria, urbes, & castella, dictum est de amantissimo Christi Confessore Amando, cujus celeberrima fama gratissimo sanctitatis odore, Ecclesiam compleverat, & animas hominum mirè afficiebat. Valde igitur sitiens eum videre, & cum eo colloqui, obnixè rogat Dominum, ut præstet sibi copiam ejus sanctis colloquiis perfruendi. Venit inde ad beatum virum, exponit ei causas itineris sui, petit ab eo salutare consilium: atque ejus benedictione perceptâ, profectus est, venitque ad montem, quem Castrilocum vocant. Cumque putaret eum esse locum sibi à Domino promissum, cœpit extirpare arbusta, ut posset illic templum construere, aptum Christo servituris.* Erat per id temporis S. Amandus occupatus fundendo Monasterio Marchianensi, opes subministrante Adalbaldo, Duce (ut scribit Molanus 2. Feb.) Duacensi, cum nobilissimis fratribus Arkenbal[illegible]o, seu Erchenoaldo, & Sigefrido; nam fundatum id fuisse, antequam S. Amandus fuit Trajectensis Episcopus, apertè docet Chronicon Marchianense Silvii fol. 618 *Monasterium Marchianense à B. Amando, postea Trajectensi Episcopo, in possessione per dotem ejusdem beatæ matris nostræ (Rictrudis) fundatum est.* Possessio Adalbaldi fuit, quam posteà per dotem obtinuit Rictrudis. Eodem tempore de S. Eligio in aula Dagoberti sic Audoenus. *Pollebat itaque magis ac magis in vigiliis, in jejuniis, atque in caritate. Fabricabat in usum Regis utensilia quamplurima ex auro, & gemmis. Sedebat fabricans in defessum, & contra eum Thille vernaculus ejus, ex genere Saxonum. Qui magistri vestigia sequens, & ipse postmodum venerabilem vitam duxit. Fragrabat ejus ubique fama, in tantum, ut si qui, ex Romana, vel Italia, aut Gothica, vel qualicumque provincia, Legationis fœdere, aut alia quacumque ex causa, Palatium Regis Francorum adire pararent, non priùs Regi occurrerent, quam Eligium aggrederentur; vel juvamen eleemosynæ ab eo poscentes, vel certe consilium salubre petentes. Sanè ubicumque venundandum intellexisset mancipium, magna cum misericordia, & festinatione occurrens, mox dato pretio liberabat captivum. Interdum etiam usque*

Cap.1.&2.

Cap.3.

usque ad viginti, & triginta, seu & quinquaginta numero simul, à captivitate redimebat. Nonnunquam vero agmen integrum, & usque ad centum animas, cum navi egrederentur, utriusque sexus, ex diversis gentibus venientes, pariter liberabat: Romanorum scilicet, Gallorum; atque Britannorum, necnon & Maurorum. Sed præcipuè ex genere Saxonum, qui abundè eo tempore veluti greges à sedibus propriis evulsi, in diversa distrahebantur. Item: *Porrò Rex Dagobertus torrens pulcher, & inclytus, ita ut nullus ei similis fuerit in cunctis retro Francorum Regibus, in tantùm diligebat eum, ut frequenter catervis Principum, optimatum quoque, & Ducum, atque Episcoporum, se subtrahens, Eligii secreta peteret concilabula. Nam quicquid eundem Eligius postulasset, absque ulla dilatione impetrabat. Quicquid vero adipisci potuisset, in eleemosynas egentium, in pretia captivorum, in remedia debilium expendebat. Vnde & ipse Princeps libentissimè præstabat, quod sciebat non uni, sed pluribus prodesse. Denique inter cætera expetivit ab eo villam quandam, in rure Lemovicino, cognominatum SOLEMPNIACUM.* Item: *Quo in loco primùm, ac potissimum virorum Dei construxit Monasterium; ubi etiam Abbate constituto, multos ex suis vernaculis mancipavit. Plures quoque ex diversis Provinciis usque ad centenarium quem quinquagenarius supergreditur numerus, Monachos congregavit: redditus etiam terræ, qui affluenter sufficere possent, delegavit. Ipse vero tantâ se devotione, tantoque amore eodem loco diffudit, ut quicquid habere potuisset, quicquid à Regi auferre, quicquid dignè aliquid comparare, quicquid etiam gratuitò ei à potentibus largitum esset, cuncta prædicto loco destinaret.* Solemniacum inter alios instruendus venit S. Remaclus, quem supra scripsimus Biturigis à S. Sulpitio educatum ann. 628. fol. 105 De quo Notgerus: *Vbi adolevit, & prout ea ferebat ætas, totius integritatis, & probitatis fructus protulit, beato ELIGIO commendatus est, viro inter ejus ætatis homines meritorum gratiâ facilè primo. Is verò in Solenniacense Monasterio, quod ipse in suo fundo construebat, eum sacris monasticæ disciplinæ institutionibus exactè imbuit. Deinde curam gregis sibi commissi in eum transtulit, suas ei vices demandans, eùmque sibi substituens. Compellebatur enim redire ad Palatium Regis, & suam ei operam navare.* S. Amandus sub finem anni hujus in exilium actus à

Chron. Marchian. Dagoberto, Ionathu Marchianensibus regendis substituit. De exilio ejus, sic Hucbaldus in vita S. Rictrudis, Sur. 12. May. fol. 17[illegible]. *Dagobertus in administrando regno præclarus, uni vitio subiacuit, immodicè deditus amori mulierum. Vnde accidit, ut legitimâ conjuge suâ ob sterilitatem repudiatâ, alteram sibi copulârit. Cùmque id flagitium in eo pontifices, inprimis autem vir sanctissimus, & mirabilium operum patrator præsul Amandus reprehenderet, ille indignatione, & fastu regio inflatus, eundem venerabilem antistitem, non absque injuria è suo regno ejecit. Ille vero pro Christi veritate persecutionem patientissimè ferens, quippe qui etiam sanguinem pro Christo fundere peroptaret, diversis in locis divini verbi sparsit semina, atque tandem etiam in Vasconiam, Rictrudis patriam pervenit, ut cælitus infuso sibi lumine ejus regionis gentem*

tem illustraret, simul sperans ob gentis ejus sævitiam, posse se illic mar-
tyrii palmam promereri. Sed & Pipinus eandem ob rem vitæ peri-
clitatus est. Vita Pipini Ducis, de Dagoberto: *Salomonis exemplo* Chesn.
depravatum est ad tempus cor ejus per mulieres: ut quæ solet in magna tom. 1.
rerum copia, & liberalitate soluta, prona esse in consensum peccati natura fol. 595.
mortalium ob divitiarum affluentiam, non secundùm rerum successus, à
bono honestòque in pravum abstractus, saluberrimis monitis aures occlusit.
Cœpit ergo tam avaritiâ, quàm libidine æstuare, rebus Ecclesiarum novos
thesauros implere; & præter concubinas, quarum multiplex erat nume-
rus, contra jus Canonicum, decus Regium, trium Reginarum incestis
abuti amplexibus. Quo dolore Pipinus permotus, eum liberrimo ore
increpabat, exprobans quòd maximis Domini beneficiis ingratus exi-
steret. Sed ille obscœnis libidinibus potiùs, quàm sanis monitis obtempe-
rans, malebat more frenetici medicum quolibet modo extinguere, quam
à pravitatis suæ furore resipiscere. Ad quod scelus non parum incitaba-
tur perversis suggestionibus reproborum hominum, virtuti Pipini invi-
dentium malitiosè. Idem ferè in vita S. Modoaldi. Meminit & hoc
modo l. 4. cap. 20. Aimoinus fol. 367: *Luxuriæ tam ineffrenatæ se*
tradidit, ut exceptis tribus, quæ cum nomine, cultu etiam fulciebantur
regio, plurimus concubinarum illi obsequeretur numerus. Aversum itaque
cor ejus à Deo fuisse æstimabatur, prorsusque abalienatum, nisi in semet re-
versus, peccata sua eleëmosynis redimere deliberasset. Erat in regno ejus
Pipinus, de potentissimis Austrasiorum, familiaritati ejus inhærens: qui
oderat improbos, nec se miscebat flagitiosis. Hunc quidam malignantium,
Dagoberto adorsi sunt facere odiosum. Sed Domini protectus clementiâ,
(cujus, in observanda justitia, sectabatur præcepta) & insidias paratas eva-
sit, & Regi utilia suadendo fidelissimus apparuit. Hoc tempore cùm
messis copiosa esset Teruanæ, atque Bononiæ, ceterisque Mori-
norum burgis, atque oppidis; Eustatius à Luxoviensi Monaste-
rio, plures S. Audomaro operarios submisit, ut est in vita S. Au- Apud Sur.
domari, authore Folcardo, 9. Sept. 105. *Per idem tempus tres ve-*
nerabiles viri, & in Christo piâ animorum conspiratione fundati, Mum-
molinus, Bertramnus, & Bertinus, ex territorio Constantiensi, ad san-
ctum venère Audomarum, cupientes cum beato præsule verbo vitæ per-
frui, & pro sanctæ Trinitatis amore, contempto paterno solo, & cunctis
vitæ oblectamentis, nudi sanctæ regulæ institutum amplecti. Eos vir bea-
tus, & in illis Christum, cum multa animi exultatione, & erga Deum
gratiarum actione, suscepit, Deum laudans, quod tales ipsi misisset adju-
tores, qui subditis ei populis æternæ salutis sacramenta declararent. Erant
enim eruditione præclari, & in Catholica fide bene maturi. Erat tum
temporis in illis partibus Comes Walbertus, ad quem Arkæ, &
Poperinga pertinebat; hic cum plurimùm horum virorum con-
sortio gauderet, ac nominatim B. Bertini; filium nactus, eum S.
Bertino de fonte suscipiendum obtulit, qui & Bertinus inde est
appellatus. Meminit ejus, vita S. Bertini, hoc modo apud Surium: 5. Sept.
Fuit quidam spectabilis Comes Walbertus, cujus uxor Rogentrudis dice-

batur. Horum utrique à sacris confessionibus erat beatus Bertinus, immò verò etiam compater, ut vocant, ex laudabili Christianorum more, quo inter se fraterni amoris fœdera quadam ineunt. Vtrique vir Dei sæpè prædicabat verbum Dei; qua causa vir pius Walbertus crebro ad eum ventitabat, ut ex eo divina præcepta cognosceret, & post corporis, & sanguinis Dominici communionem, sacri oris ejus benedictione potiretur. Chronicon Bertinicum Iperii apud Locrium fol. 62: *Haugerieus vir Illustris, Major domûs Theodorici Regis Burgundorum, filii Hildeberti, filii Sigeberti ex Brunechilde, uxorem habuit Leodegundam; de quâ genuit sanctos, Pharonem Walbertum, Arnoldum, & sanctam Pharam. Sanctus Pharo, primò miles, indè Clericus, deindè Monachus in Resbaco, sub beato Agilo Abbate, cognato suo, filio Agnaoldi, fratris Haugerici prædicti, deinde Episcopus Meldensis est effectus. Sanctus Arnoldus frater ejus, à puero Monachus, & Luxovii sub Patre Columbano, posteà fit Episcopus in Lugduno Clavato. Sancta Phara ab infantia virginitatem Deo vovit, in manu sancti Eustatii, Luxoviensis Abbatis. Hæc in Sombris prope Wissantum, Monasteriolum ædificaverat; ubi aliquantisper Domino serviens, morabatur; sed inde ad Calam Monasterium transiit, ubi sub habitu regulari Domino fine tenus inservivit. Sanctus autem Walbertus successione paternâ Pontivensis, Ternensis, & Arkensis Comes, uxorem habuit sanctam Ragentrudam; de quâ filium genuit, quem B. Pater Bertinus de sacro fonte levans, Bertinum nominavit, & utrisque pater Confessionum, verbum vitæ sæpiùs proponebat. Quare Walbertus ad B. Bertinum sæpè veniebat audire verbum Dei, & benedictionem de ejus manu suscipere.*

Anno Christi 637. *Dagoberti Regis Austrasiæ XIII. totius Franciæ VI. Pipini Majoris domûs XX.* Honorius Papa obiit 3. id. Oct. vacat sedes ann. 1. menses 7. dies 18. ita *Onuphrius* ad annum 625. Hoc verò anno Severinus consecratus Kal. Iun. sed. ann. 1. menses 2. dies 4. *Idem Onuphrius.* At Baronius Honorium munere pontificali functum, scribit, usque ad annum 639. quod inquirere hujus non est loci. Dagobertus dum in cœno vitiorum volutatur, S. Amandus exul Wasconiam ferme totam ad fidem Christianam convertit, unde rectè adnotat Baronius, sed ad annum 632: *Cum totius pæne Galliæ Monarchiam Dagobertus Rex obtineret, nec aliquem haberet ex se filium, ut prolem accipere posset; illicita prorsus, atque nefanda tentavit, sed qui ex tenebris splendescere facit lumen suum, ex malis, Deus bonum elicuit, siquidem ejusmodi occasione fides Christiana apud Barbaros adhuc gentiles propagatur per S. Amandum.* Eo tempore. & S. Rictrudim fide Christiana, & bonis moribus institutam, à S. Amando, omnino credibile est, fortè & ejus consilio, Adalbaldo matrimonio junctam; ex his verbis Hugbaldi 12. Maij fol. 178.

Apud Sur. *Cum enim per id tempus Franci crebrò commearent in Vasconiam, Rictrudis puella bona indolis, ad nubiles jam perducta annos, conspicitur, amatur, atque appetitur, à Franco quodam Adalbaldo, præclaris & justis orto natalibus. cujus mater Gereberta filia fuit sancta Gertrudis, in Monasterio*

nasterio, quod Hamaticum dicunt, quiescentis, quod ipsa construxerat: fueratque is Adalbaldus à puero optimis institutus disciplinis, multisque pollebat opibus, & fundis, nec vulgarem gratiæ locum in regia aula obtinebat: dignus planè vir, qui Rictrudem haberet conjugem: cui etiam juxta morem desponsa, & matrimonii lege sociata fuit, licet quidam virginis cognati id molestè ferrent. Neque ineundi conjugii hujus causa fuit libido, aut incontinentia, sed amor charæ sobolis. Nec deerant utrique dotes animi, & corporis, quæ in sponso, sponsàve spectari solent. Ex M. S. Chronico Marchianensis Cœnobii, scripto ab Abbate Simone, hæc adfert Miræus in Orig. Cœnob. Belg. cap. 3: *Hairberto igitur, & filio ejus mortuo, omniaque acquisierant, ad Dagoberti imperium rediguntur: à quo tempore, usque in præsens, Wasconia, & Francia, duo scilicet regna, unum sunt facta. Dux igitur Adalbaldus in Wasconiam profectus, beatam Rictrudem alto sanguine ortam, vidit, dilexit, legitimam uxorem duxit, tum ad hos ultimos Galliæ fines adduxit. Fuit autem filius Ernoldi clarissimi, & fortissimi viri, cognomento Nobilis, de gente Getharum, cujus gesta militaria rithmicè composita, & ejus fratrum, adhuc decantantur in palatiis Regum, & theatris populorum. Eo tempore Adalbaldus Dux, & Erchenoldus frater ejus major natu, reædificaverant Duacum castrum, & infra castrum ædificaverunt Ecclesiam beatæ Dei genitricis Mariæ, quæ nunc dicitur S. Amati.* Apud Buselinum l. 2. c. 20. ex eodem Chronico Marchian. legitur: *In castro Duacensi, de turre Comitis, quæ quondam fuit domus B. Rictrudis.* &c.

Eodem hoc anno S. Arnulphus postquam annis quindecim rexisset Episcopium Metense, sive Mediomatricum, ut dictum anno 622. abdicato episcopatu, in eremum secessit, ubi triennio exacto est defunctus. Vide in Martyrologio Romano, 18. Iulii: *Metis in Galliis S. Arnulphi Episcopi, qui in sanctitate, & miraculorum gratiâ eremiticam vitam deligens, beato fine quievit.* Vitam ejus scripsit Paulus Warnefridus Diaconus Forojuliensis, qui quod in eremum successerit episcopatu relicto, rationem addit admirandam; quam & du Chesne adducit tom. 2. Histor. Franc. fol. 201: *Post hos (Arnoaldum, & Pappolum ex ordine Episcopos Metenses) ad regimen Ecclesiæ beatissimus Arnulphus ascitus est, vir per omnia lumine sanctitatis, & splendore generis clarus. Qui ex nobilissimo fortissimóque Francorum stemmate ortus, ita Dei Ecclesiæ præfuit, ut & Palatii moderator sub honore Major domatis existeret. Hic denique & in corpore permanens, simul & post vitæ exitum multa admiranda perpetravit, quæ si quis nosse desiderat, Libellum, qui de ejus specialiter actibus conscriptus est, legat. Unum tamen ejus admirabile factum referam, quod satis miratus sum, quo ordine prætierit, is, qui ejus contexuit vitam. Hic denique, cùm pœnitentiam pro aliquibus excessibus ageret, contigit, ut per Mosellæ fluminis pontem transiret. Cùmque subter fluentium aquarum profundos, nec visu penetrabiles gurgites cerneret, non dubiæ spei fiduciam mente gerens, extractum digito annulum in illam aquarum profunditatem projecit. Tunc, inquiens, me putabo culparum nexibus absolutum, quando istum, quem pro-*

jicio, recepero annulum. Post aliquot verò annos cùm ad Episcopatûs ascendisset officium, eî die quadam, piscator quidam, piscem attulit: quem ille sibi, quia carnibus abstinebat, ad refectionem vespertinam jussit praeparari. Cùmque eum, minister ejus officii, more solito exenteraffet, eundem annulum intra ipsius piscis intestinum repperit. Ille factum admiratus, sed rem nesciens, beato Arnulpho detulit. Quem, ille, ut vidit, statim cognovit, ac Deo omnipotenti, jam de remissione delictorum fidus, gratias retulit: ac deinceps non remissiùs vitam duxit, sed majori se potiùs abstinentiâ coartavit. Subjungit Paulus: *Hac ego non à qualibet mediocri persona didici, sed ipso totius veritatis assertore praecelso Rege Karolo referente cognovi: qui de ejusdem beati Arnulphi descendens prosapia, & in generationis linea trinepos extabat. Nam venerandus iste vir (ut ad superiora redeam) juventutis suae tempore, ex legitimi matrimonii copula duos filios procreavit, id est, Anschisum, & Chlodulfum.* Item: *Pluriores Anschiso, quàm reliquerat, divitiae accesserunt: & ita in eo paterna est conciliata benedictio, ut de ejus progenie tam strenui, fortesque viri nascerentur, ut non immeritò ad ejus prosapiam, Francorum translatum sit Regnum. Et ut hoc agnoscere possis, paucis adverte docebo. Anschisus genuit Pippinum, quo nihil unquam potuit esse audacius. Pipinus genuit Carolum, viris omninò fortissimis conferendum, qui inter caetera, & magna bella, quae gessit, ita praecipuè Saracenos detrivit, ut usque hodie gens illa truculenta & perfida Francorum arma formidet. Hic itaque genuit Pippinum, sapientiâ nihilominus, & fortitudine satis clarum: qui inter reliqua, quae patravit, Wascones jamdudum Francorum ditioni rebelles, cum Waifario suo Principe, facilitate mirâ debellavit, & subdidit. Hujus itaque filius magnus Rex Karolus extitit, qui Francorum Regnum, sicut nunquam antè fuerat, dilatavit.*

Anno Christi 638. *Dagoberti Regis Austrasiae XIV. totius Franciae VII. Pipini Majoris domûs XXI.* Severinus Papa obiit 4. Non. Aug. vac. sed. mens. 4. dies 22. Ioannes IV. consecratus Kal. Ianuar. ineunte anno, sed. ann. 1. menses 9. dies 18. *Onuph.* Chron. Fredegarii, ita de Dagoberto, du Chesne fol. 758. *Cum omnis justitiae,*
Tom. 1. *quàm priùs dilexerat, fuisset oblitus, cupiditatis instinctu super rebus Ecclesiarum, & leudium, sagaci desiderio vellet omnibus undique spoliis novos implere thesauros. Luxuria super modum deditus. Nam tres habebat maximè ad instar Reginas, & plurimas concubinas. Reginae verò hae fuerunt; Nanthildis, Vulfgundis, & Berthildis.* Item: *Cum leudes sui ejus nequitiam gemerent, hoc cernens Pippinus, cùm esset cautior cunctis, & consiliosus valde, plenissimus fide, ab omnibus dilectus pro justitiae amore, quâ Dagobertum consiliosè instruxerat, dum suo usus fuerat consilio; sibi tamen necquicquam oblitus justitiam, neque recedens à via bonitatis, cùm ad Dagobertum accederet, prudenter agebat in cunctis, & cautum se in omnibus ostendebat. Zelus Austrasiorum adversus eumdem vehementer suggerebat, ut etiam ipsum conarentur cum Dagoberto facere odiosum, ut potiùs interficeretur. Sed justitiae amor, & Dei timor, quem diligenter amplexerat, ipsum liberavit à malis.* Leudegisilus filius Sadregisili

dregisili Aquitaniæ Ducis, de quo supra anno 619, fit loco defuncti Sonnatii Archiepiscopus Rhemensis, authore & promotore Dagoberto. *Flad. Colven* L. 2. Hist. Rem. c. 6.

Anno Christi 639. Dagoberto Regis Austrasiæ XV. totius Franciæ VIII. Pipini Majoris domus XXII Chronicon Fredegarii Chesne 758. *Anno VIII regni sui, cùm Auster regio cultu circuiret, quandam puellam nomine Ragnetrudem, stratui suo adsciscit. de qua eo anno habuit filium nomine Sigebertum.* Idem fere Aimoinus l. 4. c. 20. Item author coætaneus vitæ Sigeberti Regis, Chesne fol. 592. de Dagoberto: Tom. 1. *Quamvis adeo deditus esset carnali commercio, nullam tamen spem propagandæ posteritatis habebat, ex nulla tot uxorum filio suscepto. Permaximè ergo dolebat quia se Dei offensam incurrisse sentiebat, præsertim quod ex regio patrum suorum semine nullum superesse sciebat præter se, & fratrem suum Charibertum. Qui Charibertus propter simplicitatem nimiam, minùs idoneus erat ad regni gubernaculum. Sed quamvis desperaret de prolis posteritate, non tamen desperans de Dei miseratione præcordialiter eum deprecabatur, ut sibi ex ejus nutu filius daretur, qui sibi in regimine Regni subrogaretur. Iustus & pius Dominus, qui hominum erratibus ad iram attrahitur, precibus etiam humilium ad misericordiam reducitur. Rex siquidem Dagobertus dum circuiret Austrasiam nono anno regni sui, puellam quandam Ragnetrudem nomine, vultus elegantiâ laudabilem, genere etiam inter Austrasios non ignobilem, cum regis cultus honore uxorem sibi junxit, quæ Deo ita volente eodem anno ei filium genuit, quem sacro fonte regeneratum Sigebertum nominavit.* Eo filio suscepto Dagobertus mox D. Amandum ab exilio revocavit, petiitque eum sacris undis ablueret, voluitque frater Aribertus Aquitaniæ Rex eum e fonte levaret; quare Aurelianos ad Ligerim est profectus, quò & Aribertus ex Aquitania, & S. Amandus ex Vasconia convenere, accidit que memorabile illud quod tradit Aimoinus. *Filium eo anno suscepit. Quem dum postmodum in Aurelianensi urbe, venerabilis vir Amandus Trajectensium episcopus juxta morem fide imprægnaret, assistente genitore, pariterque Ariberto Aquitaniæ Rege; finita oratione, & nullo è tanta exercitûs multitudine,* Amen *respondente, aperuit Dominus os pueri (qui non plusquam xxx. à nativitate expleverat dies) ac audientibus cunctis respondit* Amen. *Statim igitur S. Antistes eum regeneravit: quem Aribertus Rex de sacro fonte levavit. Magnus ex hoc stupor, cum exultatione, non tam Reges, quam universos replevit circumstantes.* Aimoinus L. 4. c. 20. Præpropere è vocat Aimoinus hoc loco, Amandum episcopum Trajectensem, ut & plerique alii; nam post baptisma Sigeberti, ei demum a Dagoberto traditum episcopatum Trajectensem, patet ex vita ejus, ab æquali conscripta, Chesne 646. *Interea Dagobertus Rex, amori mulierum plus quàm oportebat deditus, omnique spurcitiâ libidinis inflammatus, sobolem minimè videbatur habere. Sed tandem ad Domini confugit auxilium, deprecabaturque sedulò ut ei filium dare dignaretur, qui post eum Regni sui gubernaret sceptra. quod ita dante Deo factum est. Cùmque ei fuit nunciatum fuisset, quod ei Dominus filium dare dignatus*

esset

esset, magno mox repletus gaudio cogitare cœpit, cui ipsum puerum [illegible] deret, qui eum sacro baptismate regenerare deberet. Statim[illegible]e a[illegible] ministris, ut sanctum perquirerent Amandum. sa[illegible]aces intenti ne pra[illegible]. Nam dudum ipse Pontifex, dum pro capitalibus criminibus, [illegible] n[illegible] ex Sacerdotibus facere ausus est, ipsum redarguerer Regem, in furore [illegible] census, jubente eo, non absque injuria, de Regno ejus fuerat e[illegible]. Ipse vero remotiora perquirens loca. verbum Dei gentibus pradi[illegible] [illegible] à ministris tandem fuisset repertus, & ut ad Regem ire de[illegible] [illegible]tus, memorans [illegible]ud Apostoli praceptum „Potestatibus sub[illegible] se [illegible]b- „di debere, tandem pervenit ad Regem, qui in il[illegible] d[illegible]bus, in [illegible] a, [illegible]us vocabulum Clipiaco est, morabatur. Visoque Rex beatissimo Amando, magno repletus est gaudio, prostratusque beati viri pedibus, deprecabatur, ut tanto sceleri, quod in eum perpetraverat, veniam largiri di[illegible]naretur. Sed ille, ut erat mitissimus, atque supra modum patiens, citiùs eum elevavit à terra, facinusque in se perpetratum clementissimè indulsit. Tunc Rex „ad sanctum ait Amandum: Pœnitet me valde quod stultè adversus te „egerim. Precor igitur ne memineris injuria, quam tibi irrogavi, atque „pre[illegible]s mea quam summoperè postulo, ne dedigneris annuere. Dedit mi[illegible] „Dominus filium, non meis pracedentibus meritis, precorque, ut eum sacro „digneris, abluere baptismate, atque in filium tibi spiritalem suscipere. Quod vir Domini vehementer renuens, scilicet, sciens esse scriptum, militantem Deo, non oportere implicari secularibus negociis, & quietum, atque remotum, Palatia non debere frequentare regis, è conspectu Regis ab[illegible]ssit. Statim igitur Rex misit ad eum virum illustrem Dadonem, atque cum eo venerabilem virum Eligium, qui tunc in palatio Regis sub se[illegible]lari degebant habitu: quos tamen postea egregios Sacerdotes, atque pla[illegible]claros in meritis, signis quoque, atque [illegible]rtutibus fuisse plurimis, compertum est. Hi verò humiliter virum Dei petierunt, ut precibus Regis [illegible]ar[illegible] assensum, atque filium ipsius sacro dignaretur diluere fonte, & ut eum en[illegible]trire atque lege imbuere divinâ quantociùs assentiret. Dicentes quod hoc vir Dei non renueret, per hanc familiaritatem liberiùs in Regno [illegible] suis, vel ubicumque eligeret, haberet licentiam pradicandi: seu nati[illegible] quamplures per hanc gratiam se posse conquirere fatebantur. Tan[illegible]em [illegible]tigatus precibus amborum, facturum se esse promisit. Audiens autem Rex, quod precibus suis sanctus non renueret Amandus, statim ip[illegible]um puerum afferri pracepit, qui fatebatur non plus à nativitate habere, quam d[illegible]s circiter quadraginta. Accepit igitur vir sanctus manibus puerum, & benedicens eum, cathechumenum fecit. Cùmque finitâ oratione, nemo ex circumstante multitudine respondisset, Amen*: aperuit Dominus os pueri, atque audientibus cunctis clara voce respondit,* Amen. *Statimque eum regenerans sacro baptismate, impositoque nomine Sigeberto, Regem, atque omnem ejus exercitum, sanctus Amandus magno replevit gaudio. His ita gestis, adveniente obitus sui die Trajectensium Episcopus feliciter migravit ad Dominum. Rex igitur hujus viri venerabilis compertens o[illegible]tum, sanctum accersiri fecit Amandum: congregataque multitudine Sacerdotum, populique turbâ non modicâ, ad regendam Tra[illegible]ectensium Ecclesiam eum praposuit.*

S[illegible]

Sic & in vita S. Romacli, per Notgerum scripta: *Per idem fermè tempus beatus Ioannes Tungrensium, vel Trajectensium Ecclesiam feliciter gubernans, hominem exuit. Porrò inclytus Rex Dagabertus, qui patri Clatario in Monarchia successit, beatum Amandum, qui ad prædicandum, ut tum moris erat, factus fuerat Episcopus, ad se accersierat; & quia cum injuria eum expulerat, ab illo ob quædam facinora reprehensus, nitebatur arctiùs illum devincire sibi, per Sigeberti filii sui baptismum, atque in Trajectensi eum cathedra collocare. Et ille quidem vir sanctus per triennium vicos, & castra perlustrans, verbum vitæ disseminavit; sed nihil se proficere cernens, ad loca alia, ut priùs fecerat, sese prædicandi causâ contulit.*

Anno Christi 640. *Dagaberti Regis Austrasiæ XVI. totius Franciæ IX. Pipini Majoris domûs XXIII.* Ioannes IV. Papa obiit id. Oct. vacat sedes mens. 1. dies 13. Theodorus consecratus 6. Kal. Decemb. sed. ann. 6. mens. 5. dies 19. *Onuph.* Fredegarius, Chesne fol. 759. Cap. 67. *Anno IX. regni Dagoberti, Charibertus Rex moritur, relinquens filium parvulum, nomine Chilpericum, qui nec post moram defunctus est. Fertur factione Dagaberti fuisse interfectus. Omne Regnum Chariberti una cum Wasconia Dagobertus protinus suæ ditioni redegit.* Idem ferè Aimoinus. L.4.c.23. Sub hoc tempus Walbertus Comes Arkensis, Ternensis, Pontivensis, & Poperinganus, defunctâ uxore Ragentrude, se cum prole sua quadrima, atque omnia fermè sua bona S. Bertino obtulit. Pergit enim chronicon Bertinicum, post citatum locum ann. 636: *Walbertus magnam hæreditatis suæ partem, Deo, & beato obtulit Bertino; Arkensem videlicet villam, & Comitatum, cum omnibus appendiciis ejus; & seculo renuntians, hîc primum, sub B. Bertino, dein in Luxovio Monachus est effectus, sub B. Eustasio. Post quem ipse Walbertus, immediatè est in Abbatem assumptus; & demùm; ut aliqui referunt, post B. Pharonem fratrem suum, est Meldensis Episcopus sublimatus. Filius verò ejus S. Bertinus hîc in Sithiu monasterio, sub B. Patre Bertino professus, religiosam vitam sancto fine concludens, ad Dominum gloriosè migravit.* Fol. 124. Circa hoc tempus munificentiâ Dagoberti Pauliacense cœnobium, & Gemmeticense, originem habuit, fuitque Pauliacensis prima Abbatissa postea S. Austreberta, de quibus sic in vita ejus ab æquali conscripta apud Sur. fol. 96: 10. Febr. *Dagabertus gloriosus Princeps,* &c. *regni Francorum suscepit habenas, cujus tempore, velut palma, in Galliis sancta mater restaruit Ecclesia, diversis sanctorum sacerdotum, monachorumque virtutibus adornata, ac Deo dicatarum virginum,* &c. Ibidem fol. eod: *Inter quos, velut sidus cæteris micantius; vir Domini Philibertus, monachorum egregius pastor, cœnobiorum nobilis fundator, in saltu Gemmiticensi, ex prædicti regis Dagoberti largitione, monasterium à primo lapide fundavit, construxit, ac Deo famulantium monachorum nobili congregatione ornavit. Qua etiam tempestate, ejus bonitatis famâ succrescente, largitione cujusdam illustris viri, nomine Amalberti, in fundo, qui Pauliacus nuncupatur, aliud cœnobium struxit, distans à præfato Gemmiticensi, milliarib. fermè decem, ubi ancillarum Dei haud*

*parvam congregationem adunavit. Erat eodem tempore in palatio sape-
dicti principis Dagoberti, vir honestate vita valdè venerabilis, mori-
bus honestus, sapientiâ clarus, consilio providus, priorum regum ex pro-
sapia oriundus, officio etiam, ut fertur, Comes Palatinus, nomine Bade-
fridus. Hic accepit uxorem Alemannorum Regis ex prosapia, nomine Fra-
mehildem. Ex his in Teruanensi territorio exorta puellarum gloria, à
parentibus* &c. *vocitatur Austreberta, qua diligenti curâ genitorum ali-
tur, ac magistris strenuis inbuenda traditur, &c.* Auctor vitæ S. Gisle-
9. Oct. ni apud Surium, 134. *Per id tempus Brachbantus (sic enim author Bra-
bantiam nominat) Dagoberto Regi jucundas exhibebat venationes. Ejus
canes quandoque immanem insectantes ursam, coëgerunt eam fuga sibi con-
sulere. Venit igitur ad beatum eremicolam Gislenum, & sub ejus tunica,
quam propter laborem ad arboris ramum suspenderat, tanquam defensio-
nem expetens, sese defessa reponit, & nihil jam reformidans, secura quies-
cit. Stant procul canes, nec latratus edunt ullos, sed caudarum molli agi-
tatione blandiri videntur. Eare commoti venatores, ministri Regis, con-
tumeliosè, & impiè proscindunt virum Dei, & discipulos ejus, aiuntque
eos magicis imbutos artibus, dignos qui Regis judicio pœnas luant. O miram
rerum commutationem! Fera bellua quodam humanitatis sensu affecta vi-
detur, & homines in belluas transisse. At vir mitissimus Gislenus nil ea
verborum petulantiâ permotus: Ego, inquit, superni Regis fultus præsidio,
Regis terreni minas non pertimesco. Interea Dagobertus Rex venit cum
familiaribus suis, audiensque quid accidisset, ait ad virum Dei: Quis es
tu, aut undè, qui canes nostros nescio qua arte debilitare ausus est? Re-
spondit ille: Ego natione Graecus sum, patria Atheniensis, nomine Gisle-
nus, religione fidelis Christianus. Nec noceo cuiquam malis artibus, nec
quicquam alienæ rei concupisco: solum autem Deum diligo, cujus, licet in-
dignus, sacerdos sum. Tum Rex animadvertens esse eum virum sanctum
ac planè Angelicum, relictâ ferâ, & à sancto sacerdote acceptâ benedi-
ctione, abiit cum suis, laudans Deum, qui est mirabilis in sanctis suis.*
Eodem loco inquit idem author: *In beatorum Petri & Pauli Apo-
stolorum honorem, templum ædificat, cellam apostolorum illud vocans, in
ea vero cella ipse porro secum habitavit,* &c. *in cilicio, & cinere &c.*
Sigeberti chronicon ann. 640: *S. Arnulphus ex Majore domûs, Met-
tensium Episcopus, & ex Episcopo solitarius obdormiit in Domino. Clo-
dulphus filius ejus post Mettensis Episcopus sanctitatem patris imitatur.*
Priùs videlicet in aula, deinde in Episcopatu. In vita S. Trudonis
Clodulphus *tertio loco* dicitur *S. Arnulphi Episcopatûs successor*, post
Cap. 12. Goericum videlicet, quem claruisse scribit Sigebertus anno 638,
& Dodonem, quem Chenu duobus tantum mensibus ait in ar-
18. Iulii. chiepiscopatu resedisse. Vide anno 644. Lapsus est Miræus, qui
in fastis Belgii de S. Arnulpho scribit: *Anno 640. obdormiit in Do-
mino, succedit filius ejus S. Clodulphus.* Nam ut supra scriptum, ter-
tius tantum fuit successor. V. plura ad annum 650. Eminet san-
ctitate Besiliæ, vicinisque locis, S. Landrada, vix octodecim an-
norum puella, de qua Theodoricus Abbas, 8. Iulii Sur. fol. 139.

spretis

spretis omnibus, & unius cellulæ clausa angustiis, paradisi perfruebatur latitudine, eodem solo orans & recubans, eademque angustiâ. sicco pane, & aquâ, magis provocans, quàm restringens esuriem. Inter hujusmodi virtutes, & infirmi hujus corporis castigationem, castitatem si prædicem, ut superfluus reprehendar. Balneas ignoravit, mollia strata, etiam febre cum æstuaret, abhorruit. Eodem tempore obiit S. Emebertus, aut Ablebertus, (malè apud Surium 13. Dec. Albertus) Landroaldi successor in Episcopatu Cameracensi, & Atrebatensi, ut scribit Molanus, ex Calendario Malbodiensi, decima quinta die Ianuarii, succedit ei Aubertus, de quibus ita chronicon Balderici fol. 34. *Fuit autem huic, Ableberto, ut ferunt, prædium, quod Martinas dicitur, familiis quidem, & rebus circumfluis locupletissimum, de quo Dei genitricis Ecclesiam hæredem fecerat, sed nescimus qua causa, nisi infestatione paganorum, amiserit. Hic superveniente die suæ vocationis, in eodem pago. villa videlicet, quam loci habitatores, Ham dicunt, defunctus, migravit à mundo, illicque sepultus. Deinde ad Martinas deportatus: postea verò ad Malbodium translatus, ibique nunc quiescens, resurrectionis diem expectat.* Et cap. 17. *Post hunc, in sede pontificali, beatus successit Autbertus, vir egregius, & vita merito conspicuus, temporibus Dagoberti Regis Francorum. Qui pro familiaris amicitia gratia, qua eum singulariter amabat, fratribus, qui in ecclesia beatæ Mariæ famulabantur, ubi vir Dei pontificalis cathedræ fungebatur officio, unum regalis munificentiæ fiscum donavit, quem Oneng ab antiquo dicebant.* De S. Auberto ita ex veteri M S. Gallico D. Claudii despretz, 1. v. Colvenerius in notis fol 404. *S. Autbertus natus in Cameracesio, in pago, cui nomen Haucourt, prope Esnam, professione fuit religiosus S. Benedicti, educatus in monasteria Luxoviensi, in Burgundia; ex quo fuit evocatus à Dagoberto primo, ad ecclesiæ Cameracensis, & Atrebatensis administrationem, vacantis per mortem S. Emeberti, qui obiit die 15. Ianuarii, anno* 640. Coccius in Dagoberto scribit hoc etiam tempore datum à Dagoberto, S. Amando episcopatum Argentinensem, seu Argentoratensem, vulgò *Straesburgh.* Bruschius quoque in catalogo Episcoporum Argentinensium, S. Amandum primum ejus urbis episcopum statuit, his verbis: *Episcopatus Argentinensis constitutus, ac fundatus est à potentissimo Gallorum Rege Dagoberto, qui & Spirensem, Wormatiensem, ac Maguntinum,* &c. *locupletavit* &c. *Primus S. Amandus, in Aquitania, ex honestissima familia, patre Herrano, matre Amantia natus, Vltrajectinæ Ecclesiæ episcopus, evocatus ex Vltrajecto, Argentinensi episcopatui præficitur, à Rege Gallorum Dagoberto.* Malè hic Vltrajectum ponitur pro Trajecto superiore ad Mosam, vulgò *Maestricht,* sic & Meyerus erravit, apud quem legitur: *Anno DCXXXIII. Amandus Elnonensis, decus eo tempore religionis, creatur episcopus Tungrorum, quibus tum sedes episcopatûs erat Trajectum, quod veteres Vtricensium nominaverunt.* Pro Vtrecht, olim *Outtrecht*, vetus Trajectum. V. l. 2. prod. cap. 9. fol. 223. Nauclerus volum. 2. generat. xxj: *Idem Rex* (Dagobertus) *S. Amandum in Trajecto fecit, Episcopum, quem tamen paulò* Cap. 14.

post, amore ductus revocavit, & Episcopum in Ecclesia Argentinensi constitui fecit. Miræus in chronico Belgico ad annum 641 : *Alii,* inquit, *alium à nostro Amando Argentoratensem fuisse existimant.* Quidquid sit ejus, virum planè apostolicum, Argentorati pauco tempore fuisse, ut & Trajecti, è sequentibus apparet. Nascitur hoc tempore Adalbaldo, & Rictrudi, Mauronus. Hucbaldus in vita S. Rictrudis, apud Sur. fol. 180. *Maurontus patrem spiritualem habuit S. Richarium, qui per sacrum baptisma eum Christo regeneravit.* S. Remaclus hoc anno Solemniaco vocatur ad palatium Dagoberti. Notgerus in ejus vita, Chesne 643 : *Longè latéque sparsa est fama sanctitatis vitæ ejus, & ad ipsos etiam Aulæ proceres pervenit. In Aula Regis promulgatur, tantum virum Regis præsentiæ deesse non debere, ut ejus prudentiâ Regni negocia disponantur, cujus tam illustria meritorum insignia cernerentur. Evocatur ergo, ut par erat, honorificè, atque in Regis palatium introducitur, magno deinceps omnibus solatio futurus.* Totâ Galliâ multa monasteria, à variis Episcopis, & viris Apostolicis extructa sunt, præsertim cum ex Anglia, nuper ad fidem Catholicam planè reducta, tam juvenes plurimi nobiles, quam puellæ
L.3.c.8. ad monasteria affluerent, de quo sic Beda: *Anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo quadragesimo, Eadbaldus Rex Cantuariorum, transiens ex hac vita, Earconberto filio regni gubernacula reliquit. Quæ ille suscepta, viginti quatuor annis, & aliquot mensibus nobilissimè tenuit. Hic primus Regum Anglorum in toto regno suo idola relinqui ac destrui, simul, & jejunium quadraginta dierum observari, principali autoritate præcepit. Quæ ne facilè à quopiam posset contemni, in transgressores, dignas & competentes punitiones proposuit. Cujus filia Earcongota, ut condigna parenti soboles, magnarum fuit virgo virtutum, semper serviens Deo in monasterio, quod in regione Francorum constructum est ab Abbatissa nobilissima, vocabulo Fara, in loco qui dicitur in Brige: Nam eo tempore, necdum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, multi de Britannia, monasticæ conversationis gratiâ, Francorum, vel Galliarum monasteria adire solebant: sed & filias suas eisdem erudiendas, ac sponso cœlesti copulandas mittebant. Maximè in Brige, & in Cale, & in Andilegum monasterio. Inter quas erat Saethryth, filia uxoris Annæ, Regis Orientalium Anglorum, (cujus suprà meminimus,) & filia naturalis ejusdem Regis Æthilberg, quæ utraque cùm esset peregrina, quæ merito virtutum, ejusdem monasterii Brigensis est Abbatissa instituta.* Brige monasterium constructum à Dadone, seu Oudoeno. Sigebertus anno 637: *S. Dado cœnobium intra Brigensem saltem construxit quod Resbacis dicitur, in quo S. Agilum primum Abbatem præfecit.* De Kala vide vitam S. Bertiliæ, Kalensis Abbatissæ, t. 1. Chesne 669. Pergit & in cœnobiorum ædificatione S. Eligius, teste Oudoeno, his verbis: Chesne 630 : *Isto igitur cœnobio* (Solemniacensi) *in omni opere perfecto, omnique ex parte cum solertia stabilito, cogitabat Parisius in urbe fabricare Xenodochium. Sed excellentiore consilio Deo inspirante concepto, cœpit in domum suam, quam in eadem urbe ex munere Regis perceperat,*

ceperat, Virginum Christi ædificare domicilium. In quo opere diu multumque instantissimè desudans, dignum tandem sanctarum Virginum construxit Archisterium. Ubi districtam Regulæ constituens disciplinam, usque ad trecentarum numerum puellarum ex diversis gentibus, tam ex ancillis suis, quàm ex nobilibus Franciæ matronis, congregavit. Quibus & Abbatissam dignam Deo puellam, nomine Auream, filiam scilicet Maurini, & Quiriæ constituit. Terra etiam reditus copiosos delegavit, atque ex integro omne suum illic studium convertit. Cuncto opere Monasterii peracto, atque omnibus ædificiis ancillarum Dei expletis, ædificavit postremò Basilicam in honore sancti Apostoli Pauli, ad ancillarum Dei corpora sepelienda; cujus tecta sublimia operuit plumbo, cum elegantia. Qua in Basilica beatus quoque Quintilianus jacet Abba humatus. Ædificavit etiam, immòque renovavit Basilicam in honore sancti Martialis Lemovicini Pontificis, & Confessoris. Qua utique urbanè stabilitâ, plumbo ejus cooperuit tecta. Horum meminit & Ionas in vita S. Eustatii, quam scripsit, Eligio jam Episcopo; ubi sic legitur apud Sur. 29 Martii fol. 281: *Vir illustris Eligius nomine, qui modo Veromandensis Ecclesiæ Pontifex præest, juxta Lemovicensem urbem, monasterium nobile Solemniacum nomine construxit, super fluvium Vincennam, distans à supradicta urbe millibus quatuor: & alia multa in iisdem locis cœnobia. Sed in civitate Parisiensi puellarum monasterium, quod de regio munere susceperat, adificat: in quo Christi virginem Auream præfecit.*

Anno Christi 641. Dagoberti Regis Austrasiæ XVII. totius Franciæ X. Pipini Majoris domûs XXIV Heraclius Imp. obiit... Maij. Imp. Cæs. Heraclius Constantinus imperavit mens. 4. dies... Eodem anno Constantinus Imp. mortuus est. Imp. Cæs. Heracleonas imperavit mens. 2. dies... Eodem anno Octob. Heracleonas Imp. coactus abdicavit. Imp. Cæs. Heraclius Constans imperat ann. 26. menses 8 dies... *Onuphr.* Fredegarius: *Anno X.* Chesne 762. *regni Dagoberti, cum ei nunciatum fuisset, exercitum Vuinidorum Thoringiam fuisse ingressum, cum exercitu de regno Austrasiorum de Mettis urbe promovens, transitâ Ardennâ, Magonciam, magno cum exercitu adgreditur, disponens Renum transire, scaram de electis viris, & fortibus de Neuster, & Burgundia, cum Ducibus, & Grafionibus secum habens. Saxones missas ad Dagobertum dirigunt, petentes ut eis tributa, quæ fisci ditionibus dissolvebant, indulgeret. Ipsi verò eorum studio, & utilitate Wuinidis resistendum spondent, & Francorum limitem de illis partibus custodire promittunt.* Sequitur ibidem de Saxonibus: *Quingentas vaccas inferendales annis singulis, à Chlotario seniore censiti, reddebant, quod à Dagoberto cassatum est.* Hoc anno rursus Dagobertus benefacit ecclesiæ S. Dionysii, edito diplomate, cui & S. Eligius, & Dado subscripsêre. Arch. S. Dionys. *DAGOBERTUS REX FRANCORUM VIR ILLUSTER. OMNIBUS EPISCOPIS, ABBATIBUS, DUCIBUS, COMITIBUS,* &c. *Dagobertus Rex subscripsit, &c. Eligius* &c. *Dado abtulit*, &c. *Data 4. Kal. Aug. anno X. regni nostri, Parisius in Dei nomine feliciter, Amen.* Ibidem & aliud est, initio, ut supra, Fol. 659.

 hoc

Fol. 661. hoc verò fine: *Datum anno decimo regni domini Dagoberti gloriosissimi Francorum Regis. Dado regia dignitatis Cancellarius, recognovit, legit & relegit.* Ad S. Aubertum, Cameracensem nunc Episcopum, redit pœnitens Landelinus, qui cum ab eo: *In primaeva aetate literis, & moribus sacris imbutus fuisset, à manu praedatoria liberatus, pii*
L.2.c.37. *magistri profugium petiit.* Vt pluribus notat Baldericus in chronico Cameracensi. Hoc tempore *S. Amandus in parochia Tungrensi verbum vitae populis praedicans, coenobium in honore B. Apostoli aedificavit, ac dedicavit, quod monasterium super Sambram nominavit, in quo requiescit corpus gloriosi Confessoris Fredegandi Abbatis, cujus festum agitur 16. Kal. Aug. Requiescit in eodem venerabilis Abbatissa, B. Itta, forma, & genere nobilis &c.* Vt habet Ægidius in gestis pontificum
T.1.Fol. Leodiensium, ad vitam S. Amandi ab Harigero conscriptam; cœ-
75.c.41. nobium id vulgò Moustier dicitur, estque 10. Canonicorum,
Fol.133. Canonicarum 17. ut notat Miræus in Chronico Belgico, & fastis.
Fol.80. Sub idem tempus S. Gillenus post conditam cellam Apostolorum, cum eremum incolit, venando ad eum defertur è Brachbanto Dagobertus Rex, ut est in vita ejus, fol. 134. Sur 9. Octob.

Anno 642. Dagoberti Regis Austrasiae XVIII. totius Franciae XI. Pipini Majoris domûs XXV. Sigeberti Regis Austrasiae I. Fredegarius:
Cap.75. Chesne fol. 762. *Anno XI. regni Dagoberti, cùm Vuinidi jussu Samonis fortiter saevirent, & saepè transcenso eorum limite Regnum Francorum vastando, Thoringiam, & reliquos pagos ingrederentur; Dagobertus Mettis urbem veniens, cum consilio Pontificum, seu & Procerum, omnibusque Primatibus Regni sui consentientibus, Sigebertum filium suum in Auster Regnum sublimavit, sedemque Mettis civitatem habere permisit. Hunibertum, Coloniae urbis Pontificem, & Adalgiselum Ducem Palatii, ad Regnum gubernandum instituit. Thesaurum, quod sufficeret, filio tradens, condignè (ut decuit) eum hujus culmine sublimavit, & quodcumque eidem largitus fuerat, sigillatim praeceptionibus roborandum decrevit. Deinceps Austrasii eorum studio limitem, & Regnum Francorum contra Vuinidos utiliter defensare noscuntur.* Aim. lib. 4. c. 26. eodem anno: *Dagobertus,* inquit, *filium suum Sigebertum Austrasiae praeposuit, ut fungeretur rectoris munere, cum regni honore, tutores duos filio delegavit, Chunibertum, Campaniae praesulem* (l. Coloniae) *& Adelgisum, Palatii rectorem,* quem & Ansigisum, & Anchisum, & Adalgiselum nominarunt. A Sigeberto Rege, & proceribus Austrasiæ hoc anno substitutus est Episcopus Trajectensis S. Remaclus, in locum S. Amandi, qui prædicationis causâ malebat provincias perlustrare. Notgerus in vita S. Remacli, Chesne fol. 643. *Incompertum verò est quanto tempore plebs Trajectensis, tum sine Pastore permanserit, donec Sigebertum pater Regem Austrasianis dedit, & in Mediomatricum urbe sedem habere voluit. Ei verò Trajectenses ex communi Sacerdotum electione, magnatum multâ frequentiâ, & omnium ordinum postulatione, ejusmodi preces offerunt. Neminem ipsis, nisi beatum Remaclum Episcopum, praefici debere. Quod eis Rex annuit.* Ita tamen ut Episcopatûs

Trajectensis

Trajectensis titulum, S. Amandus conservarit, ad annum usque 650. ut eo anno ostendetur, Remaclus vice ejus episcopali munere fungeretur. Referendum itaque ad hunc annum, quod apud Sigebertum legitur anno 638. quo nondum erat Episcopus: *S. Amandus Tungrensis Episcopus, episcopatu posthabito, verbi instat officio.* Priusquam Trajecto rediit in Flandriam S. Amandus profectus procul dubio Capræmontem, ubi degebat Ansigisus, & Begga; item Landam palatium Pipini, ubi Itta ejus conjux sanctissimè vivebat, cum filia Gertrude. De Capræmonte, Ansigisi, & Beggæ habitaculo, ita in vita ejus apud Geldolphum Ryquelium: *Locus Regia sedis tunc fortè habebatur Capræmons, jam ab antecedentibus Regibus, muris castelli circumdatus, sed ab ipso generoso Duce, ac conjuge illius facundissima Begga, palatiis aulicis constructus, feris & portis munitus, solemniter decoratus, atque perfectus est.* De Landa vide quæ dicta ad annum 619. Sed & Montem litoris, circa quem Pipinus, & Itta, plurima bona possedêre, invisisse S. Amandum, ibique cellam construxisse, docemur è diplomate Hilzontis Comitissæ de Stryen, quod recitat Miræus in Not. Eccles. Belgii, è tabulis Ecclesiæ Thorensis anni 992. hoc initio: *EGO HILZONDIS COMITISSA TERRÆ DE STRYEN, sequi cupiens eum, qui est sponsus virginum, de consilio domini mei Ansfredi, Ecclesiam construxi in alodio meo de Thorne,* &c. *Attuli ad dictam Ecclesiam,* &c. *Montem littoris, ubi beatissima Gertrudis corporaliter conversata est, & cellam habet, à S. Amando consecratam, &c.* Hodie Mons, seu Berga S. Gertrudis appellatur, in confinibus Brabantiæ, atque Hollandiæ sita. Potuit & hinc S. Amandus profectus fuisse Vltrajectum, ubi hoc anno Dagobertus legitur ecclesiam S. Thomæ construi jussisse, de qua sic Beka in chronico Vltrajectino fol. 4. *Dagobertus rex Orientalis Franciæ, totam Hollandiam suæ ditioni transponens, castrum excellentis fabricæ reædificari fecit: quod latinâ linguâ Trajectum nuncupari jussit. Nam & omnis negotiatio mercatoria trajiciebatur per telonium castellani Trajectensis, quæ per Rhenum vehebatur, ex fluvio sasi maris: infra cujus emunitatem primordialis Ecclesia constructa fuit in honorem S. Thomæ venerabilis Apostoli, in quâ sancti Sacerdotes plurimos labores expleverunt pro conversione Fresingensis populi. Sed labor hic omnino supervacuus erat, quum praduræ cervicis Fresones fidem Catholicam à suis finibus exterminare cupientes, dilapidaverunt prima fundationis Ecclesiam, & exinde diris incursionibus totam infestaverunt Hollandiam.* Videlicet usque ad tempora S. Willebrordi, de quo v. ad annum 695. Bochelius in hunc Bekæ locum: *Annum*, inquit, *constructæ ecclesiæ paraphrasis Teutonica habet DCXLII.* Eam paraphrasim, qui videre desiderat, reperiet apud Matthiam van Hove l. 7. fol. 231. ad annum 642. Heda quoque cap. 5. apertè tradit Dagobertum primordia dedisse ecclesiæ Trajectensi, apud quem hac de re vide plura. Eodem tempore S. Amandum Antuerpiam quoque venisse, atque in burgo construxisse ecclesiam, notat Miræus in chronico

Fol. 99.

nico Belgico ad annum 641. fol. 133. Convircitur id ex dupli-ci diplomate Rohingi Marchionis Antuerpiensis, atque uxoris Bebelinæ, ex archivis Abbatiæ Willebrordianæ apud Epternacenses, quorum alterius hoc initium est: *EGO IN DEI NOMINE ROHINGUS, ET CONIUX MEA BEBELINA, donamus Apostolico domino, & Patri nostra Willebrorda Episcopo, donatumque in perpetuum esse volumus,* hoc est, *Ecclesiam, quæ constructa est infra castrum Antuerpis, super fluvium Scalde, quam dominus Amandus Pontifex in honore SS. Petri, & Pauli Apostolorum principum, vel caeterorum sanctorum construxit.* V. plura ad ann. 725. Alterius diplomatis initium idem fermè quale præcedens. Antuerpiâ procul dubio Amandus Gandavum tum temporis venit, item Gandavo Tornacum, inde Marchianas, & Duacum, ubi de sacro fonte levavit Clotzendim filiam S. Rictrudis, unde sic Hucbaldus in vita ejus, Sur. *Clotzendim egregius Pontifex Amandus, & sacris manibus è fonte salutari suscepit, & in omnibus Deo dignam reddidit.* Vt dubium non sit, quin & ejus educationi S. Amandus advigilarit. S. Gislenus postquam cellam condidisset, sive oratorium in honorem SS. Apostolorum, quorum monitu venerat in Galliam, illud in monasterium evasit, quod S. Aubertus Cameracensium Pontifex *Accersito secum B. Amando, cum magna circumfusa plebis exaltatione, in honorem Apostolorum SS. Petri & Pauli consecravit,* ut est in vita S. Auberti 13. Decemb. Sur. authore Fulberto. Hujus anni diploma est in arch. S. Dionysii, hoc capite: *DAGOBERTUS REX FRANCORUM VIR ILLUSTER, Mummolo Præfecto, Gondoeno, Werpeno, Drucluualdo, Audino, Charimundo, & Chariulpho Comitibus, &c.* Et calce: *Dagobertus Rex subscripsit. Dado referendarius obtulit. Datum Clipiaco palatio anno XI. regni nostri in Dei nomine feliciter, AMEN.* Charimundum hunc Comitem fuisse Flandrensem, docebit nos aliud diploma Clodovæi II. ad annum 646. Profectus fuerit cum S. Amando Duacum, & Parisios pro viro Apostolico; factumque ut Dagobertus sancto Amando eodem anno fundum dederit, ad ædificandum monasterium, quod nunc dicitur S. Amandi, ad fluvios Scarpum, & Elnonem, de quo hoc exstat diploma: *DAGOBERTUS DIVINA ORDINANTE CLEMENTIA REX. Tam præsentium, quàm futurorum solertiam scire volumus, quòd venerabilis vir Amandus Episcopus, qui per gratiam Dei filium nostrum Sigebertum baptizavit, jam quibusdam ecclesiis, seu monasteriis, ad augmentum divini cultûs, constructis, ac benè dispositis, Excellentiam nostram adierit, & ut non deficiens Dominicæ vineæ cultor, confidens autem de nostra largitatis beneficio, locum situm inter duas fluvias, Scarp, & Elnonem, à nostra liberalitate sibi concedi humiliter petierit. Nos igitur locum, quem petierat, cum utraque aqua, & silva circumquaque succrescente, pronâ animi devotione concessimus, & concessianem nostram ratâ legum sanctione stabilivimus. Datum Kalendis Maij, indictione II. anno XI. regni domini Dagoberti. Actum Parisius civitate feliciter. Amen. Gerardus Notarius, ad vicem Dadanus Cancellarii,*

Cod. Donat. c. 6.

12. Maij.

Fol. 661.

Miræus Not. Eccl. cap. 4.

tellarii, recognovit. Malè Miræus id existimavit esse anni 639. Hoc anno, inquit vetus munumentum Claudii Despretz in notis Colvenerii, ad Baldericum, fol. 404 : *S. Aubertus Cameracensis Episcopus, consecratus fuit in Ecclesia Remensi, per Leudegiselum Archiepiscopum, præsentibus S. Aichario Noviomensi, & Attila Laudunensi, Episcopis, & aliis, die 21. Martii 642. anno Theodori Papæ II. & depositionis sanctissimi Benedicti, ut historia loquitur, centesimo.* Haud multo post S. Walditrudi sacrum velamen imponit, de quo sic Hucbaldus in vita S. Aldegundis, apud Sur. fol. 555. *Beata Waldetrudis, ob amorem sanctæ religionis, à viro suo pari consensu jam sejuncta fuerat: illoque religiosè in monasterio, quod dicitur Altus mons, conversante: ipsa monasterium sanctimonialium, consilio venerabilis Gisleni, in monte, qui vocabatur Castrorum locus, ædificaverat: ibique cum ancillis Dei aliis, supernâ contemplatione dulciter animum pascebat. Susceperat autem sacrum velamen, habitum religionis, de manu beati Autberti, Atrebatensis, & Cameracensis Ecclesiæ Episcopi: qui tunc inter alios sacerdotes Dei, eo tempore florentes, ovili Dominico non segniter invigilabat. Igitur ex inspiratione divina, famula Dei Waldetrudis, memor suæ charissimæ sororis Aldegundis, & valdè metuens, ne vinculo carnalis alligaretur amoris, & exoptans toto desiderio secum illam habere sociam in habitu sanctæ conversationis, & curam adhibere sororibus illius congregationis, misit literas matri, postulans cum obsecratione, sororem sibi destinari, secum aliquamdiu illam dicens velle demorari: non parum consolationis ex illius præsentia videri sibi conferri: quando matri placeret, statim eam se remissuram. Annuit mater, filiam dirigit: & quibus erat una mens Domino serviendi, fit etiam una domus opportunè simul habitandi.* Eodem tempore Aldegundis etiam bonis moribus, & Christi doctrina instruebatur à S. Gisleno. Ibidem cap. 1. fol. 554. *Gislenus ab Athenis adveniens peregrinus in Galliam, & alii plures in Ecclesia, tanquam in cælo luminaria, partes orbis occidentales irradiabant, & multos tam prædicatione, quàm exemplo vitæ, in viam salutis deducebant. Puella verò Aldegundis, parentum curâ diligenter enutrita, divinâ gratiâ procurante, sacris literis imbuta est: quarum scientiâ valdè proficiens, ac dogmata Christianæ religionis animo complectens, amore cælestis sponsi jam ipsis puellaribus annis vehementer flagrare cœpit.* In vita S. Gisleni, Sur. 9. Oct. fol. 134. *Ea tempestate Cameracensis Ecclesia Autberto præsule sanctissimo gaudebat, & tanti viri meritis in cælum usque, sese porrigebat, ejus fidei, ceu lucis columnæ innitens, in ea spe, & charitate fundata. Is præclarus Episcopus, compertâ beati Gisleni sanctitate, jubet eum ocyùs ad se venire.* Item: *Cum autem Deo & hominibus charus, Amandus Episcopus, quem, cogente Dagoberto, & pontificibus, triennio ferè invitum tenuerat Trajectensis Episcopatus, visitandi, & consolandi gratiâ veniret ad beatum Gisleuum, & ab eo honorificè susceptus, more suo optimis sermonibus eorum, qui aderant, animos recreasset, jamque ab illis deduceretur, Elnonem proficiscens, beatus Gislenus multo cœpit mœrore affici, quòd vir sanctus nihil alimoniæ illic accepisset.* Sed

V.fol.36. anno 543.

eum nihil haberet, quod ei apponeret, seque humiliter apud illum excusaret, flentibus illis ad fluvium Hainau, ubi novis expectabat sanctum Episcopum, piscis ingens in terram exiliit. Orta illic tum pia contentio est, sancto Amando tantum Dei munus beati Gisleni precibus adscribente, contrà verò beato Gisleno id sancti Amandi meritis tribuente. Mox Episcopus à fratribus ad Monasterium reducitur, & ei mensa præparatur. Sumpto cibo, recessit, miraculorum gloriâ illustris Amandus Episcopus. Porrò beato Gisleno templum inchoatum absolvere cupiente, Dagobertus Rex illac iter facturus erat. Id ubi rescivit vir Dei, honorificè obviam processit, precibus eum Domino commendans. Eum verò Rex clementer resalutavit, & exosculatum rogavit, ut pro peccatis ipsius Dominum deprecaretur: divinoque instinctu permotus, Hornutum, & Vrsidungum, Christo, & servo ejus Gisleno, cum omnibus eò pertinentibus largitus est. Indè autem recessit, & Gislenus tantis auctus beneficiis, in Dei cultum studio ardentiori incubuit, gratias illi agens. Absolutâ autem oratorii structurâ, rogante beato Gisleno, sanctissimi Pontifices, Amandus, & Autbertus, in honorem Apostolorum more ecclesiastico illud celeberrimè dedicarunt. Eâ dedicatione peractâ, populo salutari prædicatione pasto, & in fide corroborato, impensâque Episcopali benedictione, quisque ad sua reversus est. In iis quidam Comes illustris Madalgarius, prædicantibus Episcopis, corde compunctus est, & fallacissimo mundo nuncium remittens, Autberti Episcopi manibus tonsus est, & in Alto monte monasticum indutus habitum, inclusus, sanctè vixit, usque ad obitum suum. Ejus uxore castè in seculari habitu degente, & filio prædia strenuè gubernante, beatus Gislenus à Domino admonitus est, ut eam inviseret, & ea quæ ad animæ salutem pertinent, diligenter ei inculcaret, doceretque eam mundum contemnere, solum Christum concupiscere, quem amore, ut & ejus præceptis obedire, revera vivere est. Fecit Gislenus alacriter, ut erat jussus, sitientique animæ, æternæ vitæ pocula abundè obtulit: quibus Waldetrudis (sic enim vocabatur) sobriè inebriata, totam se ad virtutes, & bonorum operum studia accommodavit. Item: *Tum vir Dei indicavit ei Castrilocum, dicens eum ab omni æternitate divinitus illi esse distinatum, ubi, ut ex cælesti visione didicerat, ejus institutione, animæ sanctæ irent de virtute in virtutem, ut videre possint Deum deorum in Sion. Is locus placuit beatæ Waldetrudi, & quod ipsi esset indicatus, gratias egit Christo, & fideli servo ejus Gisleno. Erat adhuc incultus ille locus, & cum toto animo cuperet in monasterio degere, misit ad Hildulphum virum eximium, qui ejus neptem habebat in matrimonio, orans ut in Castriloco cellulam ipsi construeret, in qua posset, toto à se mundo excluso, uni Deo vacare. Hildulphus mox venit ad eum locum, & quia non ignorabat alieni eum juris esse, à legitimis possessoribus illum emit, & ibi excelsam construxit domum, in qua Waldesrudis Christi famula habitaret. Sed illa nihil sublime appetens, multùm abhorruit conspectâ domo, cogitans mundi opificem in angusto collocatum præsepio, non habuisse, ubi caput suum reclinaret. Itaque pius Dominus ejus humilitatem probans, proximâ nocte domum illam evertit. Ilicò perlatum est ad Hildulphum, omnem operam*

& im-

& impensas ejus, collapsâ domo, periisse. Contristatus ille hac re, putabat tali opere se indignum fuisse. Sed tandem in se reversus, & à sancto sacerdote Gisleno ruinæ causam edoctus, citò rediit, & humiliorem curavit domum in montis latere ædificandam, simulque oratorium in honorem SS. Petri & Pauli Apostolorum: ubi beata Waldetrudis cum ejusdem instituti religiosis fœminis castè, & humiliter vixit, & beato Gisleno hortante, Cameracum profecta, à sancto Autberto Episcopo sacrum accepit velamen, quod est innocentiæ vitæ symbolum. Item: *Waldetrudis hortatur Aldegundem, sanctus pater Gislenus docet eam, Aldegundis virguncula Christi, totam se confert ad Domini sui famulatum, in Malbodiensi cœnobio, quod ipsa condidit ex bonis suis hæreditariis.* Baldericus l. 2. c. 39. fol. 261: *In villa Castriloco duo quoque monasteria habentur, unum quidem puellarum, quod S. Waldetrudis, conjunx prælibati sancti Vincentii, atque soror beatæ Aldegundis, ædificavit. Cum enim vir suus beatus Vincentius, relicto mundi naufragio, monasterii portum expetierit, ipsa quoque divinâ clementiâ inspirante, calcare seculum æstimavit, sanctoque debriata spiritu, à beato Autberto confortata, habitum sancti velaminis sumpsit. Deinde verò, ex suis dotalibus beneficiis, & propriis prædiis, ipsum monasterium in honore sanctæ Mariæ, ex sententia, & auctoritate sancti Autberti, patroni sui, condidit. Ubi etiam adscitis non paucis familiaribus feminis, puritatem vitæ laudabilis ducens, cælesti sponso obviam itura, lampadem lucernæ sibi inextinguibilis præparavit. Alterum verò monasterium est Canonicorum S. Germani* &c.

Anno Christi 643. *Dagoberti Reg. Franciæ XII. Sigeberti Reg. Austrasiæ II. Clodovei II. Regis Neustr. & Burgund. I. Pipini Majoris domûs XXVI.* Fredegarius: *Cum anno XII. regni Dagoberti, eidem filius nomine Chlodovaus de Nathilde Regina natus fuisset, consilio Neustrasiorum, eorumque admonitione, per pactionis vinculum cum Sigeberto filium suum firmare dignoscitur, & Austrasiorum omnes primates, Pontifices, cæterique leudes Sigiberti, manus eorum ponentes insuper sacramentis firmaverunt, ut Neptricum, & Burgundia, solidato ordine, ad regnum Chlodovei post Dagoberti discessum aspiceret. Auster verò, idemque ordine solidato, eo quòd & de populo, & de spatio terræ esset coæquans, ad Regnum Sigeberti, idemque in integritate deberet aspicere; & quicquid ad Regnum Austrasiorum jam olim pertineret, hoc Sigebertus Rex suæ ditioni regendum reciperet, & perpetuò dominandum haberet, excepto Ducatu Denteleni, qui ab Austrasiis iniquiter abstultus fuerat, iterum ad Neustrasios subjungeretur, & Chlodovai regimini subjiceretur. Sed has pactiones Austrasii, terrore Dagoberti coacti, vellent nollent, firmari visi sunt, quod postea temporibus Sigeberti, & Clodovai, Regibus conservatum fuisse constat.* Cap. 75. Aimoinus habet: *Sigebertum seniorem ex liberis Austriæ Regem instituit, Chlodovæum minorem natu Neustriæ, ac Burgundiæ præfecit.* L. 4. c. 27. Auctor vitæ S. Gertrudis, cap. 3. apud Ryquelium fol. 115: *Sigebertum,* ait, *Austriâ contentum juniori fratri Chlodovæo Franciam permisisse*, quo nomine videlicet tum Neustria dicebatur, ut supra etiam attigimus fol. 426. Sigeberti Major domûs fuit Gri- L. 2. prod. cap. 22.

 moaldus

moaldus filius Pipini, nobiles domestici Clodulphus, & Ansigisilus, seu Ansigisus fratres, filii S. Arnulphi, quorum Clodulphus major natu, paulò post fit Episcopus Metensis, Ansigisus verò maritus est Beggæ. Horum frater fuit & Waltgisus, pater S. Wandragesili. De quo suo loco. De Sigeberti Reg. animo posteà ad monasteria condenda, Notgerus in vita S. Remacli, Chesne 643. *Per id tempus Sigebertus Rex loca divino cultui mancipanda, in quibus non erant locis, cum ingenti animi devotione condebat: condita vel à se, vel superiorum temporum Regibus, benignissimâ largitate, & opibus sustentabat, atque ne debitus Deo cultus illic negligeretur, tam beati Remacli, quàm caeterorum Sacerdotum vigilantiâ, curabat.* Et paulò post: *Convocavit Rex fideles viros, S. Cunibertum Episcopum, Aetlanum, Theodefridum, & Gislochardum, Episcopos: Optimates quoque suos, Grimoaldum Majorem domûs, Falcoaldum, Bobonem: itemque domesticos suos, Clodulphum, Ansigisilum, & Berselanum, iisque dixit: Ex voluntate Dei, & vestro, ceterorumque nobis fidelium consensu, duo statuimus condere Monasteria, intra fines Arduenna, in quibus degant viri religiosi, Monastica vita cultores, qui pro nostra, & successorum nostrorum incolumitate, & totius Regni stabilitate, & tranquillitate, atque eorum, qui curis Regni distinentur conservatione, Deum omnipotentem deprecentur. Ejus verò rei procuratorem, & hortatorem Remaclum Episcopum ipsi operi praesse volumus.* Monasteria ea postea Malmundarium, & Stabulaus, sunt appellata. V. quæ ibidem sequuntur. Fuit & in Aula Sigeberti Witgerus, cujus conjux Amelberga, Pipini sorore progenita erat, ut supra dictum anno 628. qui ambo, paulò post monasticæ vitæ se dediderunt. Vita S. Amelbergæ, Sur. 10. Iul. fol. 164: *Witgerus monastica vita institutum, amplexus est, Amelberga sacrum velamen accepit à S. Autberto Cameracensium Episcopo.* Sub hoc tempus, *S. Trudo, Deo grata juventutis fructus suavissimos emittit*, ut loquitur

Cap. 52. Harigerus in vita S. Remacli: *Siquidem divini obsequii amore flagrans, voto se constrinxit, ut si, Deo cooperante, sacrarum literarum scientiam posset attingere, in sua proprietatis fundo monasterium construeret*, ut loquitur Harigerus; *Divinitus verò, quatenus B. Remaclum de his omnibus instruendus adeat, admonetur.* S. Rictrudi hoc anno nascitur Eusebia, de qua Hucbaldus: *Eusebiam Mathildis Regina Dagoberti conjux è sacro fonte suscepit*, lege Nanthildis, de qua sæpiùs supra. *Erat tum Dagoberti Major domûs Erchanoaldus, vir illuster, Pipino interim in Auster Duce* (ut ait Erchanbertus in breviario majorum) qui frater fuit Adalbaldi. Quamquam enim Pipinus omnibus præcelluerit in palatio, fuerunt nihilominus & Majores domûs in Neustria, & Burgundia; ac Burgundiæ quidem supra nominatus est Warnacharius anno 612. & 630. Major domûs Neustriæ fuit sub Clotario Landericus, cujus mentio ad annum 598. Gesta Regum Francorum apud Chesne tom. 1. fol. 716. *Erat eo tempore post Landericum Gondoaldus nobilis Major domûs, in aula Regis, vir egregius, atque industrius, eratque Clotario Regi tunc filius nomine Dagobertus.*

Et

Et paulò post mortuo dudum Clotario, fol. 717: *Eo tempore, defuncto Gundoaldo Majore domûs inclyto, Dagobertus Rex Erconoaldum virum illustrem in Majorem domatis statuit. Habuitque prædictus Rex ex Regina sua Nanthilde, de genere Saxonum, filios duos, Sigebertum, & Chlodovaum. Sigebertum verò majorem filium suum in Auster, unacum Pipino Duce, direxit, in regno statutum. Chlodovaum quippe juniorem secum retinuit.*

Anno Christi 644. Dagoberti Regis Franciæ XIII. Sigeberti Reg. Austr. III. Clodovæi Regis Neustriæ, ac Burgundiæ II. Pipini Majoris domûs XXVII. Dagobertus totus est in constructione ecclesiæ Dionysianæ, cui, quidquid fisco debetur, quidquid aliunde infertur, impendit. Vnde Aimoinus l. 4. c. 28: *Anno XIII. regnante Dagoberto, Sadregisilus Dux Aquitanorum, à quibusdam hominibus, gladiatorio adversus eum animo insurgentibus, trucidatus est. Hic est Sadregisilus, quem à Dagoberto, adhuc in pueritia annis constituto, superior declaravit sermo, flagellis cæsum, barba rasione deturpatum. Cujus filii cum ultores potuissent fieri effusi sanguinis paterni, maluerunt vivere desides, ac otiosi, quam perurgendo armis homicidas, cruorem exigere interfecti. Idcircò in publico Francorum conventu, à quibusdam proceribus secundum leges Romanas (quæ sanciunt, à paterna eos decidere hæreditate debere, qui noluerint interfecti necem vindicare) omnibus paternis expoliati sunt bonis, atque inanes relicti. E quorum possessionibus, multas Dagobertus tribuit ecclesiæ sancti Dionysii obsequia curantibus.* Meminere & donationis hujus archiva S. Dionysii, fol. 680. ubi & diploma est hujus anni, quo Dagobertus in usus ecclesiæ confert villas duas Vallem, & Argenteriam, initio, ut supra, & hoc fine: *Hoc actum est Parisius feliciter in Dei nomine Amen Data 4. id. Aprilis Ind. 12. anno XIII. regnante Dagoberto Rege.* Ineptè huic diplomati subscripsisse dicitur S. Arnulphus Episcopus Metensis, quem dudum episcopatu, & anno 640. docuimus vitâ functum esse. Incorrectissimè liber ille à Doubletio est excusus, adeò ut plerumque hæream, an diplomatibus (ut adducuntur) fides adhibenda sit, nec ne. De munificentia Dagoberti in templum Dionysianum, hoc etiam habet Aimoinus l. 4 c. 25. *Sisenandus Hispaniæ Rex, Dagoberto Regi ducenta millia solidorum adnumeravit argenti, quos Dagobertus Basilicæ S. Dionysii largitus est.* Idem l. 4. c. 33: *Cum se ornatum ire illius* (S. Dionysii) *memoriam, sociorumque ejus, pollicitus esset, templum ejus condidit, universis, quæ in Gallia tunc temporis erant, excellentius. Nullumque impensis statuens modum, marmoreis illud columnis, similique venustavit pavimento, immenso ædificandi sumptu, & exquisito fabricatum decore. Nec minor illi in aliis quoque ornatibus intentio. Nam vestibus auro textis, & palliis holosericeis, totum interiorem circumdedit templi ambitum.* Item: *Prædia verò tam innumera fratribus in eodem loco Deo famulantibus, sive matricu'ariis Ecclesiæ, contulit, ut devotio animi ejus plurimis admirabilis esset.* Totius verò templi adeò elegantis structura Eligio nostro debetur, adeò ut non aurifex tantum

tum fuerit egregius, ſed & ſingularis architectus, unde ſic habet in vita ejus, Oudoenus, Cheſne fol. 630. *Inter alia bonorum operum inſignia, multas Sanctarum ex auro, argento, atque gemmis fabricavit thecas, ſive tumbas: puta Germani Pariſienſis Epiſcopi, Severini Abbatis Agaunenſis, Piatani Presbyteri, & Martyris, Quintini, Luciani Bellouacenſis Apoſtoli, Genavefæ, Columbæ, Maximiani, Iuliani, multorumque aliarum. Sed præcipuè beati Martini apud Turonos Dagoberto Rege impenſas præbente, miro opificio ex auro, & gemmis thecam confecit. Sancti quoque Briccii fecit tumbam, itemque aliam, in qua corpus beati Martini antea jacuerat, eleganter compoſuit.* Et mox: *Fabricavit etiam Eligius mauſoleum ſancti Martyris Dionyſii in Pariſienſi civitate, & ſuper illud tectum marmoreum mirifico opere, auro, & gemmis ornatum, itemque criſtam, & ſpecies de fronte magnificè compoſuit: nec non & axes in circuitu throni altaris auro operuit, & poſuit in eis poma aurea, atque gemmata. Lectorium quoque, & oſtia diligenter argento veſtivit. Sed & tectum throni altaris, argenteis operuit axibus. Fecit quoque repam in loca anterioris tumuli, & altare extrinſecus ad pedes ſancti Martyris fabricavit. Tantùmque illic, ſuppediante Rege, ſuam exercuit induſtriam, atque ita ſuum declaravit ingenium, & artificium, ut penè ſingulare ſit in Galliis ornamentum, & in magna omnium admiratione, uſque in hodiernum diem.* Circa hoc tempus, ut ex vitis S. Remacli, & Trudonis apparet, Clodulphus ex aulico, & domeſtico Sigeberti Regis, mortuis Goerico, & Dodone (de quibus anno 640.) fit Epiſcopus Metenſis. Sic enim lego apud Harigerum, in vita S. Remacli, tom. 1. hiſt. Ep. Leod. fol. 88: *Cum per dies aliquot eum* (S. Trudonem) *ſecum detinuiſſet, benedictione ſuâ munitum ad Metenſem miſit Epiſcopum. Et, ut verborum utar compendio, B. Clodulphus Metenſis Epiſcopus reverenter eum ſuſcepit, devotiſſimè ſecum detinuit, patrimonia ſibi oblata, Protomartyris vice Stephani ſuſcepit, literis inſtruendum tradidit.* Planè juvenem fuiſſe S. Trudonem, & vix ſedecim annorum, utpotè natum anno 628. cum patrimonia ſua, obtulit B. Clodulpho, clariſſimè apparet ex Theodorico Abbate, in ejus vita apud Surium; poſtquam enim dixit c. 12: *Ad diu deſideratum magiſtrum, venerabilem ſcilicet Clodulphum* (S. Trudo) *introducitur*, &c. *Qui Clodulphus S. Arnulphi ex Duce quondam Epiſcopi, & ex Epiſcopo ſolitarii, cum fuiſſet carnalis filius, tertio nihilominus loco, ejuſdem Epiſcopatûs ſucceſſor, & paternarum virtutum ſanctiſſimus enitebat æmulator*, &c. *Evocantur ad ſubſcribendum primores, & optimates, & factâ ſolenni donatione, roborata eſt tota quandam illa, ampla & famoſa beatiſſimi Trudonis poſſeſſio, in Hasbanienſi territorio, ſanctiſſimo protomartyri Stephano, ſub adſtipulatione, privilegia, & juris ſanctione.* Subdit idem author cap. 13: *Converſus venerabilis Trudo ad Epiſcopum ſuum, ait:* &c. *admonitus ſum poſt conditos traditionis meæ libellos, tuâ ſtatim, ut ſubderet magiſterio, informaret doctrinâ, & exemplo.* Et mox: *Tradit* (Clodulphus) *deinde eum* (Trudonem) *præſente eccleſiâ in manus cuidam primario, prudenti,*

Vide fol. 105. 22. Nov.

& re-

& religioso, cum omni gravitate, & diligentia erudiendum. Errat Chenu scribens Goericum Episcopum Metensem obiisse anno 667. nam dudum antea Clodulphum ex episcopio Metensi factum Archiepiscopum Trevirensem, patet ex vita S. Gertrudis, V. anno 652. Nascitur Adalbaldo, & Rictrudi, Adelsendis, postrema eorum soboles, ut colligi potest ex Hucbaldo, haud multo post enim occisus Adalbaldus. De quo vide anno 645. Landelinus cognomento Maurosus nuper è latrone ad vitam saniorem conversus à S. Autberto, dum varia condere gestit monasteria, abtinet à Dagoberto prædium Wallare, monasterio exstruendo destinatum, quod S. Aubertus hoc anno suscipit in suam protectionem, edito diplomate, quod est apud Miræum in donat. Belg. fol. 345: *AVTBERTVS DEI GRATIA CAMERACENSIS EPISCOPVS*, &c. *Prædium, Wallare dictum, piissimi Regis Dagoberti, cum omnibus appenditiis suis, quod isdem Rex servo Dei Landelino Mauroso donavit in eleemosynam, pro anima patris sui Lotharii inclyti Regis, ad construendum ibidem monasterium, in nostra suscepimus tutela.* In fine fol. 346. *Vt autem ista præfati Regis illustris eleemosyna duret in perpetuum, & ecclesiasticâ libertate potiatur, pagina præsenti sigillum nostrum fecimus apponi. Datum Castriloco, Indictione quinta decima, domini Dagoberti inclyti Regis tertio decimo, Sigeberti filii ejusdem Regis quarto.* L. 2. c. 2. Adfertur & cap. præcedenti ibidem diploma Dagoberti, quod ut perperam exscriptum, aut corruptum prætermitto, neque enim Auberti Cameracensis episcopi tempora coincidunt in Dagoberti Regis Austrasiorum vivente Clotario patre, & Arnulphi Majoris domûs. De Waslari ita Baldericus in chronico Cameracensi fol. 254. *In villa quoque Waslero beatus Landelinus monasterium ad paucos fratres condidit, cui sanctum Dodonem, bonæ memoriæ, virum præfecit. Hic nimirum sacris moribus cluens, vita innocentiam duxit, ibique, deposito onere fragilitatis, feliciter in pace quiescit.* L. 2. 33. Constrnxit & Landelinus monasteria Laubiense, Alnense, & Crispiniense, de quibus v. Miræum in fastis Belgii. De S. Auberto ita Fulbertus apud Surium: *Dagobertus quidem tum temporis inter Francigenas regni monarchiam regebat*, &c. *Deposito fastu regalis excellentiæ, crebro ad eum veniebat, & licet terreni regni imperio sublimatus, cupiebat tamen de calesti acquisitione, à viro Dei ædificari.* 13. Dec. Sed & S. Audomarum Apostolum Teruanensium mirè coluit Dagobertus, eundemque Morinorum Episcopum constituit, monitu Aicharii episcopi. Folcardus in vita S. Audomari. Sur: *Interea fama ejus longè lateque diffusa, usque ad Dagaberti Francorum Regis notitiam pervenit: non enim potest abscondi civitas supra montem posita. Multis inde labentibus annis, ab eodem Rege, & omni populo vocatus, & electus, S. Aichario Noviomensi agente episcopo, ad instituendum, & gubernandum Teruanensis urbis populum, cum multa animi humilitate Episcopi sedem, & dignitatem suscepit. Tum verò divini verbi semina in credentium pectora dejiciens, animarum, & corporum languores sanans, captivos, & vinctos*

redimens,

redimens, viduarum, ac inopum, vel maximè curam gerens, plebem ſibi
à Domino commiſſam, ad æterna promerenda præmia incitabat. Erant
autem ambo & Aicharius, & Audomarus, alumni cœnobii Luxo-
P. 103. vienſis, ut ſupra notatum ad annum 636.

Anno Chriſti 645. Dagoberti Regis Franciæ XIV. Sigeberti Regis
Auſtraſtraſiæ IV. Clodovæi II. Regis Neuſtr. ac Burgundiæ III. Pipini
Cap.78. *Majoris domûs XXVIII.* Fredegarius: *Anno XIV. regni Dagoberti,*
cùm Waſcones fortiter rebellarent, & multas prædas in regno Franco-
rum, quod Charibertus tenuerat, facerent, Dagobertus de univerſo regno
Burgundiæ, exercitum promovere jubet: Et fol. 763. *Waſcones oppreſſi,*
ſeu perdomiti, veniam, & pacem à ſupraſcriptis Ducibus petentes, pro-
mittunt ſe gloriæ, & conſpectui Dagoberti Regis præſentaturos, & ſuæ
ditioni traditos cuncta ab eodem injuncta impleturos. Feliciter hic exer-
citus abſque ulla læſione ad patriam fuerunt repedati. Pergit Fredega-
rius: *Dagobertus ad Clippiacum reſidens, mittit nuncios in Brittaniam,*
ut quæ Brittones malè admiſerunt, velociter emendarent, & ditioni ſuæ
ſe traderent. Alioquin exercitus Burgundiæ, qui in Waſconia fuerat, de
præſente in Britannias debuiſſet inruere. Hac legatione functum im-
primis S. Eligium docemur ex Oudoeno, qui ſic in ejus vita:
Aliquando rogatus à Rege legatione fungi partibus Britanniæ, nihil ille
cunctatus perrexit tam ocius, quàm Chriſti caritate ſecurus. Quò cum per-
veniſſet, Iudicarium Britannorum Principem adiit, cauſas pacti indicavit,
pacis obſidem recepit. Et cùm nonnulli jurgia eos, vel bella, mutuò ſibi in-
dicere æſtimarent, tantâ præfatum Principem benignitate, & manſuetu-
dine, ac lenitate attraxit, ut etiam ſecum eum adducere facilè ſuade-
ret. Commoratus ergo ibidem aliquamdiu, rediens domum, perduxit ſe-
cum Regem, cum multo exercitu generis ſui. Eumque Crioilo, in villa, Re-
gi Francorum præſentans, pacificè confœderavit. Qui copioſa munera in-
tulit, ſed uberiùs muneratus ad propria rediit. Pro *Crioilo* hîc legen-
dum *Clippiaco*, convincit locus Fredegarii, antea citatus, qui ſic
Cap.29. pergit de Iudicario, ſeu Iudicaële, aut Iudocaile: *Quod audiens Iu-*
dicaile Rex Brittanorum, curſu veloci Clippiacum, cum multis muneri-
bus ad Dagobertum perrexit, ibique veniam petens, cuncta, quæ ſui Regni
Brittanniæ pertinentes, Leudibus Francorum inlicitè perpetraverant, emen-
dandum ſpopondit, & ſemper ſe, & Regnum, quod regebat, Brittaniæ
ſubjectum ditioni Dagoberti, & Francorum Regibus eſſe, promiſit. Sed ta-
men cum Dagoberto ad menſam, vel ad prandium diſcumbere noluit, eò
quòd eſſet Iudicaile religioſus, & timens Deum valde. Cùmque Dago-
bertus reſediſſet ad prandium, Iudicaile egrediens de Palatio, ad man-
ſionem Dadonis Referendarii, quem cognoverat ſancta religionis ſectan-
tem, acceſſit ad prandium. Indeque in craſtino Iudicaïle Rex Brittano-
rum Dagoberto valedicens, in Brittaniam repedavit, condignè tamen à
Dagoberto muneribus honoratus. Summatim hæc perſtringit Aimoi-
nus, meminitque Eligii ad Iudocaëlem legati, his verbis, fol. 372:
Legatio à Dagoberto ad Iudicailem regem Britanniæ dirigitur: ut quæ
Britanni contra Francos male geſſerant, emendarent: alioqui univerſas co-
pias,

piis, quæ è Vasconia redierant, comminatus est, se Brittonum finibus immissurum. Asciscitur ad hanc Eligius exequendam legationem, spectatæ (ut praæostensum est) fidei vir. Qui plurima cum Iudicaële allocutus de pace, &c. Iudicaëlem hac occasione ad monasticam vitam animum cepisse, ejusque fratrem S. Iudocum, author est Florentius Abbas, in D. Iudoci vita, ubi ita scriptum reperitur: *Eximius Christi Confessor Iudocus, de illustri procedens genealogia Riovali, qui principabatur in transmarina, sive majori, Britannia, quæ modò dicitur Anglia, & postmodum in copiosa navium multitudine, ac manu valida, exteriorem sibi subjecit Britanniam, filius fuit Iuthaëli Regis Britonum, habuitque fratrem majorem natu beatum Iudichaëlum, qui regnavit post patrem ipsorum Iuthaelem. Isti duo fratres, Indicaelus videlicet, & Iudocus, contemporanei fuerunt Dagoberti Regis Francorum, cum quo post graves adinvicem inimicitias, pacificatus est in palatio Clippiaco, amicus Dei Rex Britonum Iudichaëlus, magnisque honoratus muneribus ab ipso Rege Dagoberto. Rogatus tamen à Dagoberto, ut pranderet cum eo, voluntati ejus, & voto non acquievit regio: sed eligens mensam Dadonis, qui, & Audoenus, postmodum Rothomagensis Episcopi, ejus dignatus est interesse convivio: malens inter diversa fercula sacris eruditionibus sæpius informari, quàm ex superfluis exeniorum diversitatibus in mensa Regis fastidium sibi generari. Regressus consequenter vir Dei Iudichaëlus Rex in Britanniam, & regnum relinquere præmeditatus, & patriam, ac vitam ducere monasticam, fratrem suum juniorem se, beatum scilicet Iudocum, convenire fecit de suscipienda Regni gubernatione, ut in suo permanere posset proposito, & Monachorum fratrum cohabitatione. Frater autem ejus beatus Iudocus non minùs eo fervens in divina dilectione, inducias deliberandi per octo dies à Rege fratre suo vix impetravit.* Et mox: *A strata declinavit publica: dimissisque* &c. *itineris comitibus, ad Pontivi festinavit confinia,* &c. V. anno 661. Porro hujus anni tria exstant in arch. S. Dionysii diplomata Dagoberti Regis, Clipiaci data, quibus pergit ei Abbatiæ, atque ecclesiæ, benefacere. Primum hoc initium habet: *DAGOBERTVS REX FRANCORVM VIR ILLVSTER, WANDELBERTO DVCI,* & finem: *Dagobertus Rex subscripsit. Datum sub die 15. Kal. Aug. anno decimo quarto regni nostri Clipiaco feliciter Amen.* Alterum ita finit: *Datum sub die Kal. Augustas, anno decimo quarto Regni nostri, Clipiaco, feliciter, Amen.* Tertio per summum errorem, dicuntur subscripsisse Arnulphus Metensis Episcopus, & Eligius Noviomensis, quorum ille jam obierat, hic nondum pervenerat ad episcopatum; atque in aula Regis, ut ejus aurifex, atque Consiliarius adhuc versabatur; unde sequenti anno, aurificis nomine, Dagoberti diploma subscribet. Obiit hoc anno S. Gislenus, ita enim habet M. S. Chronicon Claudii Desfretz, apud Colvenerium in Chronicon Balderici, fol. 405: *Anno 745. S. Autbertus Episcopus Cameracensis, & Atrebatensis sepelivit corpus S. Gisleni, die 10. Octobris.* Occisus sub idem tempus Adelbaldus à Vasconibus in expeditione, ut credendum, de qua supra; scribit enim P. 669.

T de iis

Cap.78. de iis Fredegarius: *Promittentes ſe omni tempore Dagoberto eſſe fi-
deles; quod more habito, ſicut ſemper, fefellerunt.* Item: *Arimbertus
Dux maximus cum ſenioribus, & nobilioribus exercitûs ſui, per negli-
gentiam, à Waſconibus, in valle Subolano, fuit interfectus.* Ex ſeniori-
bus ejus, & nobilioribus fuerit procul dubio Adalbaldus, de quo
ſic in vita S. Rictrudis, apud Hucbaldum: Sur. fol. 179: *Acci-*
Sur. 12. Maij. *dit autem, ut Adalbaldus à pago Auſtrebatenſi, ubi multa ei erant poſ-
ſeßiones, in Waſconiam triſte ſuis iter ſuſciperet. Proſequebatur eundem
aliquouſque beata Rictrudis, ſed juſſa, citò domum ſe recipit mœrens, quaſi
jam animo præſagiret imminens malum. Ecce autem malignorum homi-
num, quos aiunt fuiſſe, quibus illud conjugium diſplicuerat, vir pius inſi-
diis appetitur, vulneratur, perimitur.* S. Aldegundis quindecim an-
30.Ianuar. nos nata, nuptias reſpuit. Hucbaldus in ejus vita apud Sur: *Mater*
(Bertilia) *mittit ad monaſterium* (Montenſe) *& revocat ad ſe filiam
virginem. Beata verò Waldetrudis invita quidem, mittit ſororem, nè
matrem offendat. ſed obnixè deprecando exhortatur eam, ut à ſæculo ſe
faciat prorſus alienam, immortali ſe præparet ſponſo: quàm citiùs vale-
ret, ad cœnobium revertatur. Illa mœſta valefaciens ſorori, revertitur
ad matrem, quæ tunc morabatur in prædio ſuo, quod nuncupatur Curtiſ-
ſolra. Non autem immemor, juxta ſcripturam, honorandos eſſe parentes;
bonæ indolis puella, condecentem reverentiam exhibet matri, humiliat
ſe ad pedes ejus, deprecatur cum lachrymis, ut in habitaculo, quod erat
juxta Eccleſiam, ſibi daret licentiam habitandi: dicens, non ſibi congruum
inter viros, ac mulieres ſæculares converſari.* Et poſt pauca: *Mater
irata, comminata eſt ei plagas, ſi de talibus, ei ultrà facere ſermonem, au-
deret. Virgo verò ſapiens non ſolùm illius minas patienter ſuſtinuit, ſed
etiam verbera ſuſtinere parata, prudenter ſiluit. Mater autem optima lin-
teamina proferens, filiæ tradit, & ut indè ſponſalia ſibi veſtimenta præ-
pararet, imperavit: diſponens eam in proximo, nobili cuidam juveni le-
ge nuptiarum copulare. Virgo ergò linteamina ſuſcepit, domunculam, ſe-
cus oratorium, quam à matre impetraverat, ingreditur, veſtes ad uſus
baptizatorum in nomine ſanctæ Trinitatis, piâ fraude componit, corpuſq;
ſuum vehementer affligens, die, noctuque, Dominum cum lachrymis de-
precabatur, ne à ſocietate ſanctarum virginum alienaretur, nec alii ſponſo,
quàm Domino Chriſto, ſociaretur. Exaudiuntur preces virginis: nuptiæ,
quas inter quindecim dies mater filiæ parabat, differuntur: juvenis, cui
deſpondere eam cupiebat, ne veniret, per multos dies præpeditur.* Eodem
anno Dagobertus teſtamentum condit, & ad id, *Convocatis filiis,
ac turbâ amicorum, generale indixit placitum, in loco nuncupato Bigar-
gio x. Cal. Maias, eoque univerſas penè Galliæ Eccleſias patrimonii ſui*
L.4.c.30. *hæredes inſtituit,* ut ait Aimoinus. Initium teſtamenti, ita ſonat
ferè ibid: *Quia caduca gerimus corpora, animaſque immortales.*

*Anno Chriſti 646. Dagoberti Regis Neuſtr. & Burg. XV. Sigeberti
Regis Auſtraſiæ V. Clodovæi II. Regis Neuſtr. & Burg. IV. Pipini Ma-
joris domûs XXIX.* Fredegarius: *Anno XV. regni ſui Dagoberti, Waſ-
cones omnes ſeniores terræ illius, cum Ainando Duce, ad Dagobertum*

Clippiacum

Clippiacum venerunt, ibique in Ecclesia sancti Dionysii, regio timore perterriti, confugium fecerunt. Clementiâ Dagoberti vitam habent indultam. Ibique Sacramentis Wascones firmantes simul, & promittentes, se omni tempore Dagoberto, & filiis suis, Regnoque Francorum esse fideles. Idem ferè Aimoinus, ubi pro *Ainando* Duce, malè scriptum: *Amando.* Cap. 78. L.4.c.31.
Rictrudis auditâ mariti morte, velum suscipit à S. Amando, ac Marchianæ monasterium ingreditur. Hucbaldus in vita S. Rictrudis, 12. Maij fol. 179: *Citò autem tristissima rei nuncius perfertur ad Christi famulam Rictrudem, quæ gemino, eoque atroci, dolore corripitur, quòd & charissimo se sentiret orbatam conjuge, & proles suas, tum etiam cognatos, videret ejus nece gravissimè discruciari. Tandem autem luctu illo sopito, cum servis Dei ipsi familiaribus, præsertim autem cum Amando sanctissimo præsule, de suo statu deliberat: auditque ex illo fidissimo consultore illud Apostoli: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quòd si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult, nubat: tantùm in Domino.* &c. *Hæc, & id genus alia verba salutis, non surdâ aure accipiens S. Rictrudis, sed iis diligenter animum applicans, omni postpositâ ancipitis deliberationis morâ, pollicetur, se ejus salutaribus monitis obtemperaturam. Verùm antiquus serpens, invidiæ stimulis percitus, tam salubre propositum modis omnibus impedire conatur. Commovet Regis animum, ut persuadeat illi denuò nubere cuidam ex optimatibus suis. Illâ autem prorsus id respuente, multa adhibet blandimenta Rex, sed frustra.* Ibidem: *In prædio suo, in villa Baireto, opiparum, & regiâ majestate dignum apparat convivium. Invitat Regem cum optimatibus, & inter epulas, sermonibus sale conditis, omnes exhilarat. Postquam autem repressâ fame, edendi aviditas remitti cœpit, essentque jam convivæ fæcundis calicibus comiter accepti, surgit matrona venerabilis à mensa,* &c. *Sciscitatur ex Rege, num illius bonâ veniâ liceat ipsi in ædibus suis quod velit, agere. Rege incunctanter annuente, quippe qui putaret illam sumpto poculo, ut plerique solent, & se, & convivas alios ad potandum strenuè invitaturam: è sinu suo profert velum ab Amando pontifice consecratum, qui etiam hoc ei consilium dederat, & invocato terribilis Dei nomine, & auxilio suo, illud capiti imponit. Tum verò Rex irâ permotus, ingratas relinquens epulas, abscessit è convivio. At illa jactans cogitatum suum ad Dominum, totam se illius arbitrio permisit.* Paulò post: *Locum, ubi spiritualibus daret exercitiis operam, cum consilio, & auxilio sæpè dicti antistitis Amandi, valdè sibi congruum delegit, nempe monasterium, quod Martianas vocant, ab eodem antistite ad fluvium Scarpum exædificatum, cui disponendo, & constituendo, vir sanctus Abbatem præfecerat sanctum Ionatum, venerabilem virum, cujus adhuc in eodem monasterio corpus conditum habetur. Et Amandus quidem monachos illic haberi voluit, sed Ionatus sanctimoniales ibi congregavit. Hunc ergo locum, satis opportunè ab hominum strepitu remotum, Dei famula Rictrudis expetiit, & beato Amando non solùm consentiente, sed etiam inter Regem, & ipsam, pacem conciliante, cum majestatis Regiæ privilegio obtinuit, ut illic se totam rebus divinis manciparet.* Et fol. 180. *S. Rictrudis tres filias suas,* Sur.

ut diximus, in ætate adhuc tenera, uni despondit viro Christo. Accidit hoc anno, quod refert Alcuinus in vita S. Richarii cap. 6. Sur. 6. Apr. fol. 330. *S. Richarius visitavit equitando quandam Dei devotam fœminam, Rictrudem nomine, & cum jam post dulces vitæ epulas, & post colloquia salubria, ipse vir Dei, ascenso equo, ad propria remeare disposuisset: fœmina prædicta, juxta morem; equitantis vestigia patris secuta est, habens in ulnis filium suum, ut parvulus quoque benedictione hominis Dei roboraretur, quem ipse antè sacro baptismate regeneraverat. Accipiente itaque infantem, equite venerando, seu ad benedicendum, seu ad osculandum; antiquus hostis, omnibus bonis inimicus, immisit equo ferocitatem: qui huc, illucque dentibus frendens, pedibusque calcitrans, & toto corpore insaniens, inconsueto impetu per campum discurrere cœpit. Quod pavida cernens mater, oculos avertit, ne morientem videret filium, quem servus Dei, sæviente equo, manu tenebat. Familia verò pro morte pueri, vel casu viri Dei, strepere, plangere, ejulare non destitit. Sed dextera Christi, quæ Petrum trepidantem levavit, ne mergeretur, in undis, puerum cadentem sublevabat, ne allideretur in terris. Nam oratione à famulo Dei factâ, puer incolumis quasi, avicula, pervenit ad terram, & equus redditus est mansuetudini suæ. Et mater quidem filium suum super terram sanum, & ridentem, suscepit in ulnas suas: ipse tamen sacerdos Dei, non equo iter agere, sed asello mansuetissimo, ex eo tempore, voluit.* S. Aldegundis hoc tempore sedecim annos nata, à SS. Auberto, & Amando velatur, atque auxilio Dagoberti Regis, Malbodii cœnobium exstruit. In ejus vita Hucbaldus fol. 555. loco supra citato: *Defunctâ verò matre, atque in prædicta villa Cursissoira, & in Ecclesia Dei genetricis, à Dei sacerdotibus, & aliis Ecclesiasticæ dignitatis ordinibus, juxta virum suum sepultâ, audiens Endo juvenis, cui præfata mater filiam suam in conjugem dare disposuerat, obitum ejus, nihilominus instat, ut virginem uxorem accipiat, imperatque fidelibus suis, apparatum præparare nuptiarum. Quod cùm audisset Virgo, valdè timuit: fugiensq; noctu in locum nemorosum, qui vocatur Melbodius, aliquot diebus ibi latuit. Sed cùm audisset, advenisse S. Amandum, atque venerabilem Autbertum, Episcopos, in monasterium Altimontis, cum magna cordis humilitate, nudis pedibus illuc properavit, ad vestigia eorum sese prostravit, desiderium cordis sui aperuit, contrarias tentationum passiones, sibi, per insidias diabolicas, irruentes, indicavit. Tum beatus Amandus, jam penè toti notus orbi, famâ celeberrimâ virtutum, qui tanquàm in messe Dei strenuus operator, multas per circuitum nationes ad fidem perduxerat catholicam, multa cœnobia virorum, ancillarumque Dei construxerat, aperiens os suum, doctrina cœlestis imbre facundum, ita puellæ fatigatum roboravit animum, ut non solùm ipsa respueret mundum, verùm etiam parata fieret, pro Salvatore Christo, si foret occasio, subire martyrium. Quid plura? Deducta est à SS. Episcopis, in oratorium quoddam ejusdem cœnobii, dedicatum in honore, & memoria S. Vedasti: ubi sacerdotali benedictione consecrantes, eam æterno Sponso Salvatori desponderunt, sacrumque velamen, in habitum sanctæ religionis,*

ligionis, super caput ejus imposuerunt. Beata igitur Aldegundis de Altemonte reversa in locum, ubi priùs latuerat, quem ipsa Malbodium nominaverat, qui locus adhuc desertus erat, cœpit sagacissimè locum excolere, vepribus, & arbustis radicitùs extirpatis, habitacula construere, servos, & ancillas Dei ibidem congregare. Deniquepost ædificium, ibi Ecclesiam exstruxit in honore, & memoria sanctæ Dei genitricis Mariæ: in qua laudes divinas, & orationum vota quotidie persolvebat. Tunc sæculi hujus divitias, pro nihilo reputans, prædia sua, & facultates, & omnia ornamenta, quæ sibi parentes reliquerant, ad loca sanctorum legaliter distribuit, & pauperibus erogavit: ut illam perfectionem attingeret, unde Dominus dicit: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Locum verò, ubi mater, & pater ejus sepulti fuerant, in melius reparavit. & ibidem duodecim sanctimoniales, ad serviendum Christo Domino constituit. In supradicto verò loco Malbodio, consilio beati præsulis Amandi, & auxilio Dagoberti Regis, cum duabus, sororis suæ, beatæ Waldetrudis, filiabus, semetipsam contradidit, atque multis aliis ibi secum, in sanctæ religionis habitu congregatis, in sancta conversatione permansit, cunctisque se videntibus, exemplum bonorum operum, dignum imitatione, reliquit. Item: *Duas autem neptes, filias sororis suæ, cum magna diligentia regulariter in monasterio erudiebat, & ut Dominum Christum sibi sponsum eligerent, ab ipsis infantiæ rudimentis diligenter edocebat. Harum una Madelberta, altera vocabatur Aldetrudis. Quæ, videlicet Aldetrudis, puella bonæ indolis, materteræ suæ mores, & vitam satagebat imitari, secusque pedes illius indefinenter accumbens, doctrinâ vitæ sitiebat informari.* Hoc hujus anni diploma est in arch. S. Dionysii: *DAGOBERTVS REX FRANCORVM VIR ILLVSTER*, &c. *Signum Dagoberti Regis, signum filii ejus Chlodovei, signum Eligii aurificis sui, signum Dadonis Cancellarii sui*, &c. *Datum sub die Kal. Novemb. anno XV. regni nostri. Actum Clipiaco palatio feliciter, Amen.* Ibidem ejusdem anni est diploma initio, quo supra, & hac conclusione: *Signum Dagoberti inclyti Regis*, &c. *Signum Eligii*, &c. *S. Gondoeni Comitis, S. Chariulphi Comitis, S. Andini Comitis. S. Dructualdi Comitis. S. Charimundi Comitis*, &c. *Data 3. Kal. Aug. regni nostri, anno XV. Actum est Compendio palatio, feliciter, Amen.* Vbi rursus notandus Charimundi Comitatus Flandrensis, ut suprà fol. 136. & infrà ad annum 649. Fol. 671. Fol. 672.

Anno Christi 647. Dagoberti Regis Franciæ XVI. Clodovai II. Regis Neustr. & Burg. V. & post mortem patris I. Sigeberti Regis Austr. VI. ab obitu patris I. Pipini Majoris domûs XXX. Theodorus Papa obiit prid. id. Maij, vacat sed. mens. 1. dies 21. Martinus creatus prid. Non. Iulii, consecratus 16. Kal. Oct. sed. ann. 6. mens. 4. dies 7. *Onuphrius.* At Baronius obiisse Theodorum scribit anno 648. Dagobertus villas varias tradit cœnobio D. Dionysii, ægritudine adeò debilis, ut non potuerit diplomati subscribere. Adfertur id à Doubletio, initio, ut reliqua, fol. 677. *DAGOBERTVS REX FRANCORVM, VIR ILLVSTER.* Et hoc fine: *Et dum jam nos ista præce-*

praecepto minimè subscribere potuimus, quia in manu nostra trepidabat illa calamus, propterea rogavimus, ut dulcissimus filius noster Clodovaeus Rex. per signaculum nominis sui, ipsam cartam affirmaret, & Dado eam afferat, & Optimates nostri eam subscriberent. Signum gloriosi Domini Chlodovaei Regis. Ego Dado jubente antefato Domino Dagoberto Rege praesente, praeceptum firmavi, vel obtuli. Signum A. viri illustris, Waldeberti Seneschalli: signum Ragnegiselli, signum. A. Srannegiselli, signum viri illustris Austrapii Cubicularii. Datum 17. Cal. Octobris, anno decimo sexto regni nostri Clipiaco, in Dei nomine feliciter. Amen. Ego Eminulfus scripsi. Ibidem aliud est, postquam Clipiaco vectus esset Spinogilum; incipiens hoc modo: *DAGOBERTVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Antequam nos vitae nostrae praeveniat dissolutio,* &c. *Actum Spinogilo in Dei nomine feliciter, Amen.* Fredegarius fol.

Cap.74. 763. *Anno XVI. regni sui, Dagobertus profluvio ventris in Spinogelo villa, super Segona fluvio, nec procul à Parisius, agrotare coepit: exinde ad Basilicam S. Dionysii, à suis defertur. Post paucos dies cùm sua vitae sentiret periculum, Aeganem sub celeritate ad se venire praecepit; se jam discessurum sentiens, Reginam Nanthildem, & filium suum Clodovaeum, eidem in manu commendans, consilium Aeganae pergratum habens, quòd cum ejus instantia Regnum strenuè gubernare possit. His gestis, post paucos dies Dagobertus emisit spiritum, sepultusque est in Ecclesia S. Dionysii, quam ipse priùs condignè ex auro, & gemmis, & multis pretiosissimis speciebus ornaverat, & condignè in circuitu fabricare praeceperat, patrocinium ipsius pretiosum expetens.* Et mox: *Post Dagoberti discessum, filius suus Chlodovaeus, sub tenera aetate, Regnum patris adscivit. Omnes leudes de Neuster, & Burgundia eum Massolaco villâ, sublimant in Regnum. Aega verò cum Regina Nanthilde, quàm Dagobertus reliquerat, regebat Palatium.* Pro *Segona* hic legendum *Sequana*, ex Aimoino,

L.4c.33. qui sic habet: *In Spinogilo villa, super fluvium Sequanam sita, haud procul à Parisius constitutus, profluvio ventris laborare coepit*, &c. Et: 14. *Kal, Feb diem clausit extremum.* Fredegarius, post excursum ad aliquot capita, de Aegae regimine, & morte, rediens ad ea, quae sub Dagoberti mortem acciderunt, ita pergit cap. LXXXV: *Cùm Pipinus Major domûs, post Dagoberti obitum, & caeteri Duces Austrasiorum, qui usque in transitu Dagoberti, sua fuerant ditioni retenti, Sigebertum unanimi conspiratione expetissent; Pipinus cum Chuniberto, sicut & priùs, amicitia cultu, in invicem concordati fuerant, & nuper, sicut & priùs, amicitiâ vehementer se, firmiter, in perpetuo conservandâ, obligant, omnesque leudes Austrasiorum secum, uterque prudenter, & cum dulcedine adtrahentes, eos benignè gubernantes, eorum amicitiam constringunt, semperque servandam. Igitur discurrentibus Legatis, partem Siegberto debitam de thesauris Dagoberti, à Nanthilde Regina, & Clodovao Rege, ad Sigebertum requiritur. Ad quod reddendum placitus instituitur. Chunibertus Pontifex urbis Coloniae, & Pipinus Major domûs, cum aliquibus Primatibus Austrasiae, à Sigeberto directi, Compendium villam usque perveniunt, ibique thesaurus Dagoberti, jubente Nanthilde, & Chlodovao,*

instantiâ

instantiâ Ægana Majoris domûs præsentatur, & æquilanciâ dividitur. tertiam tamen partem, de quibus Dagobertus adquæsierat, Nanthildis Regina receperat. Chunibertus, & Pipinus hunc thesaurum, quæ pars fuit Sigeberti, Mettis faciunt perducere, Sigeberto præsentare, & describere Post verò anni circulum, Pipinus moritur, nec parvum dolorem ejusdem transitus cunctis generavit in Auster, eò quòd ab ipsis pro justitiæ cultu, & bonitate ejusdem dilectus fuisset. In vita Sigeberti Regis: *Dagobertus,* inquit, *Parisius in Basilica S. Dionysii sepultus, Regnum dimisit ab exteris pacatum gentibus, & in nullo diminutum à suis finibus: Post cujus obitum duo Reges, & fratres, Sigebertus & Clodovæus, se quisque in regno suo agebant prudenter, & inter suos valebant potenter.* S. Eligius in Clodovæi palatio non minori authoritate polluit, quam apud Dagobertum, & quamquam adhuc secularis, ecclesiasticam planè vitam egit, in palatii schola, (quam diximus suprà, omnes Francorum Reges habere solitos) non literas tantum, & linguam latinam, sed & fidei controversias edoctus. Quò faciunt ea, quæ contra Simoniacam hæresim supra præstitisse scribitur, ad annum Christi 602. fol. 77. sed & Oudoenus in ejus vita, sic habet: Chesne fol. 631. *Mortuus est Rex magnus, & inclytus Dagobertus: & sepultus est in eadem S. Dionysii Basilica, sub arcu, in latere dextero. Cui successit in Regno filius ejus juvenculus ætate, nomine Clodovæus. Sub hujus regni principio, nefanda heresis, in partibus Orientis, cœperat pullulare, Constantio tunc Romani Imperii apicem gubernante. Ii ergo Heresiarchæ nequiter Ecclesiasticam ausi sunt violare regulam, & peregrina quadam à veritate docere, ac prædicare, asserentes Dominum & Salvatorem nostrum Iesum Christum minimè habere formam servi, neque eum ex Maria veram assumpsisse carnem, profanis vocibus garriebant. Quæ res plurimos in Ecclesia Dei perturbabat, & plerosque jam contagium hujus pestiferæ assertionis infecerat. Nec solùm urbes, in quibus morabantur, sed & urbem, quæ est caput omnium, Romam, paulatim jam eorum pravitas penetrabat. Erat autem eo tempore Romæ Præsul beatissimus Papa Martinus, qui sollicitè, ac viriliter pro hac causa invigilans, adeòque pugnans, multa probra, & adversa, ab hæreticis sustinebat. Vnde tandem permotus, cùm & Imperatorem, & plures alios cerneret eorum assertionibus, intento satis animo, obsecundare, congregavit Concilium Sacerdotum, causâ compescendi, immò delendi hujus dogmatis pravitatem. In quo Concilio, omnibus orthodoxis consentientibus, edidit contra hereticos fidem, magnificè valde, atque accuratè. Quam etiam cum subjuncta Epistola Galliarum partibus destinavit, mandans, & obtestans Regem Francorum, ut si essent ei viri Catholici eruditi, eos, ipsi adminiculum ad comprimendam heresim, faceret destinare. Quò tunc etiam Eligius cum sodali suo libentissimè perrexisset, nisi ei res quadam impedimento fuisset. Per idem ferè tempus, quo apud urbem Romam hæc gesta sunt, quidam hereticus pulsus à partibus transmarinis in Gallias venit. Mexque se conferens ad civitatem, quæ olim Hedua, nunc autem Augustidunum vocatur, cœpit tam cautè, quàm fraudulenter sua nefanda dogmata prodere.*

Du Chesne fol. 592.

Vid. lib. 1. prod. fol. 38. 41. 52. 58.

Quod

Quod cum in Palatio ad aures Eligii pervenisset, cœpit vigilanter, uti semper in ejusmodi rebus solicitus erat, cum Audoeno, & ceteris Catholicis viris tractare, quemadmodum hanc pestem palam omnibus manifestatam detegerent. Nec destitit Episcopos commonere, & Optimates quousque jussu Principis Sacerdotale Concilium, apud urbem Aurelianensem congregaretur. Vbi detectis ejus versutiis, hæreticus ille; *Ed, qua par erat, ignominiâ, & dedecore, è finibus Galliæ eliminatus est*; ut ait idem Oudoenus; qui sic pergit, Sur. 1. Dec. fol. 9: *Sed & alium nihilominus apostatam, cum comperisset Eligius, evertere plebem Parisiis, multâ affectum ignominiâ exterminavit ab urbe. Itemque alium, qui Episcopum se simulans, circumibat villas, & plateas, decipiendo populum, diu carceri mancipatum, ejecit à finibus regni Francorum. Necnon alios, atque alios, diversis artibus populum subvertentes, grandi est semper authoritate persecutus. Valde enim oderat omnia hæreticorum, & schismaticorum, cunctorumque Catholicam doctrinam non asserentium, figmenta; jugique instantiâ eorum insectabatur vesaniam. Erat enim eloquentiâ affluentissimus, & in studio scripturarum subtilissimus: cumque ipse sufficienter esset instructus, populum, quocunque pergeret, Evangelicis cohortationibus docebat in fide Christi constantissimè persistere, atque ab hæreticorum contagiis solerti curâ sibi cavere.* Et Paulò post: *Eligius itaque jam antè in Palatio militaverat, sub habitu seculari, æterno omnium Principi Christo, idque temporibus Clotharii Mansueti, Francorum Regis, & Dagoberti inclyti Principis, ejusque filii Cledovei, atque, usque ad initium regni junioris Clotharii, mansit in corpore.* Hoc eodem anno Martinus Papa Româ, D. Amando misit Landoaldum, & Amantium adjutores, è quibus Landoaldus archipresbyteri munere fungebatur Trajecti, cum S. Remaclo, qui vice Amandi episcopatum moderabatur, unâ rem ecclesiasticam gubernans. Hic & bonis moribus, & literis, instituendum suscepit S. Lambertum, posteà etiam Episcopum Trajectensem. Vnde sic legitur in S. Lamberti vitæ appendice, apud Sur. 17. Sept. fol. 178. *Sanctus Lambertus patrem habuit Aprum, matrem Herisplindem, ambo multâ nobilitate conspicuos. Pater in Regis palatio, inter illustres viros excelluit. Dagobertus tum apud Francos rerum potitus, regnum Austrasiæ, filio Sigeberto tradidit.* Item: *Pater autem ejus non ingratus Deo, qui tantùm ipsi promitteret de filio, comendavit eum literis, & pietate imbuendum beato Landoaldo, viro, & sapientiâ, & doctrinâ, & sanctitate claro. Is Romanæ Ecclesiæ presbyter fuit, à Martino Pontifice, beato Amando Trajectensi Episcopo, missus adjutor, in ministerio verbi: à quo ordinatus Archipresbyter, eo absente, novem annis rexit eam Ecclesiam, usque ad S. Remacli episcopatum.* Exactum videlicet, nam circa annum 655. Remaclo, Stabuletum recedenti suffectus est in Episcopatu Theodardus. Eodem anno Angilbertus filius Ægæ constituitur Archiepiscopus Remensis defuncto Leudegisilo. *Flodoar. Colven.* Erat verò Æga, seu Æganes Princeps, seu Major domûs palatii, qui jussu Dagoberti, regebat cum Nanthilde, ut notat Fredegarius, cap. 79. &

L. 2. c. 1. (margin, beside "hæreticorum contagiis")

L. 2. c. 6. Histor. Rhem. (margin, beside "Archiepiscopus Remensis")

79. & 80. Hucbaldus coæqualis author in vita S. Aldegundis, Sur. 1540 30 Ianuar: *Postquam virgo sapiens Aldegundis, secularibus pompis alienata, sanctimonialibus vestibus est induta*, &c. *Fecit describi thesauri sui summam, & totius pecuniæ, quam habebat, in auro, & argento, gemmisque, & ornamentis regalibus, quæ sibi collata fuerant, à Rege, & Regina, principibus, & cognatis, & parentibus suis, post velationem capitis sui, ac post largas donationes, quas pauperibus Christi, consilio beatorum Amandi, atque Autberti, Episcoporum, distribuerat, & hæc omnia virgo prudentissima, domûs Dei decorem etiam exterioris diligens, ac decus Ecclesiarum, devotâ mente donavit. Prædia verò, possessionesque infinitas, ad usus inibi Regi Christo famulantium, publicâ donatione, concessit: cætera universa in sumptus pauperum delegavit, nihil sibi prater vile reservans indumentum, sanctæ religioni congruum, atque victum quotidianum, quo cum reliquis ancillis Dei communiter vivebat.* S. Rictrudis hoc etiam tempore Marcenias, sive Martianas opibus suis auget, fundatque. Suprà anno 636. fol. 122. & fol. 147. anno 646. scripsimus, à D. Amando constitutum Ionathum primum Abbatem. Sed & S. Rictrudis prima monialium Abbatissa, ab eodem D. Amando est statuta; nam pro more, primis quibusdam monasteriis usitato, degebant in iis homines utriusque sexus, & habitaculo, quamquam separato, viverent, usus templi erat communis. Hucbaldus admissionem monialium in hoc monasterium, non D. Amando, sed Ionatho adscribit, in vita S. Rictrudis, 12. Maij: *Cui perficiendo, & ordinando, idem præsul discipulum suum præfecerat Abbatem sanctum Ionathum venerabilem virum: cujus adhuc in eodem monasterio sacrum corpus habetur reconditum, in quo, & monachorum ordinem, beatus Amandus haberi voluit: sed jam dictus Abbas sanctimoniales, prout visum sibi fuerat, aggregavit.* Vt & auctor miraculorum S. Rictrudis, apud Buselinum l. 2. c. 20. fol. 337: *B. Amandus, qui monasterium ipsum in honore B. Petri construxit, monachorum ordinem haberi voluit. Disponente autem Deo S. Ionatus Abbas sanctimoniales aggregavit, ut esset ibi congrua habitatio, tam B. Rictrudis, quàm filiabus ejus virginibus sacris.* Chronicon Elnonense, de Ionatho post mortem S. Amandi, ab Elnonensi monasterio, Martianas transmisso, sic etiam ait: *Vbi post mortem etiam B. Amandi, aliquot lustris regulariter vivens, diversos utriusque sexus, ad religionem induxit, & castitatem.* Hucbaldus præterea in præfatione ad vitam S. Rictrudis, tempore Caroli Calui, eam vitam scripsisse, se ait: *A Clericis, & sanctimonialibus congregationis, Deo dilectæ famulæ beatæ Rictrudis, rogitatum.* Author mirac. S. Rictr. apud eundem Busel. fol. 341: *Est autem in archivis ecclesiæ subscriptio Imperatoria, annulli ejus impressione roborata. In cujus privilegii ultimo versu, Regia munificentia, ob amorem prædictæ matronæ, instituit, ut si fratres, vel sorores eidem famulantes aliquo indigerent, de dominicatu regio suppleretur.* In autentico Caroli Calui, sorores, fratribus præponuntur, in gratiam fortasse S. Richildis, ut fundatricis. Adfertur id à Busel. ibid.

hoc initio: *IN NOMINE S. ET INDIVIDVÆ TRINITATIS KA-
ROLVS MISERICORDIA DEI IMP. AVGVSTVS, Si Servorum Dei
utilitatibus subveniendo conferimus, profuturum nobis hoc ad æternam
beatitudinem fore nullo modo ambigimus. Quapropter noverit omnium
sanctæ ecclesiæ fidelium nostrorum, tam præsentium, quàm & futurorum
industria, quoniam sororum, & fratrum necessitatibus in cœnobio, Marcia-
nas nuncupato, videlicet sito in Comitatu Atrebatensi, in pago Ostrevan-
no, super fluvium Scarpum, sub tutela S. Rictrudis, Deo militantium*
Fol. 341. *subvenire cupientes.* Et paulò post: *Concedimus memorato cœnobio cir-
ca ipsum monasterium terras, aquas, & nemora, cum omni integritate.
In pago Cameracinse villam de Lu, cum omni integritate: & in pago
Atrebacense, villam Bartacum, cum omni integritate. Similiter concedi-
mus ei in pago Ostrebanno, villam Gaugiacum, sub omni integritate: &
in eodem pago Ostrebanno, in Lambras mansum, 1. cum molendino suo.
Similiter, & in prædicto pago, videlicet Ostrebanno, de villa Rallegio
anguillas.* CCCC. *Atque in pago Pabulense, villam Bebrigium, cum omni
integritate. Pari etiam tenore largimur in pago Medenensause, villam
Runcinium, cum appendice villa Templeuvio. Necnon, & in pago Leti-*
F. 340. Busel. *ca, villam Hainas, cum appendice villa Nantgiaco. Similiter, & in ipso
Comitatu Latico, de villa Renenga, de omnibus, scilicet rebus majori-
bus, seu minoribus, ac de omni acquisitione omnem decimam. De villa
namque Viriniaco jubemus fieri tres partes de vino, unam partem ad
opus Seniorũ, alteramquoque ad usus sororum, ac fratrum, in Martianis
consistentium, tertiam quidem, ad opus Sororum, ac Fratrum in Hamatico
degentium, omnia jure perpetuo habenda. Insuper etiam concedimus ad
opus Ecclesiæ, infrà ipsum monasterium, mansum unum, & in villa Am-
pleias mansos duos, atque in luminaria ecclesiæ, de indominicato, de ar-
gento libras 3. & ad vinaticum similiter, de indominicato, de vino mo-
dia 12.* &c. Item: *Prætereà statuendo sancimus, ut si in aliquo,
aliquid horum vobis defuerit, quia unum sunt, & sub uno præposito,
ex altero superatur; id est, si vinum, aut annona in uno superabun-
daverit, & alteri defuerit, ex superabundanti deficienti necessaria tri-
buantur. Et si neutrum horum usibus fratrum, seu sororum suffecerit, ex
indominicato cuncta necessaria suppleantur. Nulla igitur ibi præponatur
per violentiam persona, sed ad Episcopum ducatur electa. Hanc paginam,
ut sit stabilis, annulo nostro signavimus, Signum Caroli Augusti glorio-
sissimi Imperatoris. Adaletorius Notarius ad vicem Gauzlini cognovit.
Datum quinto Idus Iulii indictione X. anno xxxviij. regni Domini Ka-
roli. regis in Francia, & Imperii ejus secundo. Actum Pontione Pala-
tio Imperiali, in Dei nomine feliciter. Amen.* Sic, & in diplomate Lo-
tharii ibid. fol. 342. ex iisdem archivis. *IN NOMINE S. ET IN-
DIVIDVÆ TRINITATIS, LOTHARIVS MISERICORDIA DEI,
FRANCORVM REX,* &c. *Charissima conjux nostra Emma, adiens no-
stram præsentiam, humiliter deprecata est, ut quandam villam, nomine
Haines, quæ tempore Arnulphi Comitis, sororibus, ac fratribus in cœno-
bio*

lo S. Rictrudis degentibus injustè sublata fuerat, ob remedium nostrarum animarum, & antecessorum nostrorum precedentium, jam dicto cœnobio redderemus. In fine: *Actum Duacense Castello, anno Dominicæ Incarnationis, nongentisimo septuagesimo quinto, regnante Domino Lothario, anno vigesimo secundo feliciter.* Nota & suprà, *Sorores, & fratres in Hamatico degisse.* In dipl. Caroli idem reperies anno 700. de cœnobio Hasuoniensi, & passim de aliis, ex more primitivæ Ecclesiæ, quæ, & diaconissas admisit, & ascetrias, deinde, & monachas, & canonicas, de quibus agere, cum hujus loci non sit, adeat, si placet, lector, eruditissimum opus de sacris electionibus, & ordinationibus, nuper Parisiis in lucem emissum, à Francisco Hallier, titulo de sexu idoneo sacræ ordinationi, è quo hæc nos excerpsisse sufficiat fol. 512: *Tum apud Chrysostomum, tum apud Basilium, Canonicæ fortè intelliguntur, quæcumque fœminæ, quæ jam regulares dicuntur, & regulam aliquam vivendi austeriorem amplexatæ fuerant, virginitatemque voverant. Canonicarum quoque apud Iustinianum mentio, qui Canonicas, & Ascetrias unà, tanquam ejusdem propositi fœminas, conjungit, eisque psallendi in funeribus officium adscribit, cum Acalythi ad eadem funera acciti, funalia præferrent, & Lecticarii, seu Copiatæ, ac Decani feretrum deferrent. Mentio quoque Sanctimonialium Canonicarum in Concilio Cabilonensi secunda, quæ à Monachis secernuntur, quoniam hæ, quæ sub monastica regula norma degunt, totius vitæ suæ ordinem in eadem, quam profitentur, regula, scriptum habent; quæ autem se Canonicas vocabant, navam ab ipso Concilio regulam accipiunt. Ipsarum quoque mentio in Additione secunda Ludovici Pii Imperatoris, ad Capitularia Caroli, in qua Monasteria Sanctimonialium, tam Monacharum, quàm Canonicarum, adiri prohibentur: quibus in locis Monachæ mihi videntur eæ Sanctimoniales dictæ, quæ regulam S. Benedicti voverant, Canonicæ autem quæ S. Augustini regulam professæ sunt. Eugenius quoque tertius in eadem fortè significatione Canonicas usurpavit, dum in Concilio Rhemensi statuit, ut sanctimoniales, & mulieres, quæ Canonicæ nominantur, juxta beatorum Benedicti, & Augustini regulam, vitam suam in melius corrigant, & emendent, &c. Dixi fortè, nam ambiguum est, num S. Benedicti regula, sanctimoniales; Canonicas sancti Augustini regula ibi adstringat; quod probabilius est: an verò sanctimoniales, seu mulieres, quæ Canonicæ dicuntur, pro iisdem sumat, easque, sive D. Benedicti, sive S. Augustini regulæ addictas velit.* Et paulò post, ad recitatos hos Corippi versus:

Hinc Levitarum venerabilis ordo canentum,
Virgineus tonat inde chorus, vox æthera pulsat.

Subjungit fol. 514: *Cum innocens esset Christianorum cœtus, qui, & deliciis cantûs, aures obturabat, & à cantantium vultibus avertebat oculos, nec suspiciosos, nec cupidos; cùm in Dei laudes, totius populi corda effunderentur, adeò ut nullus, vel certè minimus vanitati relinqueretur locus: tunc, inquam, mulieres in Ecclesia, cum viris cecinisse: nam Philo, Iudæus, in Ecclesiâ Alexandrinâ, cujus instituta, Iudæus tribuit, alternis*

choris, à viris, & fœminis cantatum testatur. Prudenti verò consilio consuetudo ista posterioribus temporibus ab Ecclesia abrogata est. Vnde exstat Canon. 28. in Concilio Romano, anno 1139. sub Innocentio secundo habito: *Ne sanctimoniales simul, cum Canonicis, vel Monachis, in Ecclesia, in uno choro, conveniant ad psallendum.* Quod & conservatum antea in cœnobio nostro Marchianensi, testatur Balderi-
L.2.c.26. cus in chronico his verbis, fol. 246: *Apud villam quoque Marcenias, virgo Dei gloriosa Rictrudis, ex propriis opibus, & prædiis, consilio sancti Amandi, qui tunc temporis insignis habebatur, monasterium struxit, ubi sanctimonialibus ad serviendum delegatis, ipsa etiam Abbatissa, habenas regiminis moderata est. In cujus vita plurimum, & post vitam aliquantulum religio crevit, usuśq; ecclesiasticus regulariter adolevit. Seculo autem semper, ut diximus, in deterius viciato, ipsarum etiam puellarum ordo viciari, & depravari cœperat. Iamque magis, ac depravatus mos in degeneri posteritate, usque in præsens duraverat. Nuper verò jam dictus Abbas Leduwinus, Gerardo episcopo, & Marchione Balduino, satagentibus, fœminas turpiter viventes, mundano loco exturbavit, ac monachos, qui melius, & religiosius Deo, & prælibatæ virgini, quæ ibidem quiescit, deserviant, constituit.* Sic & de Hamatico, seu Ha-
Cap. 27. matgia cœnobio, sequitur ibidem: *Nec procul hinc, in villa Hamatgia, beata quoque Christi famula Eusebia, prædictæ scilicet virginis filia, ex rebus hereditariis ecclesiam struxit, quàm sanctimonialibus constitutis, etiam ipsa Abbatissa, pro modo facultatis, multa ope dotavit, quæ nunc per secularitatem multum delapsa, vix paucos canonicos habet.* Author Chronici Marchianensis apud Buselinum loco citato tradit, S. Rictrudem filias suas tres secum in monasterium adduxisse, Clotsendem videlicet, & Eusebiam, & Adelsendim, ac cœnobium perfecisse, fol. 338. Busel. *Ad Orientalem Martianensis villæ partem cœnobio ritè composito, & à duobus venerabilibus Episcopis, Autberto videlicet, & Amando, monasterio in honore Apostolorum Petri, & Pauli sexto Kalend. Novembris solemniter dedicato, nobilis matrona Rictrudis voti compos, universa, quæ sibi residua videbantur esse, testamentum legitimum faciens, perpetuo jure possidenda liberaliter Sanctus Dei, & eidem contulit monasterio, obtulit quoque secum tres filias suas virgines infantulas regi Christo cœlesti sponso fore charissimas.* Harum minima natu Adelsindis, non diu post indutum religionis habitum
L.2.c.41 fol. 204. terras reliquit, ut ex arch. Marchian. docet Buselinus. Sub id tempus S. Amandus Lutosæ quoque monasterium construxit, &
L.2.c.43 & 44. Rotnaci. Vtriusque meminit Baldericus, fol. 263: *Est & monasterium quoque Canonicorum, in honore Apostolorum Petri, & Pauli, in vico qui dicitur Lutosa, quod construxit beatus Amandus: est & dives Abbatia, ubi vir Dei venerabilis Boidilo requiescit, qui corpus S. Mariæ Magdalenæ de Hierusalem in Burgundiam, in loco Vercelliaco attulisse fertur.* Item cap. sequ. *In vico Rotnasce est monasterium Canonicorum, à sancto quoque Amando, in honore eorundem apostolorum constructum, ubi martyr Dei pretiosus Ermes quiescit. Hoc autem demiramur,*

quòd

quòd hunc locum tam antiquum, & tam opulentum, Ludovicus Pius, Endensi cœnobio subjacendum donavit. S. Vincentius Hannoniæ Comes, ob populi ad se confluxum, deserit Altimontem; fundatque Sungeias. Baldericus: *Repetamus etiam locum, quem relictis quidem in Altomonte fratribus, expetiisse beatum Vincentium prædiximus. Hic profectò ab incolis Sungeias nuncupatur. Vbi ipse vir Domini, à frequentia populari remotus, fratribus sociatis, monasterium struxit, ibique exactis hujus vitæ cursibus fœliciter, sepultus, cum filio suo Landrico, Episcopo, in pace quiescit.* Hoc anno, inquit Miræus, de S. Trudone; *Cænobium Sarciniense, quod hodie sub instituto Benedictinorum in oppido S. Trudonis floret, in prædio suo avito, suis ipse facultatibus, magnificè extruxit, ac dotavit.* V. anno 644. Item 655. Ibidem id se hausisse scribit Miræus, *Ex illius loci archivis, anno.* 1621. Vnde collige nobilissimum juvenem, sub primis pueritiæ annis, pareute utroque orbatum, plurima bona possedisse, factumque, ut eorum nomina non devenerint ad vitæ ejus scriptores. L.2. c.46. 23.Nov. Fast. Belg.

Anno Christi 648. *Clodovei Neust. & Burg. Reg. VI. à morte patris II. Sigeberti Regis Austr. VII. à morte patris II. Pipini Majoris domûs XXXI. & ultimo, Erchenoaldi Majoris domûs in Neustria I. Grimoaldi Majoris domûs in Austrasia I. Post anni circulum*, à morte Dagoberti, *Pipinus moritur*, ut suprà Fredegarius. Et Aimoinus: *Evoluto anno, Pipinus diem obiit.* Vita Sigeberti Regis, fol. 592. de morte ejus, & prolibus, hoc modo: *Interea Pipinus Major domûs ex hac luce est subtractus, qui ipsum Sigebertum paternè nutrierat à puero, & valido sui auxilii sustentaverat brachio. Hic omnimodis Regno utilis, genere, potentia, prudentia, & fortitudine super omnes nominabilis, Grimoaldum filium suum rerum suarum hæredem fecit: duas quoque filias suas, Gertrudem, & Beggam, ad laudem, & gloriam generis sui post se reliquit: quarum una, Gertrudis, Christo, quàm sponso carnali, malens nubere, sanctæ religionis proposito inserviens, in Nivialensi cœnobio, à sua matre fundato, spiritualem prolem adhuc non desinit, Deo gignere. Soror ejus Begga, nupta Ansigiso, sancti Arnulfi, Metensis Episcopi, filio, Regiæ dignitatis decus, quod penitus disperierat per Regum Francorum inauditam desidiam, per suam reparavit prosapiam. Ipsa siquidem genuit Pipinum, Pipinus Karolum, qui Tudetes, id est Martellus, est agnominatus, Karolus Pipinum Regem, Pipinus Karolum, cognomento Magnum.* Vita S. Modoaldi, 12. Maij, Sur. 167. *Dum B. Itta post obitum sui consortis, tum propter generis excellentiam, aut etiam ob multiplices prædiorum possessiones, & numerosam familiam, à multis, nobilibusque procis, studiosissimè peteretur, illa secundum vitans matrimonium, quæ alteram sanctæ continentiæ palmam assequi cupiebat, à sancto Amando Trajectensi Episcopo, divinitus ad eam directo, sacrum velum, sanctaque religionis habitum suscepit, spemque nuptiarum, tot procis insipientibus, sapiens mulier abstulit.* Auctor vitæ S. Gertrudis apud Haræum in Grimoaldo de eodem sic scribit: *Mortuo patre ejus Pipino, veneranda ejus mater Itta, casta quoque professionis velamen à B. Amando Episcopo accepit,* L.4. c.38. Tom. 1. Chesne.

domumque suam in sanctimonialium monasterium, ejusdem Antistitis consecratione commutavit. Ob quod factum, multas calumnias, & injurias, cum dilecta filia sua Gertrude sustinuit. Sed mater usque adeò non est his mota, ut etiam filiæ suæ ob hoc gaudenti (ne fortè eam, animorum corruptores, vi à se aliquando abstraherent) licet nondum consecrata, arrepta forfice capillos abscideril. Vnde & ipsa etiam aliquantò post inter virgines, suscepto velamine, consecrata est; ac deinde, succedente tempore, unanimi consensu ad regimen quoque expedita. Altera vita S. Gertrudis, apud Richelium fol 47. ea de re scribit in hæc verba: *S. Itta prolixos crines, egregium virginei capitis decus, filia amputavit, nihili pendens exterioris deformitatis opprobrium*, &c. *quod in adulteris mulieribus, ac probrosis meretricibus summa pœna existimari consuevit, in amorem castitatis, offerente matre, in se spontaneè virgo Christi excepit.*

Cap. 6.

Domus verò Ittæ commutata in sanctimonialium monasterium, est nunc oppidum, atque Abbatia Nivellensis. I. B. Gramaye, de Nivella, fol. 9. *Rei sacræ, & religionis apud Nivellas initium non alterius, quam ab Antistite Amando, & Itta Pipini primi conjuge. Illius consilio hac Nivigellensem cellam, sive cœnobium instruxit, exstructoque Gertrudem filiam præfecit. Cæterum ubi monasterium illud vetus fuerit, & cujusmodi in eo religiosæ, aquè controversum est. Sunt qui primitus extructam putent Abbatiam, loco, qui adhuc nomen retinet, in pago vicino, & subjecto Nivellis. Alii ex cubiculo D. Gertrudis, quod in æde urbis primariâ visitur solemni peregrinorum concursu, aliter conjiciunt Quoad religiosarum qualitatem hoc disco ex diplomatibus, utriusque sexus ab antiquo fuisse collegium, dictos fratres, & sorores Nivells cœnobii.* Huc facit, quod habemus in vita S. Aldegundis, eam visiones sibi oblatas descripsisse, *& Abbati cuidam Religioso nomine Sobino de monasterio Nivialensi commisisse.* De fratre S. Gertrudis, sic eodem anno Fredegar: *Grimoaldus filius ejus* (Pipini) *cum esset strenuus, ad instar patris, diligebatur à plurimis.* A Patre Pipino, qui regnum Dagoberti moderabatur, Major domûs puero Regi constitutus fuit; quare annum Grimoaldi in Majordomatu, ut tum loquebantur, eundem statuo, quem regni Sigeberti; at non numero, nisi mortuo Pipino. Clodovæo Regi, puero quoque, constitutus Major domûs Neustriæ fuit Æga, sive Æganes, ut antea ad annum 647. Ægæ mortuo *Anno III. regni Clodovæi*, ut suprà scripsit Fredegarius, cap. 83. successit Erchonoaldus, frater Adelbaldi, Ducis Duacensis, cujus etiam meminimus paulò ante, anno 643. fol. 141. hujus Major-domatûs annos in Neustria sub Clodovæo, etiam non adnumero, nisi post mortem Pipini, qui, quoad vixit, verè, & Neustriam & Austriam fuit moderatus. Fredegarius cap. 84. Erchenoaldum consanguineum Dagoberti nominat, his verbis, fol. 764: *Post discessum Æganæ Erchinoaldus Major domûs, qui consanguineus fuerat de genere Dagoberti, Major domûs Palatii Chlodovæi efficitur.* Pro *de genere*, ex alia lectione, du Chesne ad marginem apponit: *De genetrice.* Bertada, videlicet, Burgunda, ex qua Clotario natus

Cap. 86.

Fol. 150.

natus Dagobertus anno 602. atque hinc fortasis originem habet V. fol. 78.
fabula de Saluardo Divionensi &c. Circa hæc tempora S. Audomarus, non Teruanenses tantùm, sed & Bolonienses, ad fidem Christi adducit. Folcardus apud Surium, in vita ejus: *In oppida, quod Bononiam, alii Boloniam vocant, ubi fluviolus Elna in mare evoluitur, Sacrasancta missarum celebrat solemnia.* Eodem anno 648. cum obiisset Aicharius, Noviomensis, & Tornacensis Episcopus, eligitur ab omnibus, Eligius, de quo sic Oudoenus, Chesne 632: *Tunc ergo placuit omnibus, uno, in Spiritu sancto, accepto consilio, simul cum Regis imperio, ut nullus precio dato ad Sacerdotale officium admitteretur: neque eos, qui, ut lupi rapaces, dando munera, mercanda censebant dona Spiritus sancti, sed illos potiùs, qui essent boni testimonii viri, & irreprehensibilis vita, ad Pontificatûs ministerium eligerent. Exinde igitur elegerunt ob meritum sanctitatis, ad Sacerdotale officium, cunctis bonis operibus praditum sanctum Eligium, jam lumine Spiritûs sancti irradiatum, ut praeesset Ecclesia Noviomensi. Decesserat enim eo anno Aicharius, ejus urbis Antistes. Elegerunt autem cum eo, & Audoenum, sodalem ejus, qui vocabatur Dado, ut praeesset Ecclesia Rotomagensi. Hoc ergo modo, aurificem invitum detonsum constituerunt custodem urbium, seu municipiorum, quorum hac sunt vocabula: Veromanduensis scilicet, que est Metrapalis urbs: Tornacensis, qua quondam fuit regalis civitas: Noviomensis, & Flandrensis, Gandensis, atque Corturiacensis. Ob hoc autem, vel maximè eum his dederunt Pastorem, quòd ejus regionis incola, magna adhuc ex parte, gentilitatis errore detinerentur, vanisque superstitionibus satis deditis essent, & tanquam agrestes fera, nullius salutarem sermonem admitterent. Itaque vir beatus, cùm se nullo modo ab imposita munere excutere posset, ne in ulla à Catholica regula deviare videretur, non se permisit priùs Sacerdatem consecrari, quàm sub Clericatûs normula, aliqua temporis curricula exegisset.* Cap. 3.

Anno Christi 649. *Cledovai II. Neustr. & Burg. Reg. VII. à morte patris III. Sigeberti Regis Austr. VIII. à morte patris III. Erchonoaldi Majoris domûs Neustria II. Grimoaldi Majoris domûs Austr. II.* Pergit Oudoenus in vita S. Eligii, Chesne 632: *Eo igitur tempore transacto, & Audoeno à partibus Transligeritanis reverso, jamque eo Presbytero à domino Deodato, Matascensis urbis Episcopo, ordinato: inito consilio, pariter sub unius diei articulo Apostolicam benedictionem gratuitò meruerunt, eo tempore, quo apud Gallias à cuncto populo Rogationes celebrabantur. Convenientes igitur simul in civitate Rothomagensi 14. die mensis tertii, anno III. Clodovai juvenculi adhuc Regis, die Dominico ante Litanias, inter catervas populi, inter agmina Clericorum, inter choros psallentium consecrati sumus gratis ab Episcopis pariter, Episcopi, ego Rothomago, ille verò Noviamo. Atque ita Episcopatu suo suscepto, ad sedem suam remeans, qualem se deinceps, quantumque praestiterit, quis dignè valeat explicare?* De Audoeno sic & author vitæ S. Wandregisili coæqualis 22. Iulii, Sur. fol. 272: *His porro diebus gloriosus confessor Domini Audoenus, anno tertio Cladovai Regis, filii Dagaberti,*

goberti, sedem urbis Rothomagensis adeptus, verbum salutiferæ prædicationis suis civibus administrans, fidei catholicæ fautor, pariterque præceptor, barbaricas, atque indomabiles eorum mentes nectare Evangelicæ doctrinæ debriabat. Hoc anno, ut est in Vita ejus, apud du Chesne
Tom. 1. fol. 657. *Beatissimus Furseus navigans ex Scotia sive Hibernia venit in Galliam, statimque à Rege Clodoveo, & Patricio Erchenaldo honorificè susceptus, data est ei à Rege licentia providendi omnem potestatem suam, ut sibi*
Fol. 681. *condignum locum ad habitandum inveniret. Cùm venisset beatus Furseus in pagum Pontivum, in villa quæ dicitur Major, audivit planctum magnum in domo Haimonis Ducis, eo quòd filius ejus unicus esset defunctus.* &c. *Vir domini memoratus Erchenaldus audiens famam beati Fursei, obviam ei perrexit, orans, & postulans, ut veniret ad domum suam, ad Palatium Perronensis vici, & in sacrum baptisma filium suum poneret, & à fonte susciperet. Ipse autem annuit.* Et Mox; *Furseus è multis locis elegit Latiniacum.* Ejus & sociorum meminit Beda supra ad annum 362. fol. 117. ubi de rebus, ab iis, in Scotia, & Anglia gestis: Post quæ ita pergit loco citato, de Fursæo; *Dein turbatam incursione gentilium provinciam videns, & monasteriis quoque periculum imminere prævidens, dimissis ordinatè omnibus, navigavit Galliam; ibique à Rege Francorum Lothovio, vel patricio Erconvaldo, honorificè susceptus, monasterium construxit in loco, Latiniaco nominato.*

Anno Christi 650. Clodovei II. Neustr. & Burg. Reg. VIII. à morte patris IV. Sigeberti Regis Austrasiæ IX. à morte patris IV. Erchonoaldi Majoris domûs Neustr. III. Grimoaldi Majoris domûs Austr. III.
Cap. 89. Fredegarius: *Anno IV. regni Clodovei, cùm Nanthildis Regina post discessum Ægani, unà cum filio, Aurelianis in Burgundia Regnum venisset, ibi omnes seniores Pontifices, cum Ducibus, & primoribus ipsius regni, ad se venire præcepit, cunctosque sigillatim benignissimè attrahens, Flaocatum genere Francum Majorem domûs statuit in regno Burgundiæ: Pontificum, & Ducum electione, hujusmodi honoris gradu, eum stabiliens, neptémque suam nomine Ragnebertam ipsi desponsavit. Erant verò*, ut ibidem sequitur, *Erchenoaldus, & Flaocatus Majores domus consentientes adinvicem.* Flaocatus videlicet Major domûs in Burgundia, quorum seriem non attingo. Aimoinus pro eo quod suprà Fre-
L. 4. c. 39. degarius dixit: Aurelianis in Burgundia, habet: *Anno IV. regni sui Clodoveus cum Nanthilde matre, Aurelianos, caput regni Burgundiæ, petiit.* Vnde patet hoc tempore Burgundiæ nomen latissimè sumptum fuisse, ac continuisse etiam velut regnum Aurelianen-
C. 90. se. Pergit Fredegarius: *Eo anno Nanthildis Regina moritur.* In gestis Dagoberti primi, Chesne 588. *Anno IV. regni Clodovei,* &c. *Filio jam utiliter in Neptrico, & Burgundia, regnante, Nanthildis Regina moritur,* &c. Audoenus postquàm l. 2. cap. 2. narravit D. Eligium ad sedem Noviomensem profectum esse, atque inde, ut è sequentibus apparet, etiam ad Tornacensem; statim subjungit,
Sur. fol. 11. 1. Dec. cap. 3. *Porrò autem pastorali curâ solicitus, lustrabat urbes, & municipia, circumquaque sibi commissa. Sed Flandrenses, atque Andoverpenses, Frisones*

Frisones quoque, & Suevi, & Barbari quique, circa maris litora degentes, quos velut in extremis remotos, nullus adhuc prædicationis vomere exararat, principio eum hostili animo, & aversâ mente exceperunt. Postmodum verò, cum paulatim per gratiam Christi, eo verbum Dei insinuare cœpisset, pars maxima trucis, ac barbari populi, relictis idolis, conversa est ad verum Deum, & Christo subjecta. Sicque demum factum est, ut quasi cælitus lumen ostensum, aut radius quidam solis erumpens, totam regionis illius barbariem illustraret. Nam & illi, qui cum primò, ceu ferocissima bestia discerpere cupierant, postea attendentes ejus bonitatem, & mansuetudinem, imitatores ejus fieri cupiebant. V. & l. præced. c. 24. fol. 491. *Flandrenses*, qui primo loco ponuntur, libro præcedente docuimus, propriè esse Brugenses, & Franconatenses hodie appellatos, tum & Rodenburgenses, seu Ardenburgenses, & Oostburgenses; Frisones quoque eos, quos Vrios, & Frios, & Frisios appellant, vulgò *De Vrijen*, præsertim ad Isendicam, item Bierfletum; ad Zelaodos usque Cis-scaldanos, ut Walacros, Duvelandos, Bevelandos, Borsalienses, Wolferdicanos; qui licet Flandriæ accenseantur, Frisonum Episcopo Trajectensi subfuere. Qui olim Sweven, intelligo *Zuevos*, unde Sweveghem, Swevezeele, propè Cortracum, non Zeuwos. i. Zelandos. V. lib. 2. præced. c. 18. fol. 182. cap. 24. fol. 516. à veteribus Suevis; item cap. 22. fol. 415. Chronicon vetus Aldenburgense, de eo sic habet: *Anno 650. Eligius ex Lemovicibus ortus constituitur Episcopus Noviomensis, qui publicè de religione in hac maritima gente concionatus, Flandros ad Christum convertit, Brugis præfuit, &c.* In arce, videlicet, seu burgo Brugensi, quod conditum à primis Francis docuimus jam inde ab anno Christi 366. & ostensum libro præcitato, fol. 405. cap. 22. Cui burgo tum procul dubio vice-Comitis nomine, id est, Castellani, præfuit, dictus Charimundus, respectu reliquæ Flandræ, Comes etiam appellatus, vulgò *Gravio*, qui cum Christianus esset, credendus in eo sacellum quoddam habuisse, à S. Eligio tum temporis D. Virgini dedicatum, quod frustra chronicon vernaculum attribuit fabuloso Liderico. Eodem anno S. Trudo, quem ann. 644. fol. 142. suprà scripsimus omne patrimonium suum Deo obtulisse, postquam Mettis, sub S. Clodulpho egregiè in studiis profecisset, atque in Hasbania quidquid Sarcinii possederat, S. Clodulpho Mettensi Episcopo obtulisset, Brugas venit ad S. Eligium, ut antea anno 629. fol. 108. S. Bavo Gandavum ad S. Amandum. Hic cum plurima etiam haberet allodia, ac nominatim sylvam Quercea m, ubi Iovi à Francis, & Flandrensibus ethnicis, olim sacrificia oblata, eam etiam in monasterium voluit converti, hodie etiamnum. Eeckholtanum appellatum, in cujus archivis, sic reperio: *Circa annum Domini 650. idem S. Trudo juxta Brugas Flandrorum, ubi plura habebat bona, celebre fundavit monasterium 80. Religiosorum.* Huic consonat epistola Rudolphi Abbatis Trudonensis ad Walramum Ducem Limburgensem, & Ad-

vocatum ecclesiæ Trudonensis in Hasbania, è qua hæc excerpsit Miræus in ann. Belg. ad annum 689. fol. 218: *Notum vobis facimus breviter, S. Trudonem progenitum fuisse de nobili stirpe Francorum Regum, & Ducum Austrasiorum; propter amorem Dei, reliquisse militiam sacularem, & angelicâ revelatione, & beati Remacli admonitione, Metas transisse, & omne patrimonium suum B. proto-martyri Stephano tradidisse; litteras ibi didicisse, multis miraculis ibidem claruisse, & usque ad sacerdotis virtutem, scientiam, & gradum pervenisse: deinde ad terram nostram reversum, cœnobium nostrum fundasse. Tanta autem, & tot fuerunt prædia sua, quæ B. protomartyri Stephano tradidit, ut exceptis his, quæ Metensis Episcopus ad dominicalia sua tenet, & milites ejus multi in beneficiis habent, & exceptis his, quæ ecclesia nostra adhuc possidet, & exceptis multis, & magnis, quæ jam olim Ecclesia nostra perdidit (nam inter cetera Bruges in Flandria, alodium S. Trudonis fuit, ubi, & congregationem LXXX. monachorum habuit) exceptis his, inquam, & aliis multis, tot, & tanta fuerunt, ut vos habeatis inde in feoda, pro Advocatia, mille & centum mansos. De quibus Comes Duracbrensis Giselbertus tenet de nobis trecentos: exceptis ecclesiis, & servis ad eam pertinentibus, & placitis suis, & justitiis suis.* Post quam recitatam, ita pergit Miræus: *Ita Rodulphus Abbas Trudonensis in sua, ad Waleramum Ducem epistola, circa annum* 1130. *scripta.* Hoc procul dubio Rudolphus Abbas hausit ex archivis tum temporis in cœnobio suo repertis. Quod ipsum *habent etiamnum vetera monumenta cœnobii Virginum, quod sancti Trudonis conditoris sui nomen, hodieque apud Brugenses retinet*, teste Miræo. Vide lib. præced. fol. 414. Fuit enim ex primo instituto monasterium S. Trudonis secus castrum Brugense, utriusque sexûs, ut pleraque, secundum regulam S. August. viventia; ac viri propriissimè, à Canone 1. *Regula*, quam observabant, Canonici, mulieres Canonicæ dicebantur, ut suprà dictum ad annum 647. fol. 155. Erat tum temporis S. Trudo, non nisi viginti duorum annorum, quodque adhuc pœne puer promiserat, ut scriptum ad annum 644, nunc juvenis, in florentissima ætate, exequebatur, eratque adhuc velut in tirocinio militiæ Christi, unde sic legitur in vita S. Landradæ, conscripta à Theodorico Abbate Trudonensi, apud Surium, 8. Iul. fol. 139: *Cilicio obvoluta, in nuda humo Christi miles exercebatur: quod peccasse quis poterat, velut si jam ipsa quoque peccasset, in se vindicans, & alienè delicti pœnas luens. Martinus eo tempore Romæ, Remaclus Trajecti, verbis, & opere pervigilabant in cura sacerdotali: Trudo in Hasbania in tyranem Christi coalescebat. Horum accensa virtutibus, per momenta, aut patriam deserere, aut eremum desiderabat involare.* Porrò à prima adolescentia D. Trudonis singularis notatur in pauperes humanitas, & munificentia, unde sic in vita ejus, Theodoricus fol. 505. Sur. 23. Novemb. *Conversus ad pauperum suorum notam catervam, eas concives, eos amplectis familiares, eorum conventui frequens adesse, & unumquemque appellans, ex nomine, divisâ pietate singulis famulari,*

& pro-

& providere, unus ipse omnia omnibus esse. Quibus ita jam notus erat; ut misericardiâ conversâ in consuetudinem, eleemosynam jam non peterent, sed magis, ut debitum ab hoc suo stipendiario exigerent. A primava quippe atate, adhuc licet positus sub tutare, nunquam calore astivali, nunquam frigare prahibitus est hyemali, quin statim, ut nudum, aut indigentem, obvium habuisset, singularem licet tunicam, aut dimidiaret, aut integram erogaret. Meritò huic sancto, urbis Brugensis, cum D. Eligio, Apostolo, & Abbatiæ suæ fundatori, Venerandus Præsul Nicolaus Trooſtenbergius, 23. Novembris anni præcedentis 1650, Iubilæum millenarium, in Abbatia sua Eeckholtana celebravit, cui & Magistratus Brugensis, accensis ad utramque turrim festivis ignibus est congratulatus. Paulò ante hunc annum, S. Amandus legatione missâ ad Martinum Papam, absolutam petiit ab Episcopatu Tongrensi vacationem, pertæsus etiam sacerdotum aliquot pravos mores, quos ad meliorem frugem adducere non potuerat crebrâ monitione. Huic petitioni, cum literis ad eum scriptis, Pontifex non annuisset, ipsemet Romam est profectus, præsertim cum iisdem literis, aliquot Galliarum Episcopos, ad synodum, adversus hæreticos Romæ congregandam, Pontifex evocasset. Exstant eæ literæ apud Sirmondum, unde hæc delibamus: *DILECTISSIMO FRATRI AMANDO MARTINVS* &c. *Ex relatione, juxta tenarem tua fraternitatis epistala, prasentium latoris, laborum tuorum certamen cognovimus.* &c. fol. 486. *Suggestum est namque nobis, eo quod presbyteri, seu diaconi, aliique sacerdotalis officii, post suas ordinationes, in lapsu coinquinantur: & propterea nimio mærore fraternitatem tuam adstringi, velléque pastorale obsequium, pro eorum inobedientia, deponere, & vacationem ab Episcopatûs laboribus eligere, & in silentio, atque otio vitam degere, quàm in his, qua tibi commissa sunt, permanere, dicente Domino: Beatus qui perseveravit usque in finem. Vnde namque beata perseverantia, nisi de virtute patientia?* Item fol. 487. *Iterum hortamur caritatem tuam, exemplo ejus, qui pro nobis pati, & mori valuit, promptos vos in cunctis ejus servitiis permanere. Neque pigeat vas temporales cruciatus pra Christi nomine sustinere: sed emolumenta futura remunerationis hujus saculi vexationes tolerare persuadeant. Scriptum namque est, Quid retribuam Domino pro omnibus qua retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Tantùm enim à nobis exigitur, quantum possumus famulatûs nostri obsequia cammodare.* Meminit & hæresis Romæ pullulantis, de qua suprà ad annum 647. fol. 151. quare inquit in eadem epistola, 488. *Et Sigebertum pracellentissimum filium nostrum regem Francarum, pro sua Christianitatis remedio consultissimè admone atque precare, dirigere nobis ex corpore fratrum nastrorum dilectissimos Episcopos, qui sedis Apostalica legatiane, divinâ concedente propitiatione, fungi debeant; & qua in nastro concilio peracta sunt, cum his Synodalibus apicibus vestris, ad clementissimum Principem nostrum sine dubio adsportare: ut nostrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipisci valeat,*

Conc. Gall. tom. 1.

& sui regni protectorem inveniat eum, cujus causa flagitari dignoscitur. Acta Concilii Romani, centum, & quinque Episcoporum, Baronius hoc anno recenset, quem vide. Ejus ad Papam Martinum
Cap. 4. 5. Sur. 1. Oct. profectionis, meminit Theodoricus in vita S. Bavonis: *Eâ tempestate B. Amandus, vir apostolicus, & totus ex virtutibus factus florebat, &c.* fol. 5. *Sanctum Papam Martinum adiit, multaque de infructuoso, in effructuosam gentem, suo labore conquestus, iterum ab eo in opus Evangelii animatur, datis ei suppetiis venerabili Archipresbytero Landoaldo, & Amantio Diacono. Emensis igitur Alpibus, Galliam ingressi sunt: cumque videret Amandus messem quidem multam, operarios verò paucos, Landoaldum Trajecti reliquit.* Hoc anno Haræus, Miræus, aliique, planè exstructum scribunt, monasterium Nivellense, cui Itta mater, Pipini vidua, præfecit filiam suam Gertrudem annorum circiter 30. utpotè natam anno Christi 619. v. fol. 99. Vita S. Gertrudis apud Riquelium, postquam egit de morte Pipini:
Cap. 2. *Contigit venerabilem Episcopum Amandum ad ejus* (Ittæ) *domus adventare, qui tunc in Dei rebus magnus habebatur, tunc venerabilis Itta depoposcit, ut ab eo sibi sacrum velamen imponeretur, & ut ex sua domo monasterium consecraret.* Item cap. 3: *Accipiens filiam suam* (Ger-
Cap. 3. trudem) *obtulit eam sacerdotibus Dei, ad accipiendum sacrum velamen, præposuitque eam omni gregi Nivallensis monasterii.* In altera ejus vi-
Cap. 6. ta apud Ryquelium, cap. 6: *S. Itta prolixos crines egregium virginei capitis decus filiæ amputavit,* &c. *Et Gertrudem sanctis virginibus*
Cap. 7. *Nivellensis cœnobii præfecit.* Pergit ibidem: *Contigit interea eodem tempore viros sanctos Foillanum, Vltannum, aliosque quamplures, animarum lucra quærentes, à transmarinis regionibus in Galliam transfretasse, & ad ipsam declinare, quos pia virgo latissimè suscepit,* &c. *Hi codices ædificationem sanctam continentes, virgini offerebant, sed & pretiosos*
Cap. 11. *codices, undecumque potuit, collegit.* Et paulò post: *Dedit S. Gertrudis B. Foillano in vicino, locum quem Fossas appellant, ubi monasterio constructo, & fratribus prodesset; acceptum monasterium construxit, eique germanum suum D. Vltanum præfecit.* Foillanus ille Româ tunc primum adveniebat, quò iverat, ut est apud Baronium, è Molano 31. Oct. ex historia vitæ ejus, M. S. *Petiturus à Martino Pontifice, Episcopalem benedictionem, ad infidelium conversionem, quâ acceptâ, ad Gallias venit.* Fratres fuisse Fursæum, Foillanum, Vltanum, suprà docuimus è Beda fol. 117. anno 632. Eos cum aliis quoque sociis in Belgium advenisse, scribit Molanus 3. Decemb. ex monumentis monasterii Walciodorensis: *Walciodori, depositio sancti Eloquii, presbyteri, & confessoris. Qui ex Hibernia, ad Galliarum littora venit, cum venerabilibus viris sanctis, Furseo, Vltano, Foillano, Boetio, Mombolo, Adalgiso, Hettone, Helano, Tresano, Germano, Verano, & Columbano.* Columbanus malè hîc additur, nisi alius fuerit à præcedente, quem obiisse scripsimus anno 616. Notandum Foillanum, & fratres, dici modò Hibernos, modò Scotos, quod & Hibernia, Scotia sit appellata. Miræus in fastis Belgicis, & Burg. 3. Dec.

ad vitam

ad vitam S. Eloquii, fol. 718. *Hibernia insula, Orpheo, Aristoteli, & Claudiano,* Ierna, *Iuvenali, & Mela* Iuverna. *Diodoro Siculo* Iris, *Britannia insula omnium amplissima (quæ Angliæ, & Scotiæ, regna, complectitur) latus occiduum claudit. Posteriori tempore Scotia etiam dicta fuit, Isidoro, & Beda, à Scotis incolis: & inde Scotia nomen, cum Scotis, & lingua veteri Hibernica, in Britanniam, seu Albianem insulam, commigravit. Orosius certè, sub Honorio, & Arcadio, Augustis, Hiberniam, à Scotorum gentibus habitatam fuisse, disertè scribit. Vnde ejus Synchronus Claudianus:*

Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne.

Et alibi:

Totam cum Scotus Iernem Movit.

Hæc est illa, de qua Isidorus lib. 14. *Orig. c.* 6. *scribit*: Scotia eadem & „Hibernia, proxima Britanniæ insula. *Beda lib.* 1. *c.* 1. *& lib.* 5. *c.* 14. Hibernia, *inquit*, est insula omnium, post Britanniam maxi„ma, ad occidentem Britanniæ sita: hæc propriè Scotorum patria est. Vide & sub finem anni 649 fol. 160. Circa hæc tempora, fieri potest, cum è Scotia, atque Hibernia, multi ad hasce partes affluerent &c. advenerit, & ad Flandrenses recenter à S. Eligio conuersos, Guthagonus Scotus, de quo sic Molanus 3. Iul. *In Oostkercka, burgo Flandriæ, sancti Guthagoni confessoris, Regis Scotiæ, qui ibi peregrinus pro Christo, in pace quievit. Hic, sicut sua posteritati antiquitas reliquit, creditur, dum viveret, regalis fuisse dignitatis; sed considerans omnia esse vanitatem, quæ sub cœlo sunt, in Flandriam pervenit. Vbi circa littora maris in vicinia de* Knocken, *aliquamdiu sanctè est conversatus, & à clericis, & laïcis, Oostkercka, cum devotione sepultus, in occidentali parte cœmeterii.* Ibidem & *Gillo* claruit, qui, ut ait ibidem Molanus: *Eidem sancto adhuc viventi familiarius adhæserat,* &c. Qui Principes, Duces, ac Comites erant, apud historicos, eo tempore Reges, & Reguli, in illis partibus, facilè vocabantur, sic & de Fursæo, Miræus in fastis Belg. 16. Ianu: *Fursæus fuit filius Philtani Regis Hiberniæ.* De Dympnâ quoque Regis Hiberniæ filia, quæ Gelam fugit, cum Gereberno sacerdote, ibique à patre decapitata, miraculis scribitur claruisse, dubito, an ad hæc tempora referendum sit; speto de horum vita, ea, quæ è tenebris in lucem adferentur, nos certiores facturos. Sub id tempus Waldebertus, seu Walbertus, è S. Bertini discipulo, factus monachus Luxoviensis, succedit in locum Eustatii Abbatis defuncti, prout meminimus ad annum 640. Afferit id Ionas Scotus, Eustatii discipulus, in ejus vita, apud Surium: *Monachorum* (inquiens) *sub ejus obedientia in sæpè fato cœnobio quam maxima creaverat turba, ut jam multa, per vicina, construerentur monasteria, quæ ejus successor Walbertus firmavit, atque ædificavit.* Idem de S. Eligio agens paulò ante, *Qui,* 29. Martij. inquit, *modò Viromandensis Ecclesiæ Pontifex præest.* Ex quo tempus apparet, quo Walbertus, Eustatio successit. Idem huic Walberto inscripsit vitam, tam Eustatii, quam Columbaui. Mense Octobri

X 3 hujus

hujus anni profectus eſt S. Eligius Cabillonas, ubi Clodovæus Rex promovendæ fidei Chriſtianæ, & orthodoxæ, per univerſum regnum ſuum admodum deditus, ex veteri inſtituto, ſynodum convocavit, ad ea, quæ præcedentium Regum tempore neglecta fuerant, aut vitiata, in priſtinum ſtatum reducenda. Ejus ſynodi T.1. f.489. Conc.Gall. initium ſic ſe habet, apud Sirmondum: *Priſcis quidem canonibus noſcitur inſtitutum, ut Metropolitani, cum eorum comprovincialibus, per ſingulos annos debeant in ſynodali conjungi, Deo propitiante Concilio. Sed nunc, tam ex communi omnium voluntate, quàm ex evocatione, vel ordinatione glorioſiſſimi domni Chlodovæi Regis, pro zelo religionis, vel orthodoxæ fidei dilectione, in Cabilonenſi urbe, in Eccleſia S. Vincentii pariter conglobati, ipſius ſancti Martyris interceſſionem poſcentes, ut longævitatem ſupradicti principis, ſuo ſuffragio mereremur, & inſpiratione divinâ interveniente, de canonibus ſignificaretur, quòd ſi fuiſſet aliquid prætermiſſum, vel per negligentiam, aut ignorantiam vitiatum, in priſtinum ſtatum, ſicut dudum fuerat, a ſanctis patribus ſtatutum, deberet auxiliante Chriſto domino reformari.* Item Canon. 1. *Ita omnes unâ conſpiratione, & connivente animo ſentientes definivimus, ut fidei norma, ſicut in Nicæno Concilio piâ eſt profeſſione firmata, vel à ſanctis patribus tradita, atque ab ipſis expoſita, vel in poſtmodum, à ſancto etiam Calchedonenſi Concilio firmata, in omnibus, & ab omnibus conſervetur.* Item Canon. 2. *Canonum verò ſtatuta ab omnibus intemerata ſerventur.* Canon 3. 4. 5. 6. 7. &c. Faciunt ad reformationem cleri, cujus corruptelam Martinus Papa, præcedenti epiſtolâ, deplorarat. Tum etiam contra ſæculares judices, qui in eccleſiaſticos, & monachos nimium ſibi juris vindicabant. Canon. 11: *Pervenit ad ſanctam Synodum, quòd Iudices publici, contra veterum conſuetudinem, per omnes parochias, vel monaſteria, quæ mos eſt Epiſcopis circuire, ipſi illicitâ præſumptione videantur diſcurrere, etiam. & clericos, vel Abbates, ut eis præparent, invitos, atque diſtrictos, ante ſe faciant exhiberi: quod omnimodis, nec religioni convenit, nec canonum permittit auctoritas. Vnde omnes unanimiter cenſuimus ſentientes, ut deinceps iſta debeant emendare: & ſi præſumptione vel poteſtate qua pollent, excepto invitatione Abbatis, vel Archipresbyteri, in ipſa monaſteria, vel parochias aliquid fortaſſe præſumpſerint, à communione omnium ſacerdotum eos convenit ſequeſtrari.* Sirmondus fol. 491. Can. 17. *Et quia multa per præſumptionem proveniunt, quæ Deo minùs placita, & ſacris canonibus videntur eſſe contraria, quæ à ſacerdotibus neceſſe eſt coërceri, ita ſancta Synodus inſtituit, ut nullus ſæcularium, nec in Eccleſia, nec infrà atrium ipſius Eccleſiæ, qualecumque ſcandalum, aut ſimultates penitus excitare præſumat; nec arma trahere, aut quemcumque ad vulnerandum, vel interficiendum penitus appetere. Quòd ſi quis fortaſſe præſumpſerit, ab Epiſcopo loci illius, ubi factum fuerit, ipſe juxta ſtatuta canonum, communione privetur.* Item Can. 18. *Licet generaliter ab omnibus catholicis, & Deum timentibus, diem Dominicum, quod eſt prima ſabbati, convenit obſervari, & ſicut in ſuperioribus canonibus eſt ſtatutum;*

non

non aliquid novi condentes, sed vetera renovantes instituimus, ut in ipso die Dominico ruralia opera, id est, arare, secare, messes metere, exartos facere, vel quicquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitus præsumat. Quod qui inventus fuerit faciens, sub disciplina districtionis omnimodis corrigatur. Quia verò multæ passim ecclesiæ dedicabantur, ut vidimus in rebus gestis annorum superiorum, ac præsertim in illis partibus, quæ à sancti Eleutherii, & Medardi temporibus, ad idololatriam fuerant relapsæ, quia in illa dedicatione dies, cantu, & saltu, jocisque, transigebatur, additus est Canon 19, ad vitandam omnem obscoenitatem. Verba Synodi sunt: *Multa quidem eveniunt, quæ dum levia minimè corriguntur, sæpiùs majora consurgunt. Valde enim omnibus noscitur esse indecorum, quòd per dedicationes basilicarum, aut festivitates martyrum, ad ipsa solemnia confluentes, chorus femineus turpia quidem, & obscoena cantica decantare videntur, dum aut orare debent, aut clericos psallentes audire. Unde convenit, ut sacerdos loci talia à septis basilicarum, vel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atriis vetare debeant, & arcere. Et si voluntariè noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere.*

Inter Episcopos qui huic Synodo subscripserunt, sunt: *AUDOENUS EPISCOPUS ECCLESIÆ ROTHOMAGENSIS*, & *ELIGIUS EPISCOPUS ECCLESIÆ NOVIOMENSIS.* In hoc itinere Cabilonem usque, non dubito, quin S. Eligio adfuerit & Charimundus Comes Flandrensis, solebant enim Comites, & Iudices, ad eas etiam urbes proficisci, in quibus Synodus congregabatur, eaque proponere, quæ corrigenda censebant, & Episcopis consilium dare. Sic & cum eodem S.Eligio, Charimundum Clippiacum, ad Clodovæum Regem posteà tetendisse, donec nos diploma ejus, anni 564. Hoc anno pro tertia vice, Romæ fuisse Landelinum, ab Auberto Episcopo Cameracen. presbyterum ordinatum, ex actis ejus, apud Surium, notat Baronius. Acta illa ita se habent, 15. Iunii fol. 211. *Landelinus tertiò se Romano dat itineri, cum discipulis duobus, Adelino, & Domitiano, qui ei jam dudum in verbi Dei prædicatione adhæserant: adoratisque Apostolorum liminibus, feliciter redit ad sua: petitàque, & impetratâ copiâ, & benedictione à beato Auberto, ad pagum Haynavum, locum adit, fluvio Sambræ adiacentem, qui à rivulo in hunc ipsum fluvium decurrente, Laubacus vocatur, atque illic sibi, & discipulis monastica domicilia construxit. Quod verò ille tunc, Deo auxiliante, feliciter orsus est, à successoribus ejus, quos ille eo in loco congregaverat, præclarè est consummatum. Aliud quoque monasterium ædificavit in pago, quem Alnam dicunt, qui à Laubaco tribus abest milliaribus, quod monasterium principis Apostolorum, sacra ornant pignora, & præclara ejus virtutes communiunt. Tertium quoque condidit monasterium in Templutensi pago, quem Gusslarium vocant, quippe octo distat milliaribus à Laubaco, primo suo monasterio, idque, sicut & superiora, in S. Petri cælestis clavigeri honorem consecrandum curavit. Et hæc quidem duo postrema monasteria egregiè ditavit: Laubias verò regiis auxit muneribus,*

muneribus, & villarum, atque ſervorum magnâ copiâ extulit. Quidquid enim ſuperiorum Regum liberalitate, & munificentiâ paſſim per Francorum regna obtinuerat, Laubienſi cœnobio contulit, ut veneranda fratrum illic Deo ſervientium congregatio, non egeret iis rebus, quæ monachis convenire feruntur. Conſtructum autem idem monaſterium ab ipſis fundamentis ſub juniore Clodovæo, tanto florebat auguſtius, quanto erat regiis opibus, & munificentiâ copioſius locupletatum. His ita geſtis, locisque ſupradictis honorificè extructis, fratribuſque illic Chriſto militantibus, rebus ad victum neceſſariis affatim inſtructis, Dei omnipotentis, ut credimus, inſtinctu, & providentiâ ad alium commigravit locum, qui eſt juxta Hon fluvium, cui adjacet ſylva, Ambidgis dicta. Item: *A beato Martino Romano Pontifice ordinatus, divinæ prædicationis vomere, Criſpinium excolebat.* Laubacus idem, quod Laubium, ſive Lobium. De quo Baldericus l. 2. c. 37. fol. 257. *Tranſeundum eſt ad Laubienſe cœnobium, quod ſacris initiis ſancti Landelini, ad tanti honoris, qui nunc eſt, paulatim pervenerat titulum.* Item: *Ubi verò locus viri ſancti piâ converſatione florere cœpiſſet, & ex munificentiis Regum, ſive potentum quorumlibet, quantò rebus exterius, tantò etiam numero monachorum interius abundaret, mox inde remotus, ſiquidem, ut Deo ſtrictius manciparetur, ſecretiorem locum, quem paulò poſt dicemus, expetere æſtimavit. Seceſſurus autem, eo loci præfecit beatum virum Dei Urſmarum, piis moribus præditum, in functoria tantùm prædicatione ſacratum Epiſcopum. Hic etiam vir de villa Fleon, quæ infrà ſylvam Teraſciam ſita eſt, oriundus, formam innocentis vitæ, fratribus exhibuit, dieſque ſuos in bonis operibus egit.* De S. Urſmaro, Aldenburgenſium poſteà apoſtolo, plura ſequentibus annis. V. ann. 690. *Guiſlarium* eſt quod ſuprà Waſlare, fol. 143. ann. 644. De Alna ſic Miræus in faſtis 15. Iunii, fol. 314 *Ejuſdem* (Landelini) *opibus, atque induſtriâ fundatum eſt* Alnenſe *monaſterium, ad Sabim fl. primo lapide à Laubio ſitum: in cujus monaſterii foribus, hos verſus marmori inſculptos, me legere memini:*

Has Landelinus ſedes erexit, & Alnæ,
Impoſuit clarum vicinis nomen ab alnis.

Ab alnis, inquam, quod genus eſt arboris illo in tractu. De ſingulis ita pergit ibid. Miræus: *Fuit autem* Alna *Canonicorum olim in communi viventium collegium, nunc eſt monachorum Ciſterſienſium Abbatia;* Laubium, & Criſpinium, *ſunt Benedictinarum Abbatiæ;* Wallerienſe *autem cœnobium, in ſylva Fania, verſus Theraſciam olim ſitum, prorſus eſt dirutum. Corpus verò S. Dodonis hodie quieſcit in Prioratu Laubienſi, qui vulgò dicitur Monaſterium in Fania,* Mouſtier en Faigne, Meyerus anno 650. *Claret,* inquit, *magnis virtutibus Ansbertus Epiſcopus Cameracenſi.* Lege Aubertus, ſive Autbertus, fuit enim Anſbertus Epiſcopus Rotomagenſis, Oudoeni ſucceſſor, de quo ſuo loco. Subdit Miræus: *In pago Flandrenſi cœnobio Turhaltenſi, per eoſdem dies Domlinus presbiter, ſanctitatis gloriâ nemini cedit.* De eo v. l. 2. prodrom. cap. 22. fol. 416.

Anno Chriſti 651. Clodovæi II. Neuſtr. & Burg. Regis IX. à morte patris

patris V. Sigeberti Reg. Austr. X. à morte patris V. Erchenoaldi Majoris domûs Neustr. IV. Grimoaldi Majoris domûs Austr. IV. Fredegarius cap. 88. Chesne fol. 766 : *Anno X. regni Sigeberti, Otto, qui adversus Grimoaldum inimicitiâ per superbiam tumebat, factione Grimoaldi à Leuthario Duce Alamannorum interficitur. Gradus honoris Majoris domûs in Palatio Sigeberti, & omni Regno Austrasiorum, in manu Grimoaldi confirmatus est vehementer.* S. Amandus, Romæ, à Martino Pontifice, obtinet privilegium libertatis, pro monasteriis Blandiniensi, & Elnonensi, quod & D. Amandi appellatur; utrumque est in donationibus Belgicis Miræi, ac primum quidem, in gratiam celeberrimæ urbis Gandensis, integrum apponam : *MARTINVS EPISCOPVS, VLTIMVS SERVORVM DEI, omnibus Deum diligentibus salutem. De quotidiano sanctæ matris Catholicæ, atque Apostolicæ Ecclesiæ profectu, ac multiplicatione gaudere debemus, atque in vineâ Domini, pro mercede laboris operantibus, auxilium ferre debemus. Vnde notum fore volumus sanctæ universalis Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm & futuris, qualiter sanctæ dilectionis nostræ filius Amandus, cum consensu, & petitione carissimi filii nostri memoriæ, Dagoberti Francorum Regis, sive filii ejus Sigeberti, privilegium auctoritatis nostræ expetierit, de quodam cœnobio, quod ipse, deliminatis gentilium spurcitiis, fundo tenus exstruxisse dignoscitur; cui nomen Blandinium indidit, quodque etiam ab ipso consecratum est, in honore beatissimi Apostolorum principis Petri, doctorisque gentium Pauli, situm inter decursum duorum fluminum, Scaldis, & Legiæ. Privilegium quidem sanctæ auctoritatis nostræ, nostris, futurisque temporibus, memorato loco indulgemus, ordinamus, atque firmamus, de stabilitate ipsius loci, de villis, & facultatibus, de ecclesiis, & ecclesiarum decimis, sive familia, & de quibuscumque stipendiis, specialiter inibi Deo servientium, & ecclesiæ ornamentorum, atque luminariorum, ac matriculariorum; hospitum, atque pauperum, juxta petitionem carorum nostrorum præcellentissimorum Regum, Dagoberti, atque filii ejus Sigeberti, nostrâ Apostolicâ auctoritate stabilimus, corroboramus, & inconvulso statuimus. Decrevimus itaque, ut liceat regulari Abbati Florberto, ad præsens inibi subrogato, vel constituto, à filio nostro Amando, tam ipsi, quàm in reliquum futuris, Abbatibus, in universis utilitatibus loci, divino solatio, ita omnia disponere, & ordinare, absque ullius contradictione, vel refragatione, ut liberè invigilent mandatis Domini, secundum regulam S. Benedicti. Si quis verò (quod non optamus) temerario ausu contra hujus nostri privilegii Apostolici publica scripta agere præsumpserit, reum se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate, cognoscat; ac à sacratissimo corpore, & sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque perinde in æterno examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jus servantibus, & de suis bonis locum ditantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus, & hîc fructum bonæ actionis recipiant, & apud districtum Iudicem, præmium æternæ pacis inveniant. Scriptum per manum Stephani Notarii, & Regionarii, & sacri scrinii S. Romanæ Ecclesiæ, in mense Ianuario, Indictione secunda. Datum 14.*

Lib. 2. c. 2.

Kalendas Februarii; per manum Amandi Episcopi Theotrapi sanctæ Sedis
Lib. 1. c. 2. *Apostolicæ.* Ex altero, hæc accipe fol. 3. *MARTINVS EPISCOPVS VLTIMVS SERVORVM DEI, omnibus diligentibus Deum, salutem. De quotidiano sanctæ matris Catholicæ, atque Apostolicæ Ecclesiæ profectu, ac multiplicatione gaudere debemus, atque in vinea Domini, pro mercede laboris operantibus auxilium ferre debemus. Vnde notum fore volumus sanctæ universalis Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm & futuris, qualiter sanctæ dilectionis nostræ filius Amandus, cum consensu, & petitione carissimi filii nostri memoriæ Dagoberti Francorum Regis, sive filii ejus Sigeberti, privilegium auctoritatis nostræ expetierit, de quodam cœnobio, cui Helnanus indidit nomen, quodque etiam ab ipso consecratum est in honore beatissimi Apostolorum principis Petri, doctorisque gentium Pauli, intra decursum duorum fluminum, Scarp, & Helnonis, privilegium quidem sanctæ auctoritatis nostræ, nostris, futurisque temporibus, memorato loco indulgemus. Ordinamus itaque, atque firmamus de stabilitate ipsius loci, de villis, & facultatibus, de ecclesiis, & ecclesiarum decimis, sive familia, & de quibuscumque stipendiis specialiter inibi Deo servientium. Interdicimus autem, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & ex auctoritate beati Petri Apostolorum principis prohibemus, cujus vice huic Ecclesiæ Romanæ, auctore Deo, præsidemus, ut nullus Episcoporum ultra præsumat de reditibus, rebus, vel chartis eorum, vel villis quocumque modo, qualibet exquisitione minuere, nec dolos, vel immissiones aliquas facere, nec illorum ingredi monasterium, neque placita, nec aliud quid facere.* &c. *Scriptum per manum Stephani Notarii, & Regionarii, & sacri scrinii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Ianuario. Indictione secunda. Datum decimo quarto Februarii, per manum Amandi Episcopi, Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ.* Sigeberti Regis, Pontifex potiùs meminit, quàm Clodovæi, quod Tungrensis S. Amandi episcopatus esset sub Sigeberto. Romam redit S. Amandus eodem anno. In vita S. Landoaldi, per Notgerum Episcopum Leodiensem con-
19. Mart. scripta, apud Sur. ita legitur fol. 205. *B. Amandus officium susceptum strenuè implevit circumcirca positis, Vacceiam, id est, Vasconiam, & Danubium ultra perrectans, verbum Domini annunciavit, donec vires suas, ad opus tam arduum, videns non sufficere, Romam deliberavit iteratò adire Romam. Vniversalem Pontificatum Martinus Papa tum administrabat. Cui beatus Amandus votum, cujus obtentu venerat, exprompsit: qui ut sibi ad id opus peragendum suppetias mitterentur, poposcit. Destinati sunt ei plures, quorum nomina exciderunt, adjutores. Inter quos sanctus Landoaldus Archipresbyter, Amantius Diaconus, quos etiam comitatæ sunt sanctæ fœminæ, Vinciana, & Adeltrudis, cum aliis viris, & mulieribus septem.* Vnde meritò quis conjiciat S. Amandum è Vasconia anno 637. Romam profectum, inde Landoaldum secum in Germaniam, & Sueviam, primo ad Danubium, deinde secundo Rheno Coloniam, ac demum Leodium, ac Trajectum addu-
Sur. Mart. xisse, præsertim cum ibidem sequatur, fol. 205. *Refertur idem B. Landoaldus specialem patronum nostrum, sanctum scilicet Lambertum,*

prima

prima pueritia nutrivisse. Propter quod, & illustris vir Aper, ejusdem pueri pater, prædium, vocabulo Wintershovum, super Archa fluvium positum, eidem ad inhabitandum, & Ecclesiam construendam perpetuo jure concessit, & eundem puerum, divinis dogmatibus imbuendum, cum eò manere constituit. Verum cum omnes constanter missionem Landoaldi attribuant Martino, qui ad Pontificatum anno primum 647. evectus est, necesse est corruat ista conjectura; malo tamen credere, ab adepto pontificatu, statim submissum Landoaldum, ob institutam, ab eo primam S. Lamberti pueritiam, quàm hoc demum anno eum D. Amando comitem datum, quod Baronius existimavit. Nota ex his summum Meyeri errorem, qui scribit: *Vindicianam Landoaldi sororem*, anno Christi 633. *in vivis esse desiisse*. Obit hoc anno Anglebertus Episcopus Rhemensis, succedit Lando filius Erchonoaldi, seu *Hercanaldi*, ut scribit Flodoardus, & Colvenerius. Fursæus quoque videtur hoc anno, aut sequenti, è vivis excessisse; nam postquam Beda an. 649. scripsit, ab eo monasterium in Latiniaco fuisse constructum, subjungit fol. 214: *At non multo post infirmitate correptus diem clausit extremum*, videlicet cum aliud ei monasterium ædificaret Erchonoaldus, in villa sua Perona, de qua sic pergit Beda: *Cujus corpus, idem Archonoaldus patricius accipiens, servavit in porticu quadam Ecclesiæ, quam in villa sua, cui nomen erat Perrona, faciebat, donec ipsa Ecclesia dedicaretur. Quod cùm post dies viginti septem esset factum, & corpus ipsum de porticu ablatum, propè altare esset recondendum, inventum est ita illæsum, ac si eâdem horâ de hac luce fuisset egressus.* Pergit paulò post: *Hæc & de corporis ejus incorruptione breviter attigimus, ut quanta esset viri sublimitas, legentibus notius existeret. Quæ cuncta in libello ejus sufficientiùs, & de aliis commilitonibus ipsius, quisquis legerit, inveniet.* Molanus ex vita ejus, Atrebati M. S. 16. Ianuar. fol. 13: *Erchonoaldus, Major domûs, sancto Fursæo locum dedit Latiniaci, ubi monasterium construxit. Ædificavit etiam idem Princeps ei Perona alterum monasterium, cum Ecclesia.* Vbi subditur: *Cui post mortem præfuit ejus frater Vltanus.* De ejus morte, & sepultura, sic in vita ejus apud du Chesne, tom. 1. fol. 658: *Fursæus veniens in possessionem nuncupatam Macerias, quam illi Haimo Dux dederat, ibi infirmitate corripitur, & obit. Audiens hoc illustris Erchenaldus, illuc cum turba plurima hostiliter perrexit. Qui veniens ad supradictum locum, Haimonem Ducem invenit vigilantem, & custodientem corpus. Quod cùm ad villam, vocabulo Perronam, duci curaret, ecce Bercharius Dux Lugdunensis venit cum exercitu magno, cupiens rapere idem corpus beati Fursei vi. Cui ait Erchenaldus: „Cur sic armatus venisti? Respondit Bercharius: Meus est legibus, quem ducis, eò quòd primus omnium, in hac terra, Dux fui, & omnem facultatem meam ad cultum amoris ejus, & parentibus ipsius tradidi. Vivens noluit ad me venire, quòd tu non permisisti. Tamen absecro, quatenus non meruissem illum vivum videre, ut saltem dimittas me corpus ejus custodire. Sed his dictis non obstantibus, duxerunt corpus ad montem Cygnophii, qui*

Hist. Rhem. l. 2. cap. 6.

Lib. 3. c. 19. fol. 214.

Perrona nuncupatur. Sepelieruntque, ubi ipse priùs multorum corpora Sanctorum condidit. Crebrescentibus deinde miraculis, beatæ memoriæ Erchenaldus, & conjunx ejus Leutsindis, ædificaverunt ei Ecclesiam. De S. Fursæi sociis, ac discipulis, quorum, plerosque suprà enumeravimus fol. 164. ann. 651. quo quisque in loco claruerit, ita fere Miræus in Fastis Belg. 10. Iul. fol. 392. *S. Etto, sive Hetto Episcopus, & confessor, natione Hibernus, seu Scotus, quiescit in Latiensi Hannoniæ cœnobio. Obiit in Fiscliaco, olim monasterio, nunc Prioratu, dependente à Latiensi Abbatia, juxta Avesnas, Hannoniæ oppidum. S. Bertuinus pariter Episcopus, & confessor, quiescit in Malonia, Canonicorum regularium cœnobio, apud Namurcum. S. Eloquius, post B. Furseum Latiniacensis in Gallia Abbas, à S. Eligio Noviomensi Episcopo, sacerdos est ordinatus. Quiescit in Walciodorensi, Benedictinorum monasterio, in diœcesi Namurcensi; ubi, & vita ejus ms. legitur, à S. Ferannano Archiepiscopo, ut putatur, conscripta. S. Adalgisus, Ettonis frater, quiescit in monasterio S. Michaelis in Therascia. Eorumdem frater fuit S. Gobanus. S. Mombulus Abbas in Latiniaco, à B. Eligio, Noviomensi, ac Tornacensi Episcopo, potestatem per universam diœcesim concionandi accepit. Colitur à Noviomensibus* 18. *Nov. S. Wasnulfus Episcopus, B. Vincentio in Altimontensi monasterio, à se fundato, agenti familiaris exstitit. Quiescit Condati, apud Hannones, in Canonicorum basilica. S. Autbodus, sive Aubodus confessor, in pago Wancourt, haud procul ab Atrebato, Christum prædicavit, & ibidem, ut patronus ecclesiæ* 21. *Novembris colitur. Obiit circa ann.* 680. *in Diœcesi Laudunensi. S. Corbicani fit mentio in vita S. Adalgisi.*

Anno Christi 652. *Clodovæi II. Neustr. & Burg. Reg. X. à morte patris V. Sigeberti Regis Austrasiæ XI. à morte patris V. Erchenoaldi Majoris domûs Neustriæ V. Grimoaldi Majoris domûs Austr. V.* Archiva monasterii S. Martini Tornacensis scribunt hoc anno à sancto Eligio jacta fundamenta dicti monasterii, teste Cousin in hist. Tornac. lib. 2. c. 20. fol. 57. 58. Chronographus Aldenburgensis, & Meyerus id factum ponit anno 650. & ex iis alii, atque imprimis Gazæus in historia ecclesiastica Belgii nostri, Gallicè conscripta; subdens eodem tempore conditam ecclesiam D. Martini in urbe Cortracensi; quod Ant. Sanderus in Flandria sua illustrata, refert, ad annum 663. fol. 410. Tornaco, & Cortraco rediisse id temporis S. Eligium Brugas, omnino credendum, atque construxisse templum Christo Salvatori sacrum, de quo v. l. præced. cap. 22. fol. 415. ubi Meyerus malè ponit, conditum id templum jussu Dagoberti, jam defuncti; regnabat enim in Neustria Clodovæus II. Obivit procul dubio diocœsim suam S. Eligius, ac noviter conversos Flandrenses, in Christi doctrina confirmavit. Meminit S. Eligii in his partibus, Genebr. l. 3. hoc modo: *S. Eligius Gallus Flandros, à Bononia, ad Ostburgum usque, religioni adjunxit.* Vbi lector notet legendum: *Oostburgum.* Porrò exstat apud Oudoenum, S Eligii sermo, ad noviter instructos fide Christianâ, unde

unde nos sequentia delibamus, ex Oudoëno lib. 2. cap. 16: Diem Dominicum, piâ reverentiâ, Resurrectionis Christi, absque „ ullo servili opere colite, sanctorum solemnitates, pio affectu ce- „ lebrate. &c. Ne ullas paganorum sacrilegas consuetudines obser- „ vetis, non divinos, non sortilegos, non incantatores, pro ulla re, „ aut infirmitate, consulere ausi sitis. Qui enim id facit, ille mox „ perdit baptismi gratiam, Neque etiam auguria, vel sternutationes „ observetis, nec in itinere constituti, aves cantantes curiosè atten- „ datis, sed sive iter, sive quodlibet opus suscipitis, signate os in „ nomine Christi; symbolumque, & orationem Dominicam, cum „ fide, & devotione, dicite, nec quidquam vobis nocere poterit ini- „ micus. Nullus Christianus observet, qua die domum, vel exeat, „ vel revertatur, omnes enim dies Dominus fecit. Nullus ad in- „ choandum opus, diem, vel lunam attendat. Nemo in Calendis „ Ianuarii nefanda, & ridicula, vetulas, aut cervolos, vel jocticos „ faciat, neque mensas per noctem componat, neque strenas, aut „ potationes superfluas exerceat. Non cœlum, non terram, non „ sidera, nec ullam omnino creaturam, præter Deum, ullus ado- „ randam credat, quia omnia ipse solus condidit, atque disposuit. „ Altum quidem est cœlum, ingens terra, immensum mare, pul- „ chra sidera, sed longè, major, & pulchrior sit, necesse est, qui hæc „ creavit. Nota pravam diei Lunæ observationem hodiernam, ut ne- mo die lunæ quid incipiat, nullus filium ad scolam mittat, nemo servus, aut ancilla, die lunæ se elocet; item de strenis, & Cal. Ianuarii, hodieque remanet. Ibid: „ Si ex toto corde in Dei sem- per timore permanseritis, ita ut nihil ex gentili consuetudine „ observetis, nihil vobis jam inimicus nocere poterit, sed omnia „ vobis prosperè cedent; probo enim Christiano, nec auguria, „ nec alia qualibet figmenta, possunt officere, quia ubi signum cru- „ cis, cum fide, & timore Dei præcesserit, nihil ibi inimicus no- „ cere poterit. &c. De substantia vestra pauperibus erogate, qui „ plus habet, plus tribuat, qui verò minus, ex ipso largiatur, bea- „ tus, & hilaris. &c. Cap. 17: Hæc igitur sunt, quæ B. Eligius sum- „ mo studio, è locupletissimo pectoris sui thesauro, plebi depromere „ solebat. Fuit S. Eligio comes Thillo confaber quoque, & quon- dam famulus ejus, in aula Dagoberti, de quo supra ad annum 636. fol. 121, à quo dictum videtur *THILLEGHEM* .I. *Tillonis domus*, propè Brugas. In parochia *GITZ* apud Roslariam, ejus festum solemne est, postridie Epiphaniæ. In Isseghem quoque colitur, ut patronus. Posteà Solemniaci Abbas defunctus est, teste Molano, 7. Ianuarii. Eodem ferme tempore Cortraci S. Amandus præ- posituram fundavit, de qua sic Sanderus, in Fland. subal. t. 2. fol. 413. ex literis D. Nicolai de Bois, Abbatis Elnonensis: *Præposi- tura nostra; & capella B. Mariæ in oppido Cortracensi constructa*, &c. *à sanctissimo Flandrorum Apostolo S. Amando, à mille, & amplius annis erecta*; &c. Confirmatur diplomate Clementiæ Flandriæ Comi-

tissæ viduæ Roberti Hierosolymitani, quod ibidem adfertur à Sandero in hunc modum: *In nomine*, &c. *EGO CLEMENTIA COMITISSA FLANDRIÆ*, &c. *cognitum esse volumus, quod assensu Ven. Theodorici Comitis Flandriæ, ad usus, & sustentationem fratrum de monasterio S. Amandi in capella B. Dei genitricis Mariæ, quæ sita videtur esse prope Curtriacum, concessimus*, &c. Perperam ad titulum Clementiæ additum hic fuit: *Ducissa Lotharingiæ*, quod non crediderim esse in originali. Brugis quoque nostris versatum fuisse S. Amandum, ut asseverare ausim, non uno moveor argumento: tum quod hodieque in urbis nostræ umbilico, proximeque ipsi Burgo, visatur sacellum, ei consecratum, tantæ ab omni antiquitate celebritatis, ut ipsa, quæ ad hoc aditum utrimque facit, ipsius beati viri nomen assumpserit, & via S. Amandi audiat, ab omni retro vetustate: Tum deinde, quod generali cognomento S. Amandus Flandrorum Apostolus indigitetur. In Francia quoque prima; nunc vulgò terra Franca, multæ sunt parochiæ D. Amando sacræ, ac nominatim, in ultimo terræ angulo, ad Scarphoutum olim, nunc Blankebergam, pagus est Wtkercka, ubi pars templi meridionalis hodie exstat impolito lapide constructa, suntque alia tantæ vetustatis monumenta. ut facilè crediderim D. Amandum, quem petronum colit, ejus ecclesiæ fundatorem fuisse; neque aliud esse *Wtkerckam* existimo, quam *vetus templum*, *OVTKERCKA*, quemadmodum *VTRECHT*, *OVT-TRECHT*, *vetus Trajectum*, ut suprà fol. 131. Vtkerckæ mentio in diplomate Anulphi magni, l. 2. prod. fol. 532. anno 961.

Anno Christi 653. *Clodovai II. Neustr. & Burg. Regis XI. à morte patris VI. Sigeberti Regis Austrasiæ XII. à morte patris VI. Erchenoaldi Majoris domûs Neustriæ VI. Grimoaldi Majoris domûs Austr. VI.* Martinus papa obiit prid. id. Nou. vacat sed. mens. 8. dies 28. Eugenius creatus, & consecratus 4. id. August. sed. ann. 2. mens. 9. dies 24. *Onuphr.* Circa hoc tempus S. Wandregisilus, ut est in ejus vita, apud Surium: *Ad sacerdotium, licet renuens, jussu beatissimi præsulis Oudoëni, à Ven. Autmaro* (Audomaro) *Pontifice urbis Teruanæ consecratus est.* Et mox, Chesne fol. 640: *At verò ipse egregius Dei cultor districtiorem desiderans ducere vitam, eremi secreta plurimùm ambiens, mundanos toto nisu fugiebat semper honores. Itaque omni conatu tanto negocio opportunum inquirebat locum. Cum autem talia volueret animo, contigit, ut largiente Erchinoaldo Præfecto immodicam soli partem acciperet, quo Fontanella cœnobium, unà cum venerando nepote suo Godone, ut rudis habitator construeret.* Item: *Hunc locum vir Domini Wandregisilus, atque ipsius nepos venerabilis Godo, à prædicto Patricio sibi donatum, studuerunt eum nonnullis ipsis faventibus repurgare, supervacanea quæque evellendo: deinde verò etiam jacere fundamenta. Cœptum est autem hoc opus ab anno Dominicæ Incarnationis* DCXLV. *sub die Calendarum Martiarum, Indictione 3. qui erat annus Clodovæi Regis II. obtinente Sedem Romanæ Ecclesiæ beatissimo Papa Martino.* Pro Clodovæi Regis

væi Regis, anno 11. legendum XI. docet du Chesne in notis marginalibus, neque enim anno Clodovæi II. vixit Pontifex Martinus, ut neque anno Incarnationis DCXLV. unde scribendum credo DCLIV. Et in Arithmeticis numeris: 654. pro 645. Erchonoaldus præfectus, & Patritius, intelligendus palatii præfectus, quo nomine, & Major domûs appellatus; eâ dignitate functus, & sub Dagoberto in Neustria, & sub filio ejus Clodovæo II. & cum Baltilde Regina, uxore, & deinde vidua Clodovæi; sic enim sequitur ibidem, Chesne fol. 640. *Sed quia mentionem fecimus Erchinoaldi Præfecti, libet de eo aliquid dignum scribere. Is enim post transitum bonæ recordationis Dagoberti Regis, Præfecturæ ordinem, ac curam maximam Regni Francorum, etiam cum filio ejus Clodovæo, & Baltilde Regina, nobiliter administravit. Erat namque insignis bonitate, ac eleemosynis largissimus, atque ex materna origine beati viri consanguineus.* Fuerat Wandregisilus Comes palatii sub Dagoberto, habebatque patrem Waltchisum, patruos Ansigisum, & Clodulphum, filios S. Arnulphi, ut legitur in ejus vita, Chesne, 638. *Præclarus, atque gloriosus vir Domini Wandregisilus, cognomento Wando, ortum inclytæ nativitatis in Virdunensi regione, ex nobilibus, atque religiosis parentibus, eo tempore, quo sceptra Regni Francorum fortis Rex Dagobertus honestè gubernabat, habuisse dignoscitur. Denique genitor ejus Waltchisus nomine, ex nobilissima prosapia ortus, consobrinus fuit Pipini, excellentissimi Principis Francorum. Et ut ejusdem sancti viri claram originem altiùs promam, cùm esset à nobilissimis, ac ditissimis parentibus editus, non minus nobilem se splendidæ vitæ moribus, ac piæ conversationis assiduis exemplis præbebat. Cùmque adolescentiæ polleret ætas in annis, sub jam dicto Rege Dagoberto, militaribus gestis, ac aulicis disciplinis, quippe ut nobilissimus, nobiliter educatus est. Et crescentibus sanctæ vitæ moribus, cunctis mundanarum rerum disciplinis imbutus, ab eodem Rege Dagoberto, Comes constituitur Palatii.* Malmesbur. de gestis Regum Anglorum fol. 25. lib. 1: *Hujus Pipini genealogia supra, infràque, contexitur ita: Ansbertus senator ex filia Lotharii, patris Dagoberti, Blisilde, genuit Arnoldum; Arnoldus genuit sanctum Arnulphum, Metensem Episcopum; Arnulphus genuit Flodulphum, Walchisum, Anchisum; Flodulphus genuit Martinum ducem, quem interfecit Ebroinus: Walchisus genuit sanctissimum Wandregesilum Abbatem.* Sed & Erchonoaldus Major domûs, suprà dicitur ex materna origine consanguineus S. Wandregisili: & ex genetrice, Dagoberti. V. fol. 158. De sancta Austreberta virgine Teruanensi, cujus meminimus fol. 130. ann. 640. ita pergit auctor vitæ ejus, apud Surium fol. 552. Chesne: *Cum parentes ejus arrhabone pro amore seculi recepto, tempus præfinitum, & diem statuissent nuptiarum, illa in angustiis posita, iter furtim arripuit. Veniensque ad flumen, quod dicitur Quantia, ubi pons erat, eo transmisso, properavit ad virum sanctum Audomarum nomine, Teruanensis urbis Pontificem. A quo sacro velamine consecrari petiit, & obtinuit. Aliquando ergo eùm in domo parentum commorata fuisset, cœpit implorare matrem*

matrem & fratres, ut Monasterium posset ingredi, & sanctis virginibus sociari, sub potestate scilicet alterius victura. Quod illi benignè assentientes, non solùm abeundi liberam ei tribuunt potestatem, verùm etiam cum ea pergentes, ad Monasterium usque perducunt. Est autem ipsum Monasterium super fluvium, qui dicitur Somma, constructum, nominatur autem Porcus. Ibique praerat spiritualis mater, nomine Burgofledis. Quæ suscepit eam in filiam, cæterisque sororibus aggregavit. Erat illis temporibus vir vita venerabilis, Philibertus nomine, cujus suprà meminimus. Anno videlicet 640, auctoris Pauliacensis monasterii, cujus Austreberta postmodum fuit Abbatissa.

Anno Christi 654. *Clodovæi II. Neustr. & Burg. Reg. XII. à morte patris VII. Sigeberti Regis Austrasiæ XIII. à morte patris VII. Erchenoaldi Ma. do. Neustr. VI. Grimoaldi Ma. do. Aust VI.* Fl. Heraclius V. Pogonatus, Kal. Martii, à patre Imp. appellatur. *Onuphr.* Vita Sigeberti Regis, Chesne fol. 593: *Grimoaldus pro patre suo Pipino constitutus Major domûs, potenter in aula Sigeberti Regis principabatur, & domi militiaque Regnum viriliter tutabatur. Quia verò Sigebertus Rex Grimoaldum Majorem domûs, sibi in omnibus fidelem, morigerum, & cooperatorem eatenus erat expertus, filium ejus Childebertum Regni Austrasiorum hæredem delegerat, hoc tamen proposito conditionis tenore, si ipsum contingeret sine liberis obire. Rex quidem, utpote futurorum nescius, quod tunc sibi videbatur ex temporis convenientia fecit: posteà verò filium genuit, quem nomine patris sui Dagobertum vocavit. Et priori testamento ad irritum tracto, hunc nutriendum commisit Majori domûs Grimoaldo, ut ejus potentiâ contra omnes tutus, sublimaretur in Austrasiorum Regno.* Quam verò uxorem Sigebertus Rex habuerit, quam Grimoaldus, nondum memini me legisse. Circa hæc tempora Erchenoaldus emit captivam Bathildim, nobilissimam puellam Anglosaxonicam, posteà Reginam Francorum, uxorem Clodovæi II. In vita Bathildis, Chesne fol. 665. *Beata Bathildis nuper in puellari ætate de partibus transmarinis divinâ providentiâ deprædata, & vili precio, sed incomparabili commercio, venundata, huc advenit, ipsa pretiosa, & optima Dei margarita, atque à Principe quodam Francorum, viroque clarissimo Erchenoaldo, qui tunc Palatium gubernabat, dignoscitur esse recepta. In cujus ministerio ipsa adolescens ita decentissimè conversata est, ut ejus honesta conversatio, & admirabilis conditio, tam Principi, quàm & omnibus ejus ministris complaceret. Claro namque sanguine, licet alterius gentis serviret obsequiis, progenita Saxonum demonstrabat. Talemque se in omnibus, ut eam decebat, exhibuit, quo prædicto Iudici Principum gratissimè placeret, & gratiam in oculis inveniret: cui instituit, ut sibi pocula porrigeret, & ut pincerna honestissima, sæpiùs præsens ejus ministerio adstaret.* Hoc anno S. Eligium, cum Charimundo, Clipiacum esse profectum, patet è Clodovæi II. diplomate, confirmante, monasterio S. Dionysii, quæcumque eidem contulit Dagobertus, apud Doubletium, hoc initio: *CLODOVÆUS DEI GRATIA REX FRANCORUM, FILIUS DAGOBERTI REGIS, Omnibus*

Fol. 650.

Omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, seu quacumque Iudiciaria potestate praditis, &c. *Clodovaus filius Dagoberti gloriosissimi Regis subscripsit*, &c. *Signum Eligii Noviomensis Episcopi*, &c. *Signum Charimundi Comitis Flandrensis*, &c. *Data in mense Octobri anno VII. regni nostri, Clipiaco palatio, feliciter in Dei nomine, Amen.* Subjungit Doubletius integrum huic diplomati, hodieque adesse sigillum, his verbis: *Avecq l'effigie dudict Roy, sain, & entier, en un seau de cire derelief.* An in originali additum fuerit *Flandrensis*, multæ mihi dubitandi sunt causæ. Malim credere, posteà ab aliquo istius cœnobii, è constanti traditione, aut ex monasterii archiuis, id adjectum fuisse; ferè enim ad Comitum titulum tum temporis addi non solebat, quem quisque Comitatum obtineret; quæ res summam, in historia Francica, ac Flandria, peperit confusionem. Claret in Pontivensi provincia S. Iudocus, quò ex Angliâ devenerat contempto fratris Iudicaëlis regno, de quo suprà ann. 645. in Pontivi partibus Duce existente Haymone, cujus facta mentio anno 649. Florentius Abbas in vita S. Iudoci, quam descriptam habemus è M. S. codice Guilelmitarum Brugensium, apud Sur. 13. Decemb. inter alia, hæc de eo, fol. 254: *Progressus versus mare, in vallicula umbrosa, rivulum ostendit parvum, quo delectatus, Hac est, inquit, cathedra, hac requies mea, in seculum seculi. Haymone itaque Duce ad propria reverso, vir Dei duo ibi lignea manibus propriis construxit oratoria, unum sancto Petro Apostolorum Principi, aliud sancto Paulo gentium doctori. Deinde profectus est Romam, ex mandato divi Martini, sedis Apostolica Pontificis summi.* Et mox: *Cum preciosissimis Sanctorum reliquiis, à Domino Apostolico sibi collatis, reversus est, cum totius patria gaudio, ad Pontivi confinia. Cui in monte habitationi sua proximo ubi modo requiescit sanctum corpus ejus. &c.* Et: *Duce Haymone prasente cum innumera cleri, plebisque caterva, in occursum ejus congregata, sanctissimas reliquias, quas attulerat, cum ea, qua decuit devotione, vir sanctus reverenter deposuit in nova beati Martini Ecclesia, quam prafatus Dux lapidum ornatu jam restaurat.* Paulò post: *Idibus Decembris obdormivit in Domino.* Notatur ibidem: *Successor Haymonis Ducis, Doctricus nomine.* Ab hoc Haymone putarunt quidam natam fabulam, de quatuor filiis Haymonis; at suprà patuit huic Duci, unicum filium fuisse. Exstructis monasteriis Stabulensi, & Malmundario, Abbates constituti fuerunt, ac priori quidem Theodardus, consilio S. Remacli, & S. Cuniberti Coloniensis Antistitis, ut refert Miræus in Fastis. De Malmundario ita Harigerus in vita S. Remacli, inter gesta Pontif. Leod: *Dominus & Pater Papolenus visendi eum* (Remaclum) *gratiâ venit. &c. Susceptus est officiosissimè, & conversatus absque offensione, plures ad imitationem sui adificabat. Tandem, cùm ad multam perfectionem profecisset, à beato Remaclo Malmundariensi monasterio prafectus est.* At verò postquam Remaclus, episcopatu deserto, maluit in Stabulaum secedere, quod factum circa hæc tempora, Theodardum sibi in episcopatu suffecit,

Fol. 145. Fol. 160. Fol. 160. 10. Sept. Cap. 57.

Cap. 56. cit. Harigerus fol. 94: *Peractis igitur utriuſque cœnobii oratoriis, ad dedicanda ea Domino, beatus Pontifex admonitione Regiâ proficiſcitur, peractoque ſolemniter benedictione, curam utriuſque, ac regimen, à Regia*
Cap. 57. *ſuſcepit ſublimitate.* Et cap. ſequenti: *Igitur beatus Sacerdos, quod ſemper habuit in voto, remotioris vitæ ſolitudinem deſideranter aggreſſus, ex permiſſu Regis, & Principum, & Cleri ſibi commiſſi, totiuſque plebis aſſenſu, ſanctum Theodordum, probabilis vitæ virum, ſibi ſuccedere inſtituit, & in Stobulaus monaſterium., ubi remotus à curis ſecularibus Deo liberius vacaret, ſeceſſit.*

Anno Chriſti 655. Clodovai II. Neuſtr. & Burg. Reg. XIII. à morte patris VIII. Sigeberti Regis Auſtr. XIV. à morte patris VIII. Erchenoaldi Majoris domûs Neuſtr. VII. Grimoaldi Majoris domûs Auſtr. VII.
In Notis ad Balder. Hoc anno S. Aubertus Epiſcopus Camer. *Cœpit exſtruere ædificium Eccleſiæ, & monaſterii S. Vedaſti.* M. S. du Pretz. Colven. 404. Baldericus in chron. Camerac. l. 1. cap. 19. fol. 37. *Atrebato etiam in honore beatæ Dei genitricis Mariæ eccleſia fuerat dedicata, in quo Pontificalis apicis thronus habebatur. In hac beatus Vedaſtus, cujus ſuprà meminimus, haud procul ab altari, verſo ad auſtralem plagam ſepulchro, quieſcebat. Quem beatus Autbertus, deſignato ſibi ab Angelo ædificandi oratorii loco, & fundatâ eccleſiâ, adhibito ſecum beato Audomaro Teruanenſis urbis epiſcopo, tranſtulit. In qua tranſlatione, idem beatus Audomarus, cùm eſſet cæcus, receptum lumen parvi pendens, omiſſam ſubitò cæcitatem reimpetravit. Vbi in memoria præſentis ſeculi eccleſia conſtat adhuc in honore beati Autberti constructa. In loco verò divinitus deſignato, vir domini monaſterium conſtruxit, & ex rebus ſuis, eccleſiæ, in uſum famulantium, pro rerum opportunitate, donavit.* Obit Lando arch.
Hiſtor. Rhemenſ. lib. 2. c. 7. Remenſis hærede ſcriptâ Eccleſiâ S. Mariæ, ſuccedit Nivardus. Flod. Colven. In vita S. Rictrudis, Hucbaldus, Cheſne fol. 654. *Gertrudis avia Adalbaldi, jam provectâ admodum ætate, & multis cumulata operibus bonis, in Hametico monaſterio, quod ipſa ædificaverat, ubi etiam ſacra virgo Euſebia ejus proneptis educabatur, viam univerſæ carnis ingreſſa eſt; cui in monaſterii regimine eadem Euſebia ſucceſſit, bonæ quidem indolis puella, ſed adhuc teneræ ætatis, utpote duodennis.* Videlicet nata anno 643. v. 140. fol. Meminit & Euſebiæ, Baldericus locò antea citato, fol. 156. ad annum 647. ubi dicitur Rictrudis virginis filia, nam & virginem vocarunt eam, quæ vidua, facta fuit ſanctimonialis. Hoc anno, inquit Locrius fol. 60: *Beatus Etto Hybernorum Epiſcopus in Gallias, deindè in Belgicam appellens, agrum Atrebatium, divini eloquii Præco illuſtravit; villamque quam Bienvillers indigetant, eccleſiâ exornavit, in quâ, & beati Clementis Papæ reliquias ſacras condidit, & jugis ſacrificii victimam conſecravit. Vndè eo in loco præclara hodieque ejus habetur memoria.* Hiſce etiam annis, Dado ſive Oudoënus epiſcopus Rotomagenſis, Eligius epiſcopus Tornacenſis, & Noviomenſis, Deſiderius epiſcopus Cadurcenſis, in aula Dagoberti & Clodovæi, Regum, conſodales (dum adhuc ſeculo viverent) veterem amicitiam literis fovent; du Cheſne haſce

adferr

adfert, Desiderii ad Dadonem: *SANCTO, AC PRÆFERENDO APOSTOLICO PATRI, DADONI PAPÆ, DESIDERIUS SERVUS SERVORUM DEI* &c. *Debito obsequio humiliter exhibito, illud peculiariùs perora, ut quem quondam in ipso flore primava juventutis unico mihi amore prabuisti, semper concedere digneris, illum meum Dadonem. Maneat pristina inter nos, atque illum tuum, imo nostrum, Eligium, inconvulsa charitas; indissuncta, ut fuit quondam, fraternitas; mutuis nos juvemus precibus, ut quemadmodum, in Aula terreni Principis, socii fuimus; ita in illo superni Regis cœlesti palatio simul vivere mereamur.* Est ibidem, & epistola Eligii, ad Desiderium, hoc titulo: *DOMINO SEMPER SUO, ATQUE APOSTOLICO PATRI, DESIDERIO PAPÆ, ELIGIUS SERVUS SERVORUM DEI. Quotiens aditum scribendi gratia vestra reperimus, totiens nobis cumulus gaudii videtur adcrescere. Quapropter salutationis officio illud prapensius pra cunctis conditionibus deposco, ut quotiensçunque inter mundanas sollicitudines mens ad statum quietis pravales attingere, memoriam parvitatis nostra, sacris precibus vestris subjungere, non omittatis. Nulla in prasenti seculo causa ita mentem stimulet, quemadmodum vita perpetua; & beata justorum patria, desiderii immensitate, viscera, mentemque sollicitat.* &c. *Memento semper Eligii tui, cum preces Domino fundes. Et quamvis nos terrarum interpositio, longè ab alterutrum separet, nec queat nos subinde corporalis conjunctio sociare; in Christo semper simul versemur. Et ita vivere elaboremus, ut, non post longum spatium, animâ simul, & corpore sociemur, sociatique, in aternum vivamus. Quod exoratus fideliter, ac frequenter prastabit, credo, nobis clementissimus Dominus noster Iesus Christus, cui gloria in aterna secula. Amen. Saluto te supra modum sincerissimo affectu; salutat, & Dado, fidelis utrorumque sodalis.* Est & epistola Desiderii ad Grimoaldum Majorem domûs Austrasiæ, hoc principio fol. 876: *DOMINO INLUSTRI, ET A NOBIS PECULIARIUS SUSCIPIENDO DOMINO, ET IN CHRISTO FILIO, GRIMOALDO MAIORI DOMUS, DESIDERIUS PECCATOR.* &c. *Non ignotum vobis famulum, ac benè cupientem, cupio esse commendatum. Adest enim frater meus Lupus Abbas, cujus mentem Agni cupio agminibus interesse. Iste ad vos redivivo Desiderio pergit, & postulat se nostris affatibus commendari, quatenus eum, vestra industria, gloriosi Principis domini Sigeberti Regis obtutibus repræsentet.* Item: *Conditiones monasterii nostri, quod nuper in honore sancti Amandi adificavi, digneris recipere per omnia commendatas. Et talem exinde curam geratis, ut aternam retributionem pro collato beneficio expectetis. Dignamini etiam expectationem nostram de vestra, ac Domni Regis salute, patrumque, vel fratrum vestrorum; reciprocante nos paginâ, consolari manu propriâ. Incolumem Excellentiam vestram superna pietas tueatur.* Ex quo notandum, vivente adhuc S. Amando, in ejus honorem monasteria exædificata fuisse, neque enim supervixit Desiderius ann. 662. ut observavit Chenu. l. de Episcopis Galliæ, fol. 390. quo tempore adhuc vixisse Amandum, sequentia declarabunt; quamquam Sigebertus, Meyerus, & omnes

Tom. 1. fol. 875.

Fol. 883.

fermè hactenus auctores scribunt eum obiisse anno 661. Notgerus in vita S. Remacli, Chesne 645. de Sigeberto: *Anno XIV. regni sui, idem Rex testamento legavit B. Remaclo, quadam in Aquitania, &c.* Pro monasteriis videlicet à S. Remaclo, Regiâ auctoritate, constructis, Malmundario, & Stabulaus. Ex diplomate Sigeberti, hæc ibidem adferuntur fol 545: *Sancta ac venerabilia monasteria, Stabulaus, sive Malmundarium cognominata, ubi vir venerabilis Remaclus Episcopus, & Abba, Christo auspice, praesse videtur, qua vir illustris Grimoaldus Major domûs, in honore sancti Petri, ac sancti Pauli, vel sancti Martini, seu caeterorum Sanctorum, suo opere, in vasta eremi Ardennensis construxit, quemadmodum nos loca ipsa, ad ipsa monasteria ædificanda, pro nostra praeceptione, ex foreste nostra concessimus.* Nota S. Remaclum Episcopum, & Abbatem appellari, ob ea, de quibus anno præcedenti.

Anno Christi 656. *Clodovai II. Neustr. & Burg. Reg. XIV. à morte patris IX. Sigeberti Austr. Reg. XV. à morte patris IX. Erchonoaldi Majoris domûs Neustr. VIII. Grimoaldi Majoris domûs Austr. VIII.* Erchonoaldus viduus hoc tempore sibi matrimonio sociare conatur Bathildim. In ejus vita, Chesne fol. 666. *In tantum deinde nobili suâ conversatione felicem famam promeruit, ut pro matrona, quam supradictus Erchonoaldus Princeps morte interveniente amiserat, complacuisset denuo eidem Principi, Bathildem honestissimam virginem in toro maritali sibi sociare. Quam rem apertè, jam illustrata divinâ gratiâ, virgo beata intelligens, latenter, & studiosè ab ejus se subtraxit adspectibus.* De Sigeberti Regis affectu, ac liberalitate in monasteria, à se noviter
Cap. 59. exstructa, sic Harigerus in gest. Pontif. Leod. fol. 95. *Crescente in Stabulaus Religione, crescebat, & census Ecclesiæ. Audito namque Sigebertus Rex tanto eorum erga Dei cultum fervore, accersens beatum Remaclum, supra id, quod prius dederat, scripto composuit, & sigillo confirmavit, ut ex bonis, quæ sui juris essent, quicquid in circuitu monasterii, intra duodecim leucarum ambitum, contineretur, ad usus fratrum, ibidem Deo vacantium, idem deinceps monasterium libero jure possideret. Procedente etiam tempore, non contentus, his beato viro collatis, alia quam plurima supplevit, & præfatum cœnobium decimarum, teloneorum, winagiorum, & aliorum quorundam redituum munificentiâ, ditavit.*

Anno Christi 657. *Clodovai II. Neustr. & Burg. Reg. XV. à morte patris X. Sigeberti Austr. Reg. XVI. à morte patris X. Erchonoaldi, & Grimoaldi Majorum domûs IX.* Eugenius Papa obiit 4. Non. Iun. vac. sed. mens. 1. dies 17. Vitalianus consecratus 3. Kal. Aug. sed an. 14. mens. 5. dies 29. *Onuphr.* S. Trudo Apostoli munus obit in
23. Nov. Hasbania. Theodoricus Abbas in ejus vita apud Surium, ita refert cum eo colloquentem Episcopum Metensem: fol. 509. *Acceptâ auctoritate ab Apostolatu sanctæ hujus Metensis Ecclesiæ, accingere in redeundo ad partes Hasbaniæ, quæ magna ex parte adhuc servit sub idolo, & cultore eget Catholico. Optimam hanc tibi injunctam velim provinciam, quatenus ubi abundavit iniquitas, & superstitio, abundet fides, & Chri-*

& Christiana religio. Discant igitur animalia diaboli, te frenante, jugum ferre Domini, ut gustato sale, qui in te est, qui nunc nil nisi barbarum norunt frendere, tandem in dulce Christi melos incipiant verba frangere. Et mox: *Continuato igitur itinere, Tungrensem deveniunt ad urbem, quæ omnium Galliæ Belgicæ urbium quondam, vel maxima, vel æqualis; nunc quasi exesa, & diruta, Vandalicæ devastationis omni futuræ ætati perpetuum, & fidele nimis monimentum relinquit. Illic charissimum patrem suum, venerabilem Remaclum Episcopum cum invenisset, mira utera que alacritate repleti, gaudia sua communicant, & de omni eventu, & fortuna, alter alterum, solita illa suâ familiaritate docent, & instruunt. Tum verò Episcopus tanti sacerdotis sapientiam, & profectum, sua lucra reputans, eum in opus Evangelii collegam, & quasi commilitonem sibi assumit: & partito curæ pastoralis onere, ecclesias ordinare, & verbum Dei in diœcesi sua injungit annunciare.* Tum de corporis quoque infirmi castigatione fol. 511. *Cum imbecillima vix membra portare valeret, utpote quæ ex quotidiano spiritûs labore quasi in pilam attriverat, nescio quid tamen semper in scipso vindicabat, & quasi exquisito tormento ipse se persequebatur. Et cum plerunque, ut solet, à religiosis quibusdam, fuimet ut misereretur, & pœnam, quam sibi consciverat, vel modicè, ut temperaret, rogaretur: Omnes vos, aiebat, consolatores onerosi, & amici non bene misericordes. Si enim Apostolus tribulationem super tribulationem, spem super spem ædificabat, dicens: Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit: quanta putatis perseverantia elaborandum, ut tribulatione, & spe, perveniamus ad certamen illud legitimum, sine quo non coronatur ipse Doctor gentium.* Neque dubium, quin frequenter etiam Brugas advenerit, ac Flandrenses noviter Christianos, edocuerit fidei rudimenta, plurimosque monasterio suo Eeckhoutano associarit. Meyerus, Locrius, aliique, hoc anno scribunt, à S. Eligio repertum corpus S. Quintini Augustæ Viromanduorum. Adde & Piatonis, Crispini, & Crispiniani, & Luciani, quorum omnium ita meminit Oudoënus apud Sur. fol. 13. *Tunc ergo sacrum* (S. Quintini) 1. Decemb. *inventum corpus Eligius cum gaudio lachrymans exosculatur, at, de profunda tellure eodem elevato, reliquias sibi, undecunque concupivit, segregavit. Dentes etiam pro languentium medela, ex maxilla sancta abstulit, atque ex radice dentis gutta sanguinis exivit. Clavos quoque miræ magnitudinis, quos tempore passionis ejus persecutores corpori infixerant, ex cerebro, cæterisque artubus abstractos, sibi pro reliquiis sequestravit. Capillos etiam pulcherrimos in reliquias separatos delegavit. Deinde holoserico preciosissimo obvolutum, compositumque honestissimè corpus, summa cum diligentia, retro altare transposuit. Tumbam denique ex auro, argentoque, & gemmis miro opere desuper fabricavit; Ecclesiam quoque, quæ exigua conventibus populi videbatur, eximio opificio ampliatam decoravit. Ipse demum ex reliquiis, quas à sancto corpore sequestraverat, multa loca condivit, multimodamque medelam diversis ægritudinum incommodis easdem impertiendo præbuit. Post hæc simili modo, grandi labore ac instantia invenit in territorio Medenatensi, vico Sicltnio, sanctum martyrem*

tyrem Piatonem. Cui similiter clavos oblongos ex corpore ablatos, populis in argumentum monstravit. Corpus denique, sicut martyrem decuit, accuratè composuit, atque Mausoleum desuper eleganter fabricavit. In Suessionum quoque civitate, sanctos martyres, & germanos, Crispinum, & Crispinianum, ex quadam crypta prolatos, mirifice composuit, eorumque memoriam insigni ornamento decoravit. Necnon & in Bellovacensi municipio beatum martyrem Lucianum, collegam quondam S. Quintini, inventum similiter composuit, & fabricavit. Sed & aliis permultis Sanctorum memoriis impendit diligentiam, quae nunc non sufficit narrantis explicare lingua. Supra fol. 142. Oudoenus generaliter meminit sacrarum omnium capsarum, quas totâ vitâ suâ S. Eligius, aut ipsemet fabricavit, aut fabricari jussit; nunc verò cum lib. 2. ferè acta S. Eligii, ut episcopi, describat, omnino existimo, hæc eo Episcopo fuisse fabricata. Sed & hoc tempore S. Eligius Siclinii novum templum construit, ut habent archiua eccl. Siclin, apud

L.2.c.11. Busel. *Qui Beatus* (Eligius) *Episcopus gloriosum martyrem* (Piatonem) *multo amore, & honore prosequens, Ecclesiam ejus antiquam dejiciens, ampliorem, atque decoratiorem ædificari præcepit, clericos instituit, beneficia delegavit, ut diatim cultus divini officii, ex more ibi celebraretur, ad laudem & gloriam S. Trinitatis.* De aliis novis ab eo templis constructis, hoc adfertur à Sandero in auctuario ad tom. 1. Fland. sub alt. fol. 43. ex chronico Blandiniensi: *S. Eligius Noviomensis, & Tornacensis Episcopus, prædicavit verbum Dei in Flandris, Blandinium amplificavit, ecclesiam S. Martini Cortraci dedicavit. Brugis item, & Aldenburgi, Rodenburgi, & in Oostburgh, templa construxit.*

Anno Christi 658. *Clodoveus II. Neustr. Reg. XVI. à morte patris XI. Sigeberti Austr. Regis XVII. à morte patris XI. Erchenoaldi, & Grimoaldi Majorum domûs X:* S. Aubertus, *In monasterium S. Vedasti,* (à se exstructum anno 655) *transtulit corpus S. Vedasti* 1. *Oct. & religiosos Benedictinos ibidem constituit.* M. S. Desprетz apud Colv. in not. ad Balder. fol. 405. Meminit hujus translationis Balder. l. 1. cap. 9. *Sepultus est autem* S. Vedastus *in ecclesia beatæ virginis Mariæ, haud procul ab ipso altari, ad australem plagam. In quo loco per aliquot temporis quievit, quousque, revelante Domino, à viris sanctis Autberto, atque Audomaro, ad locum, ubi nunc ejus memoria fulget, feliciter est translatus, sicut in libro vitæ ejus, & plenius in gestis beati Autberti legitur. In qua translatione beatus Audomarus receptum corruptibile lucis munus, fertur, reimpetratâ cæcitate, vitasse.* Et apud Locrium tabulæ ecclesiæ Atrebatensis: *Corpus ejus in Ecclesiâ Atrebatensi, ubi Pontificalis Cathedra fungebatur officio, tumulatum exstitit honorificè, multis postmodum coruscans miraculis; jacuitque ibidem annis circiter* 118. *De hinc à beato Auberto, & Audomaro, Episcopis, translatum exstitit in locum ab Angelo denotatum, ubi nunc veneratur; capite tamen, nec non brachio ejus dextro, in ecclesiâ Atrebatensi, meritò reservatis.* Ab anno 658. aufer annos 118. obierit S. Vedastus anno 540. Lo-

Fol. 34. cum, unde elevatus est S. Vedastus; anno 540. suprà describit Alcuinus

Alcuinus, qui & de hac elevatione, hoc modo, apud Sur. fol. 70. unde reliqui sua hauserunt: *Iacuit autem in loco eodem usque ad tempus beati Autberti, qui septimus ei in sede pontificali successit episcopus. Is autem, ut majorum relatione cognovimus, & ut in innumerabilium hominum ore versatur, & quod oculis etiam factum probamus, dum quadam die post hymnos matutinos in humanis consistens, rubente aurora orientem versus intenderet, vidit eminus trans fluviolum, qui Crientio vocatur, virum praefulgidum, virgam manu tenentem, basilica locum metiri. Quod ille cernens, revelante Deo, visionem cognovit angelicam: ostensumque est illi, beatum illuc Vedastum, annuente Christo, sine dubio transferendum. Qua revelatione certior factus, invitavit ad tantum opus beatum Audomarum, qui ea tempestate Taruenna Marinorum urbis Episcopus, in Dei rebus, magnificus habebatur. Qui licet jam senio pressus, & amissione luminum videretur debilior factus, animum tamen, ut arcum habens spirituali studio intentum, ilicò promptus, Christo gressus regente, festinus ad venerabilem pervenit Autbertum. At ille quid animo gereret, & quid sibi divinitùs esset ostensum, referens, pari voto communique consilio, cum magno populorum gaudio, qui undique confluxerant, ad locum designatum, beatissimum transtulerunt Vedastum. In qua translatione perhibetur beatus Audomarus lumen recepisse oculorum, sed illicò precibus eandem, quam ultroneus ferebat, reimpetrasse caecitatem. Parvipendebat quippe lumen carnalium oculorum, qui lumen meruit civium supernorum.* Sigebertus in chronico, malè hæc refert, ad annum Christi 697. quem non attigerunt S. Autbertus, & Audomarus. Legitur apud eum in editione Miræi, ex M. S. Lipsii: *Translatio S. Vedasti post annos obitus sui CXXVIII.* Legendum fuerat CXVIII. ut suprà. Natus hoc anno in Northumbria S. Willebrordus, teste Gaspare Bruscio, apud Locrium, fol. 76. Consonat Alcuinus, dum anno ætatis 33. scribit eum venisse Trajectum, qui fuit Christi 690. Nivardus seu Nivo Episcopus Rhemensis, anno 658 *Authoritate Vitaliani Papae, construit, seu reparat, Altumvillare à Barbaris dirutum.* Ita Colvenerius, qui subjungit: *Hujus S. Nivardi sororem, nomine Blitildem, Childericus Rex Austrasiorum, & postea Francorum, duxerat in uxorem, ex qua suscepit filiam Amalthidem, quam Reolus Comes Campaniae habuit uxorem.*

6. Febr.

Histor. Rhem. Catal.

Hujus anni exstat donatio Adroaldi villæ Sithiu, in pago Teruanensi, ad ædificandum monasterium S. Bertini, apud Miræum, in notit. eccl. Belgii: *DOMINIS SANCTIS PRESBYTERIS BERTINO, MOMMELINO, EBERTRANDO, EGO IN DEI NOMINE ADROALDUS, sanâ mente, sanoque consilio, integra deliberationis, prout mundana peccata abstergere Dominus dignetur, dono vobis omnem rem portionis hereditatis meae, in pago Teruanense, quam domno patri Audomaro, Apostolico viro, ad Xenodochium suum aedificandum, dare valuimus: sed ipse salubre consilium nobis donavit, ut ipsam rem vobis delegarem, ut ibi monasterium in honore S. Petri, principis Apostolorum, construere debeatis, ad conversandum monachis, ubi beati pauperes spiritu,*

Lib. 1. c. 5.

ritu, & domeſtici fidei adunari debeant, quorum voces quotidie ad au-
res Domini perſonare noſcantur, quorum petitiones audit, & implet.
Propterea vobis in Chriſto patribus dono, per hanc epiſtolam donationis,
in pago Teruanenſi, villam proprietatis meæ nuncupatam Sithiu, ſuper flu-
vium Agnione, cum omni merito ſuo, vel adjacentiis, ſeu aſpicientiis ip-
ſius villæ. Hæc ſunt, villa Magnigeloca, Vinciaco, Tatinga villa, Amreio,
Maſto, Fabriciuio, Lonſantavas, & Adfundenis, ſeu Malros, Alciaco,
Louriadiaca, villa Franciliaco, cum domibus, ædificiis, terris cultis, & in-
cultis. Facta eſt donatio 8. *Idus Septembris, anno XI. regni domini no-*
ſtri Clodovæi Regis. Actum Aſcio, villa dominica publicè, coram ſtrenuis
viris, quorum nomina cum ſubſcriptionibus, vel ſignaculis ſubter tenen-
tur inſerta. Signavi ego Adroaldus hanc donationem, à me factam, in
Chriſti nomine, peccator. Audomarus nomine, abſque opere, Epiſcopus,
pro teſtimonio. Ego Adolfus presbyter. Ego Ingobertus presbeyter. Signum
Chuniberti Graphionis. S. Landeberti. S. Maurilionis. S. Babonis, & alio-
rum. Cunibertus *Graphio.* 1. *Comes*, vulgò *GRAVE*, pagi videlicet
Teruanenſis, aut Bolonienſis, qui alius erat, à Flandrenſi, hic enim
in epiſcopio erat Tornacenſi, ille in Morinenſi. Erat & Comes
Pol.465. Adertenſis, de quibus v. libro prodr. 2. Ebertrandus, Bertram-
nus appellatur, in vita S. Audomari, quam edidit Folcardus:
Cap. 11. *Tres verò viri,* inquit, *Mommelinus, Bertramnus, & Bertinus, ex ter-*
ritorio Conſtantienſi, ad ſanctum venere Audomarum, ad ejus inſtitu-
tum, contempto paterno ſolo, & cunctis vitæ oblectamentis, amplecten-
Cap. 12. *dum.* Adroaldum idem vocat, *virum locupletem, & nobilitate cla-*
Cap. 13. *rum, qui omnes facultates ſuas, & villam Sithiu, Chriſto, & Audomaro*
Cap. 14. *tranſſcripſit.* Addit & conditum egregium templum, *In honorem B.*
Virginis Genitricis, & cœnobium *ad Agnionem fluvium, cui ab Au-*
domaro præfectus eſt Mommelinus. Iperius apud Locrium in chroni-
co Bertinico, fol. 51: *Quidam prædives opum, vir illuſtris Adroaldus*
nomine, nullum habens filium, cum beato Audomaro tractare cœpit, qua-
liter poſſeſſionum ſuarum Eccleſiam hæredem faceret, villam quæ Sithiu
vocatur, cum ſuis appendiciis, beato obtulit Audomaro, ut ibi Xenodo-
chium conſtruat. Iuſſu igitur beati Audomari, tres ſancti viri prædicti,
Bertinus, Mommolinus, & Ebertramnus, Eccleſiolam conſtruxerunt, &
Cellam, in territorio ejuſdem villæ, in loco qui adhuc, & propter hoc
vocatur vetus monaſterium, ſuper fluvium Agniona. Sed malè *anno* 626.

Anno Chriſti 659. *Clodovæi II. Neuſtr. Regis XVII. à morte pa-*
tris XII. Sigeberti Auſtr. Reg. XVIII. à morte patris XII. Erchonoaldi
& Grimoaldi Majorum domûs XI. Circa hoc tempus Clodovæus du-
Tom. 1. cit Bathildim. Auctor vitæ Bathildis, Cheſne 666. *Poſtquam idem*
Dux (Erchonoaldus *) alteri nupſit, tandem Bathildis puella quæſita, &*
inventa: ſed à prædicto Principe minimè eſt contacta. Nutu divino fa-
ctum eſſe credimus, ut quæ Principis nuptias devitaverat, poſteà Clodo-
væum, Dagoberti quondam Regis filium, in conjugem acciperet, & me-
rito humanitatis ad altiorem gradum eam attolleret. In quo divina diſ-
penſatio eandem honorare decreverat, ut dum Regis miniſtrum contem-
pſerat,

pſerat, ad Regis copulam perveniret, atque ex ipſa Regalis progenies procederet. Quod ideò peractum eſt, ſicut omnibus patet, ut ipſa, quæ erat ex Regali progenie, Regiam ſumeret copulam, Regalemque generaret ſobolem. At ipſa collatâ ſibi à Deo prudentiæ gratiâ, vigilanti ſtudio, & Regi abstemperabat, ut domino, & Principibus ſe oſtendebat, ut matrem; Sacerdotibus, ut filiam; juvenibus, ſive adoleſcentibus, ut piam nutricem. Eratque amabilis omnibus, diligens Sacerdotes, ut patres; Monachos, ut fratres; pauperes, ut domeſticos. Perigrinos, ut filios, quia & ipſa peregrina fuerat, amplectebatur. Viduis, orphanis, & pupillis ſubſidia vitæ miniſtrabat, & omnibus omninò debilibus opem ferebat. Iuvenes quoque ad religioſa ſtudia exercenda ſemper commonebat, ac Regi humiliter, aſſiduéque, pro Eccleſiis, & pauperibus ſuggerebat. Fredegarius hanc vocat Baldechildim, Cheſne fol. 767: *Chlodovæus filius Dagoberti ex genere alienigenarum, Reginam accipiens, nomine Baldechildem, prudentem,* Cap. 91 *atque elegantem, genuit ex ea, filios tres, Chlotharium, Childericum, & Theodoricum; habebatque Majorem domûs Palatii virum ſtrenuum, atque ſapientem, nomine Erchonoaldum.* Mirum, quo auctore Sauſaius, in martyrologio Gallicano; Bathildim hanc, Berengeri, primi Herciniæ, & Aſcaniæ Principis filiam, appellet.

Anno Chriſti 660. *Clodovæi II. Neuſt. Reg. XVIII. à morte patris XIII. Sigeberti Auſtr. XIX. à morte patris XIII. Erchonoaldi, & Grimoaldi Majorum domûs XII.* Naſcitur Clodovæo, & Batildi Clotarius. Obit hoc anno Itta, ſive Iduberga, vidua Pipini, de qua ſic in vita S. Beggæ, ab Anonymo olim ſcripta, apud Ryque- fol. 10. cap. 3: *Complevit autem in præſenti vita, annos ætatis ſexaginta, obiitque in ſupradicto monaſterio Nivalenſi. Vixerat vero poſt obitum illuſtriſſimi viri Pipini annos duodecim, atque in præfato monaſterio, honorificè ſepultura commendatur in Baſilica B. Petri Apoſtoli. Gertrudis matre decedente,* &c. *Gnaros viros, & ſpirituales matres eligere ſtatuit, cum quibus commiſſi gregis onera partiretur,* &c. *Etiam Baſilicas ſanctorum à fundamentis conſtruens, precioſa ibi inſtituit beneficia.* Vita ſanctæ Gertrudis apud Sur. 17. Martii, fol. 197: *Mater ejus Itta, rebus hic ad hunc modum compoſitis, plena jam dierum, cum etiam nepotes ſuos vidiſſet, non minor annis 60. ab obitu mariti ſui Pipini anno 12. Deo, & ſanctis angelis ſpiritum ſuum commendans, migravit ad Dominum, atque in Nivellenſi monaſterio ſub B. Petri Apoſtoli tegmine honorificè tumulata eſt. Cum autem matre defunctâ, S. Gertrudis, totum regiminis pondus in ſe ſolam recepiſſet, cogitabat ſecum, de rerum cæleſtium contemplatione, cupiebatque ſine rerum temporalium ſtrepitu illi uni vacare. Itaque foris quidem bonis, & fidelibus fratribus, intus verò, id eſt, intra monaſterii ſepta, ſpiritualibus ſororibus rei familiaris curam demandabat, ut poſſet ipſa liberius, die ac nocte in ſancto agone perſiſtere, & vigilando, orando, ſacris incumbendo lectionibus, & jejuniis, adverſus ſpirituales nequitias dimicare.* De Pipini morte v. ad annum 648. fol. & de ampliſſimo horum diſtrictu ad annum 619. fol. 100. Matthias van Hove l. 7. fol. 234. diſtrictum Pipini, regionem omnem

appellat, sitam inter Scaldim, & Mosam; Ansigiso Beggæ marito dominium Tungrorum adscribit; Sanctam Gertrudem nominat dominam de Stryen, Gertrudenbergæ, Zevenbergæ, Steenbergæ, Bergæ ad Mosam; subjungit fol. 238. ipso die S. Gertrudi sacro, quotannis in ejus memoriam, Bergæ ad Somam, Magistratum renovari. De Mauronto S. Rictrudis filio, ita auctor vitæ S. Rictrudis, Chesne 654: *Postquam autem Maurontus ad viriles pervenit annos, cum esset vir nobilis Regis lateri adhærebat, qui perpetuis ejus officiis, & ministeriis utebatur.* Item: *In Aula etiam Regis, quippe clarâ editus prosapiâ, præclarè functus est officio Regiorum conscribendorum Diplomatum, sive Edictorum.* In vita S. Richarii, hoc etiam de eo scriptum reperitur, Chesne 652: *Gislemarus vir illustris, & Christianæ Religionis devotus amator, simul & Maurontus nobilis quidam vir, & terrarum, vel silvarum ad Regem pertinentium, servator, præbuerunt ei locum manendi in silva Crisciacensi. Qui & ipse Maurontus posteà, seculari habitu deposito, Monachus factus est in eodem loco. Cumque viro Dei mansionem solitariam præparasset, Christo monasterium construere inchoavit* V. anno 662.

Anno Christi 661. Clodovæi II. Neustr. Reg. XIX. à morte patris XIV. Sigeberti Austr. Reg. XX. à morte patris XIV. Erchonoaldi, & Grimoaldi Majorum domûs XIII. Notatur fames hoc anno totâ penè Franciâ, unde sic Aimoinus: *Anno decimo quarto suscepti regiminis, Clodovæus Rex, argentum, quo genitor suus absidem super sepulchra martyrum Dionysii, Rustici, ac Eleutherii prominentem operuerat, auferri mandavit, & Argulfo loci illius Abbati tradi, ut ipse illud egenis, & necessitatem patientibus (quia fames eo tempore totam pene occupaverat Franciam) dispartiret.* Nascitur Clodovæo, & Batildi Childericus, hoc, aut sequenti anno. S. Gertrudis ob rationes scriptas
17. Mart. præcedente anno, ut est in vita ejus apud Sur. fol. 198: *Ex concilio servorum, & ancillarum Dei, Abbatissæ honore, & officio, se Christi amore abdicans, quantum quidem ad rerum externarum curam attinet, neptem suam Wulfetrudem, quæ ab ipsis propè incunabulis apud ipsam ad monasticæ regulæ præscriptum educata, & sacris literis imbuta fuerat, suo loco, invitam coëgit Abbatissæ ministerium exercere. Agebat tum Deo sacrata puella Wulfetrudis vicesimum ætatis annum, antiquo Francorum stemmate prognata.* Contigit sub id tempus S. Foillani martyrium, de quo sic in vita S. Gertrudis, apud Ryquelium, c. 11. fol. 59: *Hic venerabilis vir ab Hibernia oriundus, ante paucos annos in Galliam cum sociis transierat, & ad beatam Gertrudem, tutum scilicet, & tanquillum pietatis portum, applicuerat. Qui cùm se invicem in sancta conversatione cognovissent, tanta inter se charitate conjuncti sunt, ut & virgo hospitem libentissimè retineret, & hospes cum virgine cupidissimè remaneret.* Et cap. sequenti: *Contigit eum per sylvam Sonesiam, Nivellæ contiguam, errare, & in impias latronum manus incidere. A quibus cupiditate spolii, cum tribus discipulis peremptus, palmam martyrii adeptus est.* Miræus in Fastis 30. Octob: *Foillanus, cum tribus discipulis,*

in sylva

in silva Carbonaria apud Hannones, martyrio est coronatus, & sepultus Fossis, in Scotorum monasterio; ut Eginhardus, Caroli magni Cancellarius, in Historia S. Marcellini, & Petri, illud nuncupat; quod hodie est Canonicorum collegium, intra muros opidi Fossensis, in diœcesi Leodicensi. Et mox, fol. 640: *In loco, quo Foillanus martyrium fecit, hodie illustris Abbatia Canonicorum regularium ord. Præmonstratensis visitur, prope Rodium Hannoniæ opidum.* Iperius in chronico Bertinico apud Miræum fast. Belg. 6. Nov, fol. 652: *Circa an. 661. B. Winocus, Indicail Britonum Regis filius, & S. Iudoci frater, spreto mundo, sub B. Bertino, in Sithiu monasterio, monachus efficitur, cum tribus fratribus suis, Kadanoco, scilicet, Ingenoco, & Madoco.* De S. Iudoco v. suprà dicta ann.645. fol. 145. Sub id tempus S. Eligius Cominii D. Chrysolio martyri templum dedicavit; venerat in has partes, Româ, cum S. Quintino, Piatone, &c. ac sub Diocletiano Imp. Rictiovaro Præside, Cominii ad Lisam, martyrio coronatus est. V. lib. 2. prod. fol. 655. Molanus in natalibus Sanctorum Belgii, fol. 34: *S. Chrysolius Tornaco, & aliis Flandriæ locis, Christi nomen attulit. Ob quod etiam in Vrelenghem corona, & verticis amissione martyr occubuit, & post martyrium, ad locum, qui Comines dicitur, per duo ferè milliaria ambulavit. Quo in loco etiamnum quiescit, ad Lisam, in collegiata Ecclesia, à beato Eligio elevatus: locus enim est Tornacensis diœcesis.* 7. Febr.

Anno Christi 662. Clodovei II. Neustr. Reg. XX. à morte patris XV. Sigeberti Reg. Aust. XXI. à morte patris XV. Erchonoaldi & Grimoaldi Majorum domûs XIV. Vrsana virgo Anglo-Saxoniæ, neptis Bathildis Reginæ, educatur in aula Clodovæi, ac Rigoberto nubit, Comiti Palatino. Vita S. Berthæ, Chesne fol. 665. *Temporibus Clodovei Regis Francorum fuit quidam vir illustris, prudentiâ eminens, bonitate multos præcellens, nomine Rigobertus, qui ob prudentiam, & nimiam sagacitatem suam promeruit, ut Palatinus Comes à Rege constitueretur, & condignâ veneratione ab omnibus haberetur. Bathildis quoque illustrissima Regina de Vltramarinis partibus Anglo-Saxoniæ exorta nobilissimam neptem, nomine Vrsanam, idem præfatus Rex venerabili Rigoberto in matrimonium junxit, beneficiumque maximum delegavit.* Maurontus fastu aulico abjecto, Martianas, ad matrem Rictrudem venit, *Vbi sanctissimus pontifex Amandus, eum, juxta morem ecclesiasticum, benedicens, decisâ capiti ejus comâ, in clericum totondit*, ut ait Hucbaldus, in vita S. Rictrudis. S. Aubertus elevat corpus S. Berlindis, *Qua*, ut ait Miræus in fast. Belg. *temporibus Dagoberti Regis, patrem habuit Odelardum, matrem Nonam S. Amandi Trajectensis Episcopi sororem, quæ post matris obitum in monasterio Morsellensi sacrum velamen suscepit, demum piè defuncta Morbeca, in basilica S. Petri sepulta est, & trigesimo post anno, elevata per S. Aubertum. Cum eo ibidem quiescunt elevata, Nona, & Celsa, virgines sanctæ.* Ita Miræus in fast. Belg. Item Molanus ex officio ecclesiæ Morbecensis. 3. Febr.

Anno Christi 663. Clodovei II. Neustr. Reg. XXI. à morte patris XVI. Sigeberti Reg. Austr. XXII. à morte patris XVI. Erchonoaldi & Gri-

L.2.c.41. *& Grimoaldi Majorum domûs XV.* Aimoinus: *Anno XVI. ex quo sce-*
ptra susceperat regalia, Pontifices, & totius gentis Principes, Clippiacum
convenire jubens, mediusque inter eos solio residens, hoc habuit sermo-
nis exordium. Quamquam (inquiens) Francigenæ cives, terreni nos curæ
principatus ammonuerit, publicus vos consultores rebus advocare: tamen
prius nobis convenit, ea quæ Dei, & Sanctorum ejus sunt, disponere, ut
postmodum ea, quæ nostra sunt, dante Deo, ex sententia cedant. Et
mox: *Nostri itaque devotio hæc exstat animi, ut monasterium patroni*
nostri Domini Dionysii, in quo ipse, cum consortibus testimonii veritatis,
requiescit humatus, & piæ memoriæ genitores nostri (dominus videlicet
Dagobertus, ac domina Nantildis) se sepelire mandaverunt, ab omni sol-
vamus dominio mortalium. Et mox: *Huic conventui interfuere prope*
omnes Gallicani Episcopi: inter quos quidam sancti extiterunt viri, quos
sancta Ecclesia dignis effert honoribus, eò quod ad eorum sepulchra variis
vexati sanentur infirmitatibus. id est beatus Audoënus, & sanctus Rado
frater ipsius, atque dominus Eligius, cum beato Sulpitio, nec non sancto
Eucherio. E quibus beatus Audoënus (qui & Dado dictus est) referen-
darius fuit regis Dagoberti, filiusque præcellentissimi viri Antharii. Qui
referendarius ideo est dictus, quod ad eum universa publica deferrentur
conscriptiones, ipseque eas annulo Regis, sive ab eo, sigillo sibi commisso,
muniret, seu firmaret. Cui fuerunt duo fratres, Ado scilicet. & Rado. Item:
Hos fratres ad tam præclara exercitia, exemplo sanctissimi reor excita-
tos esse Eligii. Interfuit & huic concioni S. Audomarus episcopus,
ut apparet è diplomate Clodovæi, ea de re concesso monachis
Fol. 682. S. Dionysii, quod Doubletius recitat in ejus monasterii archivis,
hoc initio: *CLODOVÆVS REX FRANCORVM VIR ILLVSTER*, &c.
Clodovicus Rex subscripsi, &c. *Audemerus episc. consentiens subscripsi.*
Eligius subscr. Laudericus episc. cons. subscripsi, &c. *Ebroïnus subscripsi*,
&c. *Data sub die decima Kal. Iul. anno XVI. regni nostri Clipiaco Pa-*
latio in Dei nomine, &c. Diploma Landerici hanc libertatem con-
firmantis, episcopi Parisiorum, recitat in conc. Galliæ, Sirmon-
dus t. *1.* fol. 495. & Bignonius ad formulas Marculphi in notis
ad libr. 1. fol. 422. cui inter alios Eligius, & Oudoënus, episco-
pi, subscribunt. Eodem tempore nascitur Clodovæo, & Bathildi,
Theodoricus, ut colligitur è vita Bathildis. Rigoberto quoque,
& Vrsanæ, de quibus anno præcedenti, nascitur S. Bertha. Per-
git author vitæ ejus, Chesne 665: *Nota autem est eis filia, cui no-*
men imposuerant Bertham, quæ interpretatur fulgida, seu splendida, ut
ipso quoque insimularetur nomine splendor bonæ ejus vitæ. M. S. Gal-
licus Claudii Despretz apud Colvenerium in notis ad Balderici
chronicon Cameracense, de S. Auberto fol. 405: *Anno 663* (S.
Autbertus) *In Ecclesia Peronensi, de terra levavit corpus S. Fursei,*
L.3.c.19. *16. Ianuarii.* Meminit elevationis hujus Beda: *Sed & post annos qua-*
tuor, constructâ domunculâ cultiore receptui corporis ejusdem, ad orien-
tem altaris, adhuc sine macula corruptionis inventum, ibidem digno cum
honore translatum est. Vbi merita illius multis sæpe constat, Deo operante,
claruisse

claruisse virtutibus. Hac & de corporis ejus incorruptione breviter attigimus, ut quanta esset viri sublimitas, legentibus notiùs existeret. Quæ cuncta, imbecille ejus, sufficientiùs, & de aliis commilitonibus ipsius, quisquis legerit, inveniet. Obierat videlicet anno 659. ut ibi ex eodem Beda est annotatum. S. Eligius oratorium facit in monte etiamnum S. Eligii appellato, prope Atrebatum, teste Balderico, in vita S. Vindiciani episcopi Atrebatensis, & Cameracensis, post S. Aubertum, ubi sic legitur, fol. 55. de S. Vindiciano: *Ad remunerationem sui laboris die obita v. Idus Martii migravit ad Christum, sepultusque est in basilica, in loco videlicet, qui dicitur Mons S. Eligii, ubi quondam ipse, cum ægrotaret, apud Brosellam, diœcesis suæ territorium, jussit se transferri, pro eo quod ibi beatus Eligius habitationis suæ fecerat diversorium, cui beatus Vindicianus familiari usu dilectionis inhæserat.* L. 1. c. 28.
De S. Vindiciano sic M. Gallicus Claudii Desprez, apud Colvenerium in notis ad Baldericum, fol. 419: *S. Vindicianus natus fuit in Bullecourt, ex quo se transtulit in locum Atrebato vicinum, qui hodie S. Albinus dicitur, ubi heremitagium, ut vocant, & oratorium construxit, dicatum S. Albino, quod nunc Capella S. Vindiciani nominatur. Ex hoc loco evocatus fuit à S. Autberto, & ab eo vicarius in sede Atrebatensi, & Archidiaconus constitutus est.*

Anno Christi 664. Clodovæi II. Neustr. Reg. XXII. à morte patris XVII. Sigeberti Reg. Austr. XXIII. à morte patris XVII. Childeberti filii Grimoaldi Reg. I. Childerici Reg. Austr. I. Erchenoaldi Majo. domûs Neustr. XVI. Grimoaldi Majoris domûs Austr. XVI. Hujus anni est prophetia, seu potius oraculum, S. Eligii, de Regum Francorum successione, quæ alioquin diversè omnino traditur, ab authoribus diversis. du Chesne fol 633. ex Oudoëno: *Multa alia in colloquiis familiaribus prædixit, puta mortem Ariberti Regis, itemque Dagoberti inclyti Principis, nativitatémque Clotarii junioris. Qui cum adhuc matris utero gestaretur, & regina valdè sollicita timeret se feminam parituram, in regni detrimentum: Eligius venit ad eam, & jucundissimè eam appellans, ait coram omnibus, masculam prolem edituram, seque è baptismo eum suscepturum. Nomen etiam needum nato sum imposuit, Clotharium eum vocans. Præter quem, alios duos, eadem Regina peperit. Qui cum adhuc parvuli essent, & Rex, atque Regina, pacificè, & amanter viverent. Eligio oblata est visio.* „Aspiciebam, *inquit*, in visione noctis, solem sub horam diei tertiam clarè lucentem, repente disparere. Cumque insolens prodigium intentè contemplarer, video repente, ceu dimidiam oriri lunam, tribus in orbem vallatis stellis, eâque viâ ingredi, qua solet quotidie sol recurrens. „Ecce autem, dum hic quoque attonitos defigo obtutus, mox stellis manentibus, luna evanescit. Deinde illas tres accuratè considerans stellas, ad horam pœnè meridianam, video eas accedere, vicissimque suis se radiis recedere, & eam, quæ inter eas præstantior erat, de improviso non apparêre. Cumque duæ reliquæ, inter se conjungi viderentur, dicto citius alterâ ea-

„ rum obscuratâ, & sublatâ, una sola remansit, eaque recto tra-
„ mite, solis cursum imitans, magno tandem lumine aucta est: quan-
„ toque ad occidentem magis ferebatur, tantò ejus lux copiosius
„ propagabatur. Porro ubi ad ultimum pervenit occubitum, tan-
„ tam vim luminis ex se diffudit, ut solis splendorem vincere vi-
„ deretur. Hujus autẽ visionis hæc est interpretatio: Defuncto Clodovæo, qui brevi desinet esse in humanis, aliquamdiu regina conjux ejus, cum tribus filiolis Francorum regnum obtinebit. Illâ autem sublatâ, & filiis in regno relictis, unus ex iis cadet: nec diu post alter quoque, è duobus regno privabitur. Tertius verò solus obtinebit monarchiam, eritque ejus magna gloria, & potentia. *Huc usque Eligius. Nos verò dubitare non debemus ita fore, ut prædixit, cum jam nonnulla completa videamus. Nam & Clodovæus Rex intra breve tempus in pace obiit, & Regina conjunx, cum tribus parvulis, ad paucos annos regnans, filiis postea reliquit principatum. Paucis interim labentibus annis, major natu, dum pacificè regnat, excedit è vivis, duobus relictis fratribus: de quibus, quid futurum sit, solus Deus novit.* Hæc S. Audoënus l. 2. c. 31. Sed & S. Wandregisili simile exstat oraculum in ejus vita, Chesne fol. 641. *Blitildi Regina, relicta Clodovai Regis, obitus trium filiorum, ac successiones exposuit. E quibus Clotarius, qui major erat natu, quartum decimum regni annum agens, consortiu subitò caruit humanis. Deinde Childericus, temerè ab insidiatoribus interemptus, à præsenti sublatus est vita. Tertius Theodoricus, matri superstes Regni suscepit gubernacula.* Lege Bathildi. In hunc annum omnino putem incidisse mortem Sigeberti Regis Austrasiæ, vivente nimirum adhuc Clodovæo, unde sic in ejus vita, Chesne fol. 593: *O quam multos sæpè ambitio decepit! ô quam multos perfidos divina ultio sæpè pessum dedit! Mortuo Sigeberto Rege, Grimoaldus Major domus, Dagobertum filium ejus, sua fidei commendatum, ut Austrasiorum potiretur Regno, tonsoravit in Clericum, consilio Didonis, Pictaviensis Episcopi, qui fuit avunculus sancti martyris Leodegarii, & per manum ipsius Didonis, insontem puerulum in Scotiam direxit, exilio inrevocabili. Filium verò suum Childebertum Austrasiorum Regno constituit Regem. Franci agrè ferentes perfidiam Grimoaldi, captum eum destinant Parisius ad judicium Regis Clodovai, qui fuit frater Sigeberti. Quem Clodovaus vinculatum carceri mancipavit, & crudeliter, ut dignus erat, usque ad mortem tormentavit. Austrasii Hildricum filium Clodovai assumunt, & in Regno Austrasiorum, quod Sigebertus patruus ejus tenuerat, Regem constituunt.* Ibidem fertur obiisse anno 642. sed error est exscriptoris, etiam in annis ætatis ejus, & regni. Childeberti diploma est, apud Iperium, Miræo teste, in fastis, 6. Novemb. fol. 651. *Heremarus vir nobilis, villam suam, Wormhoult dictam, in Flandria, supra fluvium Pena, B. Bertino tradidit. Bertinus verò considerans viros Dei, Winocum, & tres fratres ejus, in Dei servitio plus ceteris profecisse, eos illò misit monasteriolum construere, conventum congregare, Christique pauperibus hospitia praparare. Quibus Heremarus villam suam Wormhoult, cum appenditiis,*

appenditiis, privilegio suo firmavit: quod sic incipit: Omnibus præsentibus, & futuris, qui Christianâ censentur, &c. *Actum in Sithiu monasterio, Kalendis Novembris, anno primo Hildeberti Regis. Illi conventiculo B. Bertinus concessit præesse S. Winocum, ubi miraculis concomitantibus, Domino finetenus inservit. Sic Iperius in Chronico ms. Bertinensi.* Infelicissimè certè Grimoaldus, & Childebertus hoc tempore inciderunt in manus Clodovæi, ut qui jam ad amentiam vergebat, de qua anno sequenti. In vita S. Remacli, per Notgerum, scripta de Grimoaldo, sic tantum lego, Chesne 645. *Post hac Rex ille, cùm Austrasiæ Regnum præclarè rexisset, diem clausit extremum. Porrò Grimoaldus Major domûs, sive Præfectus Palatii, sub prætextu munerum accipiendorum, à Clodovao fratre Sigeberti Parisius evocatus, illic retentus est: quod filium domini sui Sigeberti, quem in suam fidem susceperat, ut eum patri in regno substitueret, clericum effecisset, sive totondisset, suum filium Regem volens constituere.* Sigebertus Gemblacensis in vita S. Theodardi, apud Sur. 10. Sept. fol. 112: *Tuebatur etiam eum contra omnes favor Sigeberti Regis, qui amator divinæ religionis, oculos habebat columbinæ simplicitatis. Quo defuncto, regnum Austrasiæ, quod tenuerat, dedit frater Clodovæus filio suo Childerico.* Exinde secuta cædes Theodardi, sub puero Rege. Sic enim pergit idem author, fol. 213. *Tum verò omnis malitia, & injustitia in regno prævaluit, & contra Ecclesiam gravis domestica tempestatis turbo intonuit. Theodardus autem, quia mercenarius non erat, non fugit à facie luporum, sed pro ovibus suis constantiùs, ex adverso stetit. Et quia pastor essentialiter bonus dixerat: majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat, quis pro amicis suis; nec in hoc surdus auditor fuit, paratus pro ovibus animam ponere. Sed ne quid inexpertum relinquat, deliberat Regem Childericum adire, & ante eum, super injuriis ecclesiæ illatis, legaliter expostulare, si forte per censuram regalem ecclesiæ possessiones suas reciperet.* Et post pauca: *Iam diœcesis suæ terminos longè excesserat, & in pago, quem Alisatiam vulgò dicunt, bonis adhuc proventibus gradum fixerat. Et, ecce cuneus inimicorum Dei, de insidiis emergens, arrectis lanceis, in necem innocentis proruit.* &c. *Caput sancto, oleo perunctum in frusta secant, corpus sanctum membratim dilaniant.* Floret hoc tempore Aicuriæ Regenufla, S. Gertrudis Nivellensis, & Aldegundis cognata, teste Molano, & Miræo; quorum prior ita 14. Iul. fol. 150. *In Aij-curia natalis sanctæ Ragenuflæ virginis. Quæ temporibus Dagoberti, orta est in Brumbazia, Hasbania villa, ex parentibus genere inclytis, & religione Christianis. Quorum nomina fuerunt Aius, & Aia, ut nonnullorum fidelium asserunt testimonia, unde Aij-curtis nomen remanet. Porrò filia à tenera ætate, senilia exsequebatur opera. Vigebant enim in ea affabilitas, temperantia, justitia, longanimitas, eleemosyna, abstinentia, patientia, humilitas, mansuetudo, pietas. Erat charitate, non fictâ, fide robustâ, stabilis spe. Quam cùm Ebroinus adolescens, ad connubium postularet, & parentes nolentem urgerent, diemque nuptiarum præscriberent, illa Christi sponsi sui amore languens,*

in eodem

in eodem propoſito pravias cognatas ſuas ſanctas, Aldegundem, & Ger-
trudem ſequi voluit. Vnde inſtante die nuptiarum, cum una ancillula, ad
vicina ſylva latibulo confugit. Idem ferè habet Miræus in faſtis : *Ex*
officio, ut aiunt, *proprio diœceſis Namurcenſis, quo utuntur Canonici Aij-*
curienſes, qui Lovanii reſident, in baſilica S. Iacobi. Ebroïnus adoleſ-
cens, fortè ille, qui paulò poſt Major domûs ſucceſsit Erchebo-
aldo. Hoc anno, inquit Miræus in faſtis : *B. Adela, ex Auſtraſiarum*
Ducum, orta ſanguine, mater S. Trudanis, obiit, ſepulta in pago ſuo hæ-
reditario, Zelem, non longè ab opido Diſtenſi in Brabantia. Idem Mi-
ræus ibid : *S. Gertrudis obiit anno 664. eſtque in cœlites relata, per*
Innocentium III. Papam. In vita ejus apud Sur. fol. 198. *Beatiſſima*
Gertrudis, poſteaquam ſe Abbatiſſa adminiſtratione abdicavit, trienni ferè
ſpatio perpetuis vacabat precibus, & ſacris exhortationibus, Deique ver-
bum, tum ſibi, tum ſua cura creditis, anunciare non deſtitit. Item : *Cum*
jam prope adeſſet dies migrationis ejus, uni ad ſe accito, è fratribus, dixit:
Abi celeriter ad illum peregrinum monachum, qui Vltanus dicitur, degit-
que in monaſterio, quod Voſſuinſe appellant. Intellige Foſſenſe, nam
antea S. Vltano, Foſſas dederat, monaſterio illic condendo. Se-
quitur ibidem : *Sacratiſſimum Chriſti corporis, & ſanguinis, viaticum*
accepit : cumque ſacerdos, precem illam, quam ſecretam vocant, abſolviſſet,
anno ætatis ſuæ triceſimo tertio, 16. Calendas Aprilis, gratias agens piiſſi-
ma Creatori, quod à corporis corruptione alienam, ipſam ad ſuum regnum
vocare dignaretur, feliciter in Domino obdormivit. Quid tum accide-
ret, ita proſequitur auctor vitæ ejus, teſtis oculatus : *Tum verò, ego*
unà, cum fratre Richinio, accerſitus ego ſum, ob ſorores, ejus mærentes
obitu, conſolandas. Dixit autem ad me, frater ille : Sentiſne aliquid? Re-
ſpondi : Nihil equidem ſentio, ſed ſorores video mæſtiſſimas. Hoc cum
dixiſſem, ſuaviſſimus erupit odor, tanquam fragrantium unguentorum,
totam complens cellulam, ubi ſacrum virginis corpuſculum jacebat: inhæ-
ſitque diu illa miri odoris ſuavitas noſtris naribus, etiam poſteaquam è
cella digreſſi eramus. Quod verò ſupra ſcriptum, anno 33. ætatis
eam obiiſſe, menda eſt, aut amanuenſis, aut impreſſoris, literas
cifricas non rectè obſervantium, certum enim eſt, Pipino morien-
ti anno 648. Ittam, Gertudis matrem, 12. annis ſupervixiſſe,
Fol. 118. Gertrudim verò Ittæ, tribus, aut quatuor. Sed & ſuprà patuit, an-
no 633. eam ad pubertatis annos perveniſſe. Baronius quoque
ann. 664. ejus obitum ponit.

Anno 665. Cladovai II Neuſtr. Reg. XXII. à morte patris XVIII.
Clotarii III. Neuſtr. Reg. primo cum matre. Chilperici Reg. Auſtraſia,
cum matre I, Erchenoaldi Majoris domûs XVII. Ebroïni Majoris domûs
in Neuſtr. I. Wulfoaldi Majoris domûs in Auſtr. I. Fredegarius fol.
Cap. 91. 767. *Clodoveus in regno pacem habuit, abſque bello, in extremis verò*
vita annis, amens effectus, vitâ caruit, regnavitque annos XVIII. Et
Cap. 92. cap. ſeq : fol. 767. Cheſne : *Franci quoque Clotarium filium ejus ma-*
jorem in Regno ſtatuunt, cum præfata Regina matre. Eodem quoque tem-
pore mortuus eſt Erchenoaldus Major domûs Palatii. Franci autem in

Incerto vacillantes, accepto consilio Ebroïnum, in hujus honoris curam, ac dignitatem statuunt. Corrige gesta Francorum Regum apud du Chesne, t. 1. 717. *Decedente præfato Rege Clodovæo, qui regnavit annos XVI. Franci Clotarium, seniorem puerum, ex tribus sibi Regem statuerunt, cum ipsa Regina matre regnaturum.* Pro XVI. substitue XVIII. sic & in vita Baboleni Abbatis ibid: *Anno XVI. regni sui defuncto Clodovæo.* Gesta eadem ibid: *Childericus alius frater ejus in Austria, unà cum Wulfoaldo Duce Regnum suscipere perrexit.* In vita sancti Remacli, Chesne 645. *Clodovæo quoque defuncto, Clotarius filius ejus, in Occidente, frater Clotharii Childericus in Austrasia regnarunt.* In vita Bathildis Reginæ, ibid. fol. 666. *Rex Clodoveus vir ejus, gratiâ evocante divinâ, XVII. regni sui anno rebus exemptus humanis migravit à seculo. Relictaque sobole filiorum cum matre, suscepit illicò filius ejus Clotarius Rex Francorum regimen. Et suffragantibus præcellentissimis Principibus, Chrodoberto Episcopo Parisiaco, & domino Audoëno Rothomagensi, seu Ebroïno Majore domûs, cum reliquis Senioribus, vel ceteris quamplurimis, Regni honorem quærentibus, ad regimen Francorum in pace constituitur.* Author gestorum Dagoberti, ibidem fol. 589. causam amentiæ Clodovæi II. Regis, hanc recenset: *Hludovvius itaque Rex cunctis diebus absque bellis in regno, regnum habuit, sed fortunâ impellente quondam, in extremis vitæ suæ annis, ad supradictorum martyrum corpora, quasi causâ orationis venit. Volensque eorum pignora secum habere, discooperire sepulchrum jussit. Corpus autem beati, & excellentissimi Martyris, atque Pontificis Dionysii, intuens minus religiosè, licet cupidè, os brachii ejus fregit, & rapuit, confestimque stupefactus in amentiam decidit. Tantusque terror, & metus, ac tenebræ, locum ipsum repleverunt, ut omnes, qui aderant timore maximo consternati, fugâ præsidium peterent. Post hæc verò, ut sensum recuperaret, villas quasdam ad ipsum locum tradidit. Os quoque, quod de sancto corpore tulerat, auro, ac gemmis miro opere vestivit, ibique repofuit. Sed sensum ex aliquantula parte recuperans, non autem integrè recipiens, post duos annos vitam cum Regno finivit.* Porrò admirandum est, quod de morte Erchenoaldi tradit Audoënus, Chesne 632. tom. 1. *Rogavit eum aliquando Erchenoaldus Præfectus Palatio, ut eum ipso longiùs proficisceretur. At ille multa secum reputans, nolebat ire cum eo. Sed tamen coactus à Senioribus, & Abbatibus civitatis suæ, verentibus ne tanti viri animum offenderet, ita palam dixit: Quid necesse est, fratres, ut tantâ nos afficiatis molestiâ? Equidem novi, quod vos ignoratis, si cum illo ierimus, malè id cessurum. Ille enim hinc quidem exit, sed ibi morietur. Ivit tamen cum illo; ventum est ad locum destinatum. Cùmque illic nocte quadam, aliis dormientibus, casu beatus Eligius foras egressus obambularet, & de psalmis nescio quid secum volveret, subitò vidit columnam ignis è cælo descendere, & magnâ vi cubiculum Erchonoaldi penetrare. Rei itaque eventum, tacitè secum considerans, interitum bestiæ illius Diacono suo, qui fortè solus tum ei aderat, indicavit. Mox autem divinitus percussus Erchonoaldus, sentiens magno ardore cruciari viscera*

 sua;

sua, jubet ociùs ad se introduci Eligium. Venit Eligius, videt hominem magnu correptum angoribus: hortatur eum, ut quando jam desperat se victurum, vel moriturus faciat, quod vivens sponte noluisset. Videlicet ut loculos multos auro tumentes, quos equi vehebant, pauperibus quamprimùm erogaret, pro refrigerio animæ suæ. Id solùm profuturum ei asserens, nocitura verò, quæ in thesauris esset relicturus. Sed ille, ut rapax, ita etiam tenax, dum moras nectit, repente extremum efflat anhelitum. Corpus ejus misericordiâ motus Eligius secum asportavit, & tradidit sepulturæ. Mirum est, virum aliàs laudatum à munificentia in Sacerdotes, ac pia loca, tam infeliciter ex hac luce migrasse, nisi sit punitus, quod servos indulgentiùs tolerarit, virum sanctum conviitiis insectantes, de quo sic Audoënus l. 2. c. 20. fol. 23. Sur. 1. Dec. *Cum aliquando dies natalitius beati Petri Apostoli, haud procul Noviomensi oppido, in vico quodam celebraretur, beatus Eligius illic suo more constantissimè prædicabat verbum Dei, dicebatque profligandos, & exterminandos esse cunctos dæmonum ludos, & nefandas salutationes, atque choreas, vanas quoque, & impias superstitiones. Sed ea verba præcipui quidam ejus loci habitatores indignissimè ferebant, quod legitimas, ut ipsi putabant, consuetudines eorum, abolere vellet. Tractarunt tunc quidam impii inter se, præsertim è familia Erchenoaldi, qui erat palatio præfectus, de nece S. Eligio afferenda, si pergeret ipsorum nugas insectari. Quod ubi ille comperit, martyrii incensus desiderio, uno duntaxat diacono, & duobus clericis sibi adjunctis, reliquis domi manere jussis, ocyus eò profectus est, & per medias turbas transiens, in edito quodam, loco ante basilicam, majori instantiâ concionabatur, acriter objurgans illos, quod spretis salutaribus monitis, usque adeò dæmonum ludibriis dediti essent. Iis verbis admodum commoti, conviciis, & contumeliis eum proscindebant, mortem ei minitantes, atque dicentes: Nunquam tu Romane, licet crebro eas taxes, nostras poteris abrogare consuetudines: sed eas nos mordicus retinebimus, nec ullus mortalium tollet nobis gratissimos ludos. Tum ille nihil se proficere cernens, rei indignitate permotus, Dominum Iesum toto pectore oravit, ut permitteret homines improbos, qui tam audacter contra ejus præcepta venirent, & dæmonibus petulanter obsequerentur, ab iisipsis insideri, ut vel sic cognoscerent, quorum operibus delectarentur, & homines fideles, propensiùs, laude, & prædicatione, ipsius Christi nomen efferrent. Dixit, & confestim permulti, ii præsertim, qui manus ei injicere moliebantur, à dæmonibus arrepti, multis modis debacchari cœperunt. Eâ re valde territi omnes, qui aderant, ad hominis Dei se vestigia abjiciebant, veriti ne similia paterentur: promittebantque se dictis ejus omnibus audientes fore. Ad quos vir beatus: Ne timueritis, inquit, sed justum Dei judicium laudate, dignum est enim, ut qui ejus jussa contemnunt, ad tempus illis traditi, quos amant, sentiant magistros suos, quos colunt. Vos autem, si Christi præceptis libenter parere vultis, nihil timeatis hos latrunculos. Multis autem rogantibus, ut pro eis Dominum deprecaretur, Sinite, inquit, reipsâ experiri illos, quibus hactenus morem gesserint. Atque ita illo anno, usque ad anniversarium ejus solemnitatis diem, manserunt*

ferunt illi obsessi à dæmonibus. In ipsa autem solennitate jussit eos omnes exhiberi palam, porrigensque eis aquam benedictam, ilicò curavit illos. Erant sanè homines amplius quinquaginta. Cumque eos probè instituisset, & graviter objurgasset, sanos à se dimisit. Baronius de Clodovæi morte, sic anno præcedente: num. 21: *Hoc anno Cledovaus Francorum Rex diem obiit, ubi regnasset annos decem, & octo. Ita vetus auctor qui appendicem affixit, ad Gregorium Turonensem.* Atque hoc est, quod futurum anno superiore S. Eligius prædixit; & Oudoënus factum recensuit: *Clodovaus Rex intra breve tempus in pace obiit.* In vita S. Bertiliæ, Chesne 669. t. 1: *Post discessum domini Clodovai Regis, religiosa, & optima conjux ipsius, domina Baltechildis Regina, cum parvulo filio Rege Clotario inreprehensibiliter Regnum gubernabat Francorum, & ab omnibus Pontificibus, vel proceribus, cunctoque populo Regni sui, ejus meritis compellentibus, miro diligebatur affectu. Erat enim religiosa, & Domino multùm devota, Ecclesiarum, pauperumque curam gerens. Cum magno igitur vigore animi viriliter gubernabat Palatium. Cum Pontificibus autem, & Primatibus populi sui consilium accepit, ut regali villa, quæ dicitur KALA, Monasterium construeret puellarum: quatenus cùm ad legitimam ætatem, præfatus filius suus, dominus Clotarius pervenisset, & Regnum sibi commissum, per semetipsum regere potuisset, tunc ipsa, relictam curam regalem, sub Religionis ordine, in supradictum ingrederetur Monasterium. Eo verò quòd omnes ipsa miro diligebat affectu, & diligebatur à cunctis, complacuit consilium universis, ac consensum ei omnes præbuerunt.* De Childerico, altero Bathildis filio, ab Austrasiis in regnum assumpto, sic in vita Bathildis, Chesne fol. 666. *Austrasij quoque pacifico ordine, faciente domina Bathilde, per consilium quidem seniorum, receperunt filium ejus Childericum Regem in Austrasiam. Factique sunt Burgundiones, & Franci, ex illo tempore uniti. Et credimus, quia, Deo gubernante, juxta dominæ Bathildis magnam fidem accidit, ut ipsa tria Regna, quæ antea dissidebant discordiâ, tunc inter se tenerent pacis concordiam.* Ex his meritò, quis opinetur, Theodorico filio tertio natu, titulum traditum regni Burgundiæ; voluit enim mater, filii omnes Reges appellarentur, ut apparet è vita S. Ansberti, successoris S. Wandregisili, in Abbatia Fontanellensi, scripta ad Hilbertum, Ansberti successorem, Chesne fol. 681: *Eo tempore, quo sceptra Regni Francorum gubernabat Clotarius, filius Clodovæi Regis, & Bathildis Reginæ, unà cum germanis suis, videlicet Childerico, & Theodorico, sanctæ recordationis Ecclesiæ Rothomagensis Antistes Ansbertus, virtutibus clarus, ac Sacerdotio dignus, à patre Siwino, & pago Veliocassino, patrimonioque vocabulo Calcegio, nobili erat ortus genere.* Sic & in prophetia S. Eligii: *Regina cum tribus filiolis Francorum Regum obtinebit.* Item: *Regina conjux, cum tribus parvulis ad paucos annos regnans, filiis posteà reliquit principatum.* V. & ann. 674. Hoc tempore, ut est in vita ejus, Chesne fol. 600. B. Leodegarius: *Cùm à Didone avunculo suo, Pictavensi Episcopo, qui ultra affines suos prudentiâ, divitiarumque opi-*

 bus

bus insigni copiâ erat repletus, fuisset strenuè enutritus, & ad diversa studia, quibus seculi potentes studere solent, adplenè in omnibus disciplinis politus esset, in eadem urbe Archidiaconus fuit electus: tantaque in eo subitò fortitudinis, atque sapientia robur emicuit, ut par sui, in antecessoribus, nullus appareret. Nam cùm mundana legis censuram non ignoraret, secularium terribilis Iudex fuit: & dum canonicis dogmatibus esset repletus, extitit Clericorum doctor egregius. In libro argenteo M. S. in S. Amati, Duaci ita legitur, teste Colven. in Balder. fol. 407. *Anno ab incarnatione Domini DCLXV. Sanctus Amatus Senonensi Ecclesia præsidebat Episcopus. Eodem anno Erchenoaldus cum fratre suo Adabaldo, patre S. Mauronti, readificaverunt Duacense Castrum, & infrà castrum, templum B. Maria. Itaque paulò ante mortem Erchenoaldi.*

Anno Christi 666. Clotaris III. Regis Neustr. II. cum matre, Childerici Regis Austr. cum matre II. Ebroini Majoris domûs in Neustria II. Wulfoaldi Majoris domûs in Austr. II. Vixit aliquantisper sub Clotario Rege, S. Eligius, unde sic legimus in vita S. Godebertæ, apud Sur. Chesne fol. 671. *Nata est virgo Godeberta ex parentibus Christianis, in pago Ambianensi. Porrò à parentibus accuratè educata, cùm ad nubiles pervenisset annos, permulti nobiles eam ex nobilibus nobiliter natam sibi sponsam expetebant. Parentes autem ejus, cùm essent Regis beneficiarii, non audebant inconsulto Rege cuiquam eam in matrimonium collocare. Cùm autem apud Regem Clotarium hac res ageretur, omnesque ad Regis voluntatem animus intenderent, in medium illorum non sine nutu Dei beatus Eligius se ingessit, & virginem illam aureo suo annulo tanquam arrhabone, Christo sponsam, coram Rege, & parentibus ejus fidentissimè despondit, & dedicavit. Regebat tum ille vir sanctissimus Noviomensem Ecclesiam, ejusque doctrinâ, & exemplis multi ab errore conversi, abjecto dæmonum cultu, fidem Catholicam gratulabundè complectebantur.* Sed & cum Ebroïno traditur vixisse; Oudoënus in ejus vita, l. 2. cap. 19. *Quidam è familiaribus Ebroïni, homo infaustus, nimiumque protervus, multo tempore conabatur sylvam longè optimam ecclesia beati Eligii eripere, & in suum jus transferre: crebo eâ causâ veniens ad illum, & procaciter eum lacessens. Quodam autem die in multa hominum frequentia etiam violenter sylvam illam ab eo extorquere voluit. Eligio autem modestè, & comiter respondente, ille magis etiam petulanter cœpit virum Dei infestare. Sed neque sic Eligius quicquam de sua patientia remittens, blandis verbis ait ad eum: Amice, injice frenos cupiditati tua. Cur non erubescis tam cacâ mente rem alienam appetere? Si peteres qua mea sunt, darem forsitan tibi. At nunc quando non meam, sed ecclesia rem expetis, prorsus noveris me minimè tibi donaturum, quod pauperum necessariis usibus delegatum est. His ille acrius stimulatus, minitabundus ait ad eum: Si mihi ultro non dederis, ego vi tollam. Tum Eligius commotus, severo vultu dixit ei: Novit creator meus, nisi citò mutaveris sententiam, dignam meritis tuis excommunicationem in te prolatum iri. Ille id audiens, mirè cachinnari cœpit, multaque in virum Dei probra, conviciaque jactare. Cernens ergo Eligius eum*

nullo

nullâ ratione posse compesci, dexterâ manu extensâ, excommunicationis fulmen in eum terribiliter vibravit. Mox præpotentis Dei ira ejus sententiam prosequens, ita perculit virum, ut viribus omnino destitutus, mortuo similis videretur: & simulatque Eligius ore protulit verba, humi collaberetur. Nec multo post S. Eligius in vivis fuit, ut est apud Oudoënum in vita ejus, ita scribentem: *Usque ad initium Regni junioris Clotarii, mansit in corpore.* Mortem ejus, idem sic describit, Sur. 1. Decemb. ibid. fol. 25. *Levi beatus vir febre laborare cœpit, certiusque jam edoctus de obitu suo, jubet convocari omnes ministros suos, quos ipse multo tempore, & aluerat, & instituerat, iisque denunciat finem vitæ suæ jam impendere, atque uti semper consueverat, inter cætera, hortatur eos, ad servandam pacem mutuam, ad charitatem vel maximè colendam, ut quæ sit unitatis, & concordiæ vinculum. Deinde evocato Baldredo, Tornacensis Ecclesiæ Abbate, sic ait: Ego, frater, quod certissimè futurum scio, te celatum nolo. Equidem jam sum abiturus à vita: te vero admoneo, ne unquam velis Turones redire: sed mane hic apud fratres tuos. Quod si secus feceris, jam ante tibi prædico, vivum te inde non rediturum. Quod quidem sic accidit. Baldredus enim, post obitum beati viri, sine dilatione, Turones petiit: sed post dies non multos, turbâ in eum irruente, valde cæsus, & tandem interfectus est.* Vbi pro *Tornacensis*, lege *Turonensis*. Et fol. 26: *Vos ergo moneo, & per gloriosum Christi adventum obtestor, ut si qua in vobis, erga me charitas est, instituta, & jussa mea servetis, & monasteriolis meis, quæ Christo auspice condidi, ubi poteritis, solicitudinem adhibeatis: Valete viscera mea. Hæc cum dixisset, die jam advesperascente, fixis humi genibus, cum multo gemitu, oravit Dominum, ut benignissimâ pietate suâ, daret pastorem commodum, & humanum plebi suæ: Ne fiat, inquit, æterne pastor, hæc plebs, sicut oves, non habentes pastorem. Commendo tibi oves, quas mihi credidisti, & familiam omnem, quam per ministerium officii mei, tuo sancto servitio mancipasti. Tuo, quæso, semper auxilio protegantur, tuo nutu gubernentur.* Et mox: *Spiritum exhalaverat, & jam tota urbs luctu omnia complebat, ut tanquam communis parentis obitu, omnes orbitatis vulnere confecti viderentur. Compositum autem ex more corpus, in ecclesiam deportatum est, ibique pariter clerus in hymnis, populus in lamentis, noctem duxere pervigilem. Manè ingens utriusque sexus multitudo ad oppidum advolavit, itemque Regina Bathildis, cum filiis, & proceribus, multoque exercitu. Et ipsa quidem regina properè ad corpus beati viri accurrens, magnam illic fudit lachrymarum vim, valde dolens, quod eum vivum non reperisset.* Succedit S. Eligio Mommelinus Abbas Sithiuensis, de quo supra ad annum 658. fol. 183 Cur electus potissimum sit Tornacensis Episcopus, vide in sigillis Comitum Flandriæ fol. 33. Natus is erat Constantiæ, urbe Germaniæ, unde patria ei lingua erat. In vita S. Audomari, à Fulcardo conscripta, ita legitur, cap. 19: *Mommelino in Episcopum electo, S. Audomarus pastoralem curam Sithiuensis monasterii S. Bertino demandat, quo ministerio probissimè functus est.* Emendandus in Folcardo gravissimus error, dum

dum Mommelinus electus dicitur in locum Aicharii Episcopi, cui manifestò S. Eligius successerit. Rectè quosdam corrigit Meyerus in ann.. ita scribens anno DCLX: *Obiit S. Eligius Noviomagensis, Tornacensis, & Flandrensis Episcopus, ut quidam notant. In vita ejus scribitur pervenisse usque initium regni junioris Clotarii.* Cujus fuerit staturæ, scribit hunc in modum Oudoënus, addito ejus ornatu, cum in aula versaretur, apud Sur. fol. 4. *Erat staturâ procerus, facie rubicundus; formosam habebat cæsariem, & quasi crispantes capillos, manus honestas, & oblongos digitos, Angelicum vultum, simplicem, & prudentem aspectum. Vtebatur quidem in primordio, auro, & gemmis in habitu: habebat quoque zonas, ex auro, & gemmis comptas, nec non, & crumenas eleganter gemmatas: lineas verò metallo rutilas, oras saccorum auro opertas: cuncta quidem vestimenta preciosissima: nonnulla etiam holoserica. Sed his omnibus ob ostentationem fugiendam, primo tempore utebatur palam; intrinsecus verò ad carnem, cilicium gestabat ex consuetudine. Posteà verò cùm ad auctius profecit, cuncta ornamenta in egentium necessitatibus consumpsit. Videres plerunque ire funiculo cinctum, vilibus vestibus tectum, quem videbas dudum radiantis auri, & gemmarum mole opertum. Nonnunquam verò, cùm videret eum Rex, ob devotionem, amoremque Christi, expoliatum, subripiens sibiipsi, dabat ei proprium indumentum, & cingulum. Dicebat enim, non esse dignum, eos, qui seculo militarent, incedere ornatos: eos verò, qui ob Christum cuncta sibi auferrent, esse inglorios.* Bathildis Regina fundat hoc anno Corbeiam. Auctor coëtaneus, in vita ejus, Chesne 667. *Monasterium, cujus vocabulum est CORBEIAM, in pago Ambianensi, suo opere fundo tenus struxit, ac devotum gregem Monachorum inibi esse constituit. Vbi & venerabilis vir dominus Theodefredus nunc Episcopus, tunc verò Abbas, magno gregi fratrum præfuit, quem de Luxovio Monasterio, præfata domina Bathildis, à reverentissimo viro Walberto Abbate expetivit, & ad prædictum Fratrum Cœnobium condirexit. Ipsum autem Monasterium, sicut à fundamento, ita villis, & prædiis, omnibusque sumptuum necessitatibus, fundavit, & ornavit.* De eo exstat hoc di-

Tom. I. fol. 500. ploma, apud Sirm. in Conc. Gall. *CLOTARIVS REX FRANCORVM VIR ILLVSTER. Ad mercedem nostram in Dei nomine credimus pertinere, quicquid pro animæ salute, locis Sanctorum conferimus, ut ibidem perenniter proficiat, & gloriam Deo auxiliante habere mereamur. Igitur dum nos, & præcelsa genetrix nostra, domna Baldechildis Regina, monasterium in honore Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum, & sancti Stephani protomartyris, super fluvium Somma, in loco qui dicitur Corbeia. &c.* In fine: *Et ut hæc præceptio nostra perenni tempore firmiorem obtineat vigorem, nos, & præcelsa genitrix nostra domna Baldechildis Regina, signaculis manus nostræ subter decrevimus affirmare.* Sirmondus editum scribit hoc, anno regni ejus II. De Bathildis munificentia singulari, in varia monasteria, ita pergit auctor vitæ ejus, Chesne 667. *Domino etiam Philiberto Gemmiticensis Monasterii Abbati, magno, & religioso viro, sylvam magnam, ex fisco, ubi ipsum*

Cœnobium

Cœnabium fratrum situm est, magnaque munera, & pastus de fisco dominico, ad ipsum Monasterium construendum, concessit. Multa quoque talenta argenti, vel auri, domino Laigaberto Curbiensis Monasterii Abbati, cum villa quadam, cujus vocabulum à memoria recessit, ad opus servorum Dei, illic habitantium, contulit. Sed & ipsum regale, quo eingebatur, cingulum, à sacris lumbis abstulit, fratribusque in eleemosynam dedit. Similiter & ad Fontinellam, & Logium plura concessit beneficiarum compendia. Ad Luxovium etiam, & ad reliqua Burgundiæ Monasteria, villas perplures, ad integrum concessit, & pecuniam innumerabilem direxit. Ad Iotrum quoque Monasterium, unde sacras Virgines, cum præfata domina Bertilia Abbatissa ad Cœnobium Kalense direxit, & acceßit, Villam-novam, sitam in pago Vermandensi, cum pluribus aliis muneribus, quibus ipsum lacum honoravit, & ditavit, devotè contulit. Monasterii quoque sanctæ Faræ non immemor fuit, quia villam quamdam cum sæpè datis muneribus, ac largissimis donis eidem delegavit. Ryquelius in vita S. Beggæ hoc adfert, ex statutis Beginalium Curianum, per Diœcesim Mechliniensem: *Anno 666. in Belgio, præter salutares alios ordines, institutafuit laudabilis Begguinarum congregatio, nomen sortita à diva Begga, S. Gertrudis sorore, ac Pipini I. Brab. Ducis filia, qui permisit utrique prædictæ filiæ suæ spirituali se vita traducere.* An verò S. Begga Beguinarum sit fondatrix, plerique dubitant vehementer. Videndus ea de re libellus singularis Ericii Puteani, & Ryquelius in vita S. Beggæ.

Anno Christi 667. Clotarii III. Reg. Neust. III. cum matre, Childerici Regis Austr. III. cum matre, Ebrœini Majoris domûs in Neust. III. Wulfoaldi Majoris domûs in Austrasia III. Audoënus in vita B. Eligii, Chesne fol. 634: *Beatus Eligius post decessum suum cuidam in* Tom. 1. *Regis Palatio commoranti apparens, jussit, ut quamprimùm adeat Reginam Bathildem, admoneatque eam pro Christi reverentia deinceps missa facere vestium aurea, gemmataque ornamenta, quibus etiamnum uteretur. Aperit ille hoc Reginæ, quæ ociùs ponit ornamenta omnia, nihil præter manicas aureas retinens: cunctaque pauperibus distribuens, elegantiora quæque servavit, atque ex iis crucem pulcherrimam fecit, eamque ad caput beati Eligii deponi jussit. Thecam quoque ex multo auro, & argento, in quo ejus sacra ossa conderentur, miro opere conficiendam curavit, ita dicens: Hic vir beatissimus multorum Sanctorum effecit thecas, & ego quoque, ut dignum est, ejus memoriæ, si potero, operam dabo. Cumque id fecisset, tanta deinceps à proceribus, & potentibus ei loco, auri, & argenti, atque gemmarum copia, collata est, ut eam difficile sit verbis explicare.* Sed & Regina, & Mommelinus Episcopus mausoleum, ei ædificarunt, Oudoënus l. 2. c. 45. 1. Dec. Sur. fol 28: *Cum autem beati viri corpus ad latus altaris sepultum esset, Episcopo, & Reginæ inprimis consultum visum est, ultra altare ei condere mausoleum, atque eò honorifice illud transferre.* Item: *Episcopi, cum multo timore levantes illud è tumulo, exutis prioribus indumentis, preciosissimis, quæ Regina paraverat, induunt, magnoque studio sigillis munitum reponunt: atque ita de-*

ita demum choro psallente, modulantibusque organis, inde intrimùs reve-renter, & studiosè translatum, in praeparato mausoleo accuratè candunt, & componunt, in dies majori honore, & veneratione prosequendum. Circa id tempus Cœnobio S. Quintini præfertur à Mommelino Ebertramnus, quondam ejus consodalis in Luxoviensi monasterio, & Sithivensi. Ex Iperio, Mir. orig. Cœnob. S. Bened. c. 4.

Anno Christi 668. *Clotarii III. Reg. Neustr. IV. cum matre, Childerici Reg. Austr. IV. cum matre Bathilde, Ebroini Majoris domûs in Neustria IV. Wulfoaldi Majoris domûs in Austria IV.* Constans Imp. Idib. Iul. occisus est. Imp. Heraclius Constantinus V. pogonatus imperavit ann. 16. mens. 7. dies.. *Onuphr.* Hoc tempore Leodegario traditur episcopatus Augustodunensis. Vita S. Leodegarii, Chesne 601: *Inter duos contentio de eodem Episcopatu exorta fuerat, & usque ad sanguinis effusionem certatum. Cùmque unus ibidem occubuisset in morte, & alter pro perpetrato scelere datus fuisset in exilis trusionem: tunc Balthildis Regina, quae cum Clotario filio Francorum regebat Palatium, divino, ut credimus inspirata consilio, ad memoratam urbem, hunc direxit virum, ut ibidem esset Episcopus: quatinus, & Ecclesiam, quae penè biennio, jam quasi viduata, in seculi fluctibus remanserat, hujus gubernatione, vel fortitudine, teneretur, & ab his, quibus impugnabatur, defensaretur.* Pergit altera ejus vita, ibid. fol. 618: *Ab omnibus electus, Augustiduni, quae est Heduorum civitas, Episcopum curarunt ordinandum. Quo munere decem annis strenuè functus cùm esset, Clotarius Rex, qui eum promoverat, excessit è vivis.* Anno videlicet regni ejus, cum matre, XIV. Christi 678. Obit S. Richarius 6. Kal. Maij, Centulæ, ubi *cum uno solo commilitone Sigebardo,* multo tempore, *in tuguriunculo vixit.* At posteà: *Et S. Maurontus monachus factus est in eodem loco, & monasterium construere inchoavit*, teste Alcuino in ejus vita apud Sur. 26. Apr. Haud multo post & S. Maurontus Broilum construit instinctu S. Amandi, ut est in Tom. 1. vita S. Amati apud Surium 13. Septembris, Chesne 678. *Per id tempus clarâ prosapiâ editus Maurontus, Adalbaldi, & sanctae Rictrudis primogenitus, in Aula Regis insignis habebatur. Eum beatus Amandus Episcopus Clericorum Abbatem instituit, & Diaconum ordinavit. Is itaque in fundo suo, qui Broilus dicitur, in sancti Petri honorem Monasterium construxit.* Id posteà *MERGEM*, seu *Merville* dictum, Sanderus t. 2. Fland. Illust. fol. 467: *Testibus Duacensium veteribus schedis, cum locus hic à situ paludoso Broilus vocaretur, Abbas Morontus, sive Maurontus ad ann.* 701. *non minus sanctitate, quam nobilitate celebris, eam à suo nomine appellavit, & cum priùs* Morandville *Gallicè, vel* Morandghem *teutonicè diceretur, ad facilitatem denique* Meetville, & Merreghem. Et mox: *MERVILE, & MERREGHEM cœpit appellari.* Ibidem paulò post: *Visitur adhuc sacellum, ubi anachoreticam ille egit. &c.* V & anno 687, & 701.

Anno Christi 669. *Clotarii III. Reg. Neustr. cum matre V. Childerici Reg. Austr. V. cum matre, Ebroini Majoris domûs in Neustr. V.* *Wulfoaldi*

Nocte igitur illa, in summis cruciamentis transacta, manè recordatur quid hesterno die neglexerit, seque confert ad beatum Eligium deprecandum, cui etiam per hominem fidelem multos misit solidos: qui simul, atque illati sunt in templum, dolor omnis repentè sopitus est. Videtur in hisce partibus Belgicis, Theodoricus etiam regnasse, ex eo quod proximè sequitur de Vindiciano episcopo Camerac. & Atrebar.

Anno Christi 675. Clotarii III Regis Neustriæ XI. solius II. Childerici in Austrasia XI. solius II. Ebroini, & Wulfoaldi Majorum domûs XI. Colven. in Bald. fol. 405. S. Aubertus plenus meritis, & bonis operibus, factis multis piis fundationibus, donationibus, & ordinationibus, postquam ecclesiam gubernasset annis 33. defunctus est in loco, dicto Metzbarbé, hodie Aubertsieu, die 13. Decembris 675. Baldericus l. 1. c. 19. Beatus Autbertus, populo suo ad cultum Dominicæ fidei mancipato, feliciter clausit diem, sepultusque est in ecclesia beati Petri, quæ extra muros urbis Cameracæ erat ædificata: nunc autem, ampliatis mœnibus, & monasterio meliorato, intra mœnia urbis ipsius quiescit. Et cap. 20: Post ejus excessum beatus Vindicianus ejusdem ecclesiæ sedem regendam suscepit, temporibus Theodorici Regis, filii Clodovæi, ex Bathilde prudentissima regina. De S. Vindiciano v. fol. 189. ann. 663. Nota nobilium puerorum scolam hoc tempore, unde Baldericus l. 1. c. 29: Erant Atrebati nobilium virorum filii, literalibus disciplinis, sub magistro erudiendi, &c. Lege liberalibus. Eodem quoque tempore obit S. Wandregisilus, anno videlicet Clotarii III Regis XI. vitæ circiter XCVI. è quibus in sacro regimine explevit XIX. annos, menses IV. dies XXI. ut habet author vitæ ejus æqualis, apud Surium 22. Iulii, & du Chesne fol. 642. V. ad annum 671. qui fuit XV. Tom. 1.
regiminis ejus, itaque hic XIX. pro anno Christi DCLXV, ibidem repone DCLXXV. Ex quo errore factum, ut sub Vitaliataliano Papa dicatur defunctus. Sigebertus, ex editione Miræi, cum notis Lipsianis, postquam anno 665. etiam ex hoc errore scripsit: Sanctus Wandregisilus obiit; ponit anno 692: S. Wandregisilus, qui &, Wando, Ausigisi Majoris domûs ex Walchiso fratre nepos, hoc tempore claruit, qui cœnobia Fiscanum, & Fontinellarum Deo construxit. Sunt qui eum obiisse existimant anno 679. ex his verbis in ejus Tom. 1.
vita, Chesne 642: Sepultus est primùm in Ecclesia beati Pauli Apostoli, in qua requievit annis XL. Postea autem à sancto Baino Episcopo urbis Teruanæ, & Fontanellensis cœnobii Abbate, translatus est in Ecclesiam beati Petri Apostoli, anno Dominicæ Incarnationis DCCXXIX. Ansegradus in vita S. Ansberti ibidem fol. 682: Cùm inclytus Domini sacerdos Wandregisilus per xx ferè annorum spacia hoc cœnobium à primo ædificationis die, in regimine tenuisset, jamque foret in decrepita ætate positus, languore correptus ad extrema pervenit. Quo in cœlestis regni societatem suscepto, omnis caterva Monachorum, jubente Deo, elegit famulum Domini Lantbertum, religione præclarum, & genere nobilem & territorio Taruanensi ortum. Cujus genitor Erlebertus vocabatur,

 qui

qui plurima prædia prædicto loco Fontanellensi in eadem Ternanensi regione felici munere largitus est.

Anno Christi 676. Clotarii Neustr. Reg. XII. solius III. Childerici Austr. XII. solius III. Ebroïni & Wulfoaldi Majorum domûs XII. Adeodatus Papa obiit 6. Cal. Iul. vacat sed mens 4. dies 6. Domno, aliàs Domnus consecratus 4. Non. Nov. sed. ann. 2. mens. 5 dies 10. *Onuphr.* Hujus anni vetus diploma adducit Baldericus, continens donationem à Choneberto Abbate factam monasterio Maricolensi, præsente Vindiciano Episcopo. Verba Balderici sunt

L.1.c.27. fol. 51: *Veterem verò chartulam in archivo ecclesiæ sancti Humberti reperimus, quam sub præsentia, & favore hujus sancti pontificis, ipse vir sanctus tunc temporis Abbas de villa Maceriis scripsit, ita se habentem: Anno duodecimo regni domni nostri Childerici gloriosi Regis, decimo quinto Kalendas Aprilis. Ego in Dei nomine Chonebertus, etsi indignus peccator, cogitans de Dei timore, vel æterni boni retributione seu abluendis meis peccatis; quia dicit scriptura: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos perducant in æternas mansiones sanctorum. Rursumque dicit: Facite vobis saccos eleemosynæ, qui non veterascunt. Idcirco dono, quod in perpetuum donatum esse volo, ad sacrosanctum monasterium, quod vocatur Maricolas, quod vir illustris Humbertus quondam, suo opere construxit, ubi ego ipse indignus peccator Abbas præesse videor, consecratum in honore sanctæ Mariæ matris Domini nostri Iesu Christi, & sancti Petri, & Pauli Apostolorum, vel reliquorum dominorum, quò in ipsa basilica venerantur, situm in pago Fanomartensi, super fluviolum, qui vocatur Helpre.* In fine fol. 54: *Vt præsens donatio à me facta, omni tempore firma, & inviolata permaneat, stipulatione subnixa idoneorum testium, domini videlicet Vindiciani episcopi, Fulberti mei fratris, sed ill. & ill. Actum Maricolis. Ipse tamen Chonebertus, etsi peccator, abbas, propria manu confirmo.* Idem auctor cap. præced: *Idem præfatus Pontifex Vindicianus, in vico, qui à sede Cameracense fere viginti milibus distans, vocabulum Hunolcurth ab antiquis accepit; monasterium, accersitis secum non paucis coëpiscopis, unaque etiam beato Lamberto, Leodicense martyre preciosissimo, ad laudem Dei, & venerationem sancti Petri consecravit, ibique clericos, & sanctimoniales constituit.*

Anno Christi 677. Clotarii III Reg. Neustr. XIII. solius IV Childerici Reg. Austr. XIII. solius IV. Ebroïni, & Wulfoaldi Majorum domûs XIII. Theodoricus uxorem ducit Dodam, è qua filios sustulit, quorum mentio in diplomate Ioannis Papæ, infrà anno 684. Sed & uxor Theodorici Cratildis appellatur in vita S. Audoeni,

Tom. 1. Chesne fol. 638. *Anno XVI. regni Theoderici, & Crathildis Reginæ, &c.* Huc referendum, quod est in vita S. Amandi, ab æquali

Ibid. conscripta, Chesne fol. 647. *Vir sanctus domini Amandus, Hildericum adiit Regem, eumque humiliter postulavit, quatinus ei aliquod municipium, ad construendum monasterium, non ambitionis gratia, sed ob animarum salutem largiri dignaretur. Deditque præfatus Rex ei locum nuncupatum Nanto, in quo vir Domini, sagaci intentione, cœpit ædificare cœnobium.*

Anno

minus sui, vir Dei Clotarium III. Regem accessit, & privilegium Regiæ confirmationis super area dicti cœnobii liberalissimè datione accepit. Celebrata ea fuit in territorio Castriensi, in loco illo, quem Polatiolum vocant. Primus annus regiminis ejus fuit 656. nam condi cœptum scripsimus suprà anno 654. fol. 175. De eodem sancto ita Sur. 21. Iulii, è vita ab æquali ejus conscripta fol. 274. *Ex largitione illustris viri Vattratonis, ad omnem Vuitlanom, in honorem principis Apostolorum oratorium construxit, quod Monasteriolum appellavit, ubi monachorum Deo militantium conventum collegit. Redundabat in discipulos fructus doctrinæ ejus, quandoquidem, quod sermone docebat, factis explebat.* Et paulò post: *Sed & omnes Caletorum populi, ita bruti, ac belluis similes, ante adventum illius, in hac regione fuerant, ut præter Christianæ fidei nomen, virtus religionis penè abolita in illis locis haberetur. Agebat namque vir venerandus studio indefesso, ut quocunque peragraret loca, verbis Evangelicis condiret universo. Et ita per ejus monita, & prædicationem sunt conversi, ut qui antè diripiebant aliena, postea largirentur propria, ac idolorum confringerent statuas, quas dudum ritu profano venerabantur: pieque, ac sponte se subderent Christi disciplinæ, qui antè rebelles, non dignabantur audire, tantusque honor, ac devotionis aff[...]ius excreverat circa sacerdotes, ac monachos, ut si contigisset alicui ex ordine plebeio eas obviam habere, quanvis patens persona, Christum in eis adoraret, ac veneraretur.* Fuit Waratto ille Major domûs, sub Theodorico. Vide anno 682. 689. Obit hoc anno Wolfetrudis, quæ in abbatia Nivellacensi successerat S. Gertrudi, Auctor vitæ S. Gertrudis, apud Sur. 17. Martii fol. 198. de ejus morte, agit his verbis: *Omnibus, ut sacrum monet evangelium, debita remittens, & ab omnibus pacem, ac benedictionem recipiens, cum inter religiosas Dei ancillas, fide, & spe in Christum munito vixisset, anno ætatis suæ tricesimo lætum Domino reddidit spiritum, nono Calen. Decembris, atque in beati Petri Apostoli basilica, summo studio in sepulchro marmoreo condita est.* Sequitur ibidem fol. 199. *Cum autem post Wulfetrudem, Agnes, quæ etiam fuerat S. Gertrudis alumna, Abbatissæ locum obtinuisset, & in S. Gertrudis honorem templum construxisset, ejusque lectulum in illud intulisset, eadem nocte cum multo solennitate vigilias ibi celebrarunt sacræ virgines.* &c.

Anno Christi 672. Clotarii III. Regis Neustr. cum matre VIII. Childerici Reg. Austr. VIII. Ebroini Majoris domûs Neustr. VIII. Wulfoaldi Majoris domûs Neustr. VIII. Vitalianus Papa obiit 6. Kal. Febr. vacat sed. mens. 2. dies 1. Adeodatus creatus, & consecratus 3. Id. Apr. ann. 4. mens. 2. dies 16. *Onuphr.* De discipulis S. Wandregisili ita pergit vita ejus, Chesne 641: *Duo erant illi carissimi filii, qui vicissim post suæ fragilitatis decessum in regiminis successerunt locum. Erat namque unus vocabulo Lantbertus, vir eximiæ religionis, & generis, ortus in territorio Taruanensi, qui post beatum Genesium Præsulatum Ecclesiæ Lugdunensis suscepit. Alter verò vir Domini Ansbertus, qui beato Audoëno in Pontificatu successit Ecclesiæ Rothomagensis;* Tom. 1.

Anno [illegible] *Neustr.* [illegible] *solius* [illegible] *Reg. Austr.* [illegible] *V. Theodorici Re*[illegible] *Neust.* [illegible] *Majoris domus Neustr. X* [illegible] *L*[illegible] *domus Neustr. I. Wulfoaldi Majoris domus Austr. X*[illegible] Papa [illegible] 3 [illegible] Apr. [illegible] 6 [illegible] Arib[illegible]
[illegible] *D*[illegible] *RICI* [illegible] *REX F*[illegible] *A*[illegible] *R*[illegible] *Rex* [illegible], *decima sua die prima regni* [illegible] *Neust.* [illegible] ix. C[illegible] 40. *Postquam* [illegible]
Rex, [illegible] *Balthildis Regina*, [illegible] *ac T*[illegible] *qui minor natu erat* [illegible] *tus est* [illegible] *ac* [illegible] *debere* [illegible] *T*[illegible]
[illegible] *qui major erat, quartum* [illegible] *regni annum* [illegible] 116. [illegible] 15. [illegible] *regnavit* [illegible] *annos quatuor.* [illegible] *in Austrasia a Francis in Regnum elevatus est a* [illegible] *Wulfoaldum Ducem.* [illegible] *Franci* [illegible] *praestarant* [illegible] *a* [illegible] *Regno* [illegible] *&* [illegible] *Leodegarium* [illegible] *Austrasiam* [illegible] *Wulfoaldo Duce* [illegible] *Regnum* [illegible] vita S. W[illegible] Adlen [illegible] & h[illegible] 154. *Clotarius cum parvo tempore* T. n. I.
[illegible] *morte Theodorico* [illegible] Q[illegible] Cheine [illegible] *Erat in* [illegible] *Ebroinus Major domus, qui sub Rege Clotario tunc r*[illegible] *Palatium. Iam Regina, quam* [illegible] *in Monasterio* [illegible] *Praeterea* [illegible] *contra D*[illegible] *animum* [illegible] *non in* [illegible] *Ebroin.* [illegible] *Leod*[illegible] *Erat enim memoratus Ebroinus ita* [illegible] *ambitione* [illegible] *ut* [illegible] *auri*, [illegible] *animi* [illegible]

ta[illegible]

[illegible] contra eum fuerant jam commoti, & quia non [illegible] exercebat commercium, [illegible] tam pro levi [illegible] sanguinem [illegible] multorum fundebat [illegible]. Sanctum itaque Leodegarium [illegible] ideo habebat suspectum, quia eum [illegible] non valebat in verbo, nec adulationis [illegible], ut cæteri, impendebat [illegible] Contra omnes [illegible] semper [illegible] cognoverat permanere [illegible] Tyrannicum [illegible] dat [illegible], ut de Burgundiis [illegible] primeri [illegible] [illegible] nisi qui ejus accepisset mandatum. Tunc de me [illegible] omnes suspecti, quod hoc ex [illegible] ad suum [illegible], ut aut [illegible] aut [illegible] nna [illegible] fleret. Interim [illegible] Rex [illegible] Domino [illegible] de [illegible] migravit. Sed cum [illegible] ejus fratrem [illegible] nomine Theodericum, convocatis [illegible] [illegible] sublimare in Regnum [illegible] spiritu [illegible] eos [illegible] [illegible] Ideo [illegible] cœperunt metuere, eo quod [illegible] quem [illegible] [illegible] sublimare, dum [illegible] nomine [illegible] malum [illegible] erat [illegible] vivere [illegible] [illegible] ad Regem [illegible] manente [illegible] [illegible] in commune [illegible] omnes [illegible] juniorem ejus fratrem, qui in Austria [illegible] erat Regnum. [illegible] Cum enim omnes [illegible] annis [illegible] tam in [illegible] quam in Burgundiæ Regno [illegible] Tyrannus suo hoc facinore perpetratum, ad Ecclesiæ confugit altare, ejusque in multis partibus [illegible] direptum. Et quod iniquè diu congregaverat, malè dispersum est [illegible] bene [illegible] tunc quibusdam intercedentibus, & [illegible] interveniente Antistite Leodegario, eum non in [illegible] [illegible] ut facinora, quæ perpetra[illegible] [illegible] Sed quia terrenæ cupiditatis [illegible], oculos [illegible] [illegible] Ideo in animam malivolam pietatis non profuit sapientia. [illegible] enim [illegible] germanum, supra quem pessimus venerat, [illegible] sentari [illegible], ut colloqui ei deberet: tunc quidam, qui in Regno [illegible] primarii, & Childerico cupiebant [illegible] [illegible] temeritatis [illegible] jusserunt amputare [illegible] præsentire. Sed cum ab eo interrogaretur quid de se agere vellet, [illegible] vero hoc solum, eo quod injustè fuerit de [illegible] Regni dejectus, judicium se a Deo celer [illegible] est professus. Tunc ad Monasterium sancti Martyris Dionysii recidere est jussus, ibique ex[illegible] donec crinem, quem amputaverunt, enutriret, & Deus cœli, quem [illegible] judicem habiturum est [illegible], feliciter postmodum [illegible] permisit regnare. Interea [illegible] Regem [illegible] ut [illegible] per [illegible] [illegible] Regna, ut uniuscujusque patriæ [illegible] vel con[illegible] [illegible] deberent, sicut antiquitus Judices constituti [illegible] altera [illegible]

Tom. 1. [illegible] fol. 616. [illegible] Itaque ab omnibus [illegible] [illegible] Heduorum

Aeduorum civitas, Episcopum curarunt ordinandum. Quo munere decem annis strenuè functus cum esset, Clotarius Rex, qui eum promoverat, excessit è vivis. Tum verò beatus Leodegarius Episcopus id audiens, celeritate ad palatium profectus est, & cum aliis, de Rege constituendo tractare cœpit. Cùmque comperissent Childericum Austrasiorum Regem adolescentem, pro sua ætate, Regnum optimè administrasse, quædam Francorum pars eum voluit habere Regem. Sed Ebroinus, qui Major domûs fuerat, sub Rege Clotario, Theodoricum germanum cupiebat substituere fratris in regno. Ejus autem nomen tum erat odiosum apud Francos, ut qui illo rursus jugo premendos se vererentur, quod sub Clotario per eum experti essent. Itaque Ebroïni consilio postbabito, Childericum Francorum Regem elegerunt. Cernens ergo Ebroinus se destitutum, consiliumque suum prorsus negligi, multo timore correptus, petiit à Rege, ut rebus omnibus derelictis, permitteret ipsi, vitâ incolumi, degere in monasterio. Illo sic rogante, & Leodegario quoque pro eo intercedente, Rex assensit, & illicò ad Monasterium Luxavium eum destinavit, ut illic monasticum institutum complecteretur. Deinde in Regno confirmatus Childericus Rex, germanum suum Theodoricum cuidam servo Dei conservandum, ac nutriendum commisit. Porrò Leodegarium Episcopum omni domui suæ præfecit, & in omnibus Majorem domûs esse voluit. Plerique authores hoc aut sequenti anno volunt obiisse S. Oudoenum, quòd apud Surium, & Chesne t. 1. fol. 639. scribatur: *Nonagenarius migrasse ad Dominum, anno Incarnationis Christi DCLXXVII.* Illud ideo sic existimatum ab authoribus, quia ipsemet in vita S. Eligii anno 664 fol. 190 suprà de Clotario Rege sic scribit: *Excedit è vivis duobus relictis fratribus, de quibus, quid futurum sit, solus Deus novit.* Quasi mortuo Clotario, statim etiam obierit Oudoënus, neque quidquam audiverit de Childerico, aut Theodorico. Verum è sequentibus clarè apparet, eum ad annum usque 692. supervixisse, ac tantùm scriptioni suæ, de S. Eligio, non verò vitæ finem imposuisse. S. Bertulphus ob fidelitatem, & singularem virtutem à dominis suis Wamberto, & Homburga: *Hæres Rentica constitutus*, ut est apud Surium 5. Febr. & Locrium: *Magnum monachorum numerum, in monasterium à Wamberto Comite constitutum cogit, cui ipse præest, tresque ecclesias præterea moderatur, unde in veteri Antiphonario ecclesiæ Renticensis.*

Omni Bertulphus virtutum laude probatas
Suscipit ecclesias prece Wamberti moderandas.

Haud multo post, Wambertus cum conjuge Romam profectus, inde rediens in villa juris sui Falcoberga humanis rebus est exemptus, nec multo post etiam ejus uxor; quorum corpora Renticam translata, in oratorio olim, ab iis constructo, à Bertulpho tumulata sunt. Ex vita ejus cap. 16.

Anno Christi 679. Childerici Reg. Neustr. II. Austr. XV. (alias VI. Leodegarii Majoris domûs Neustr. II. Wulfoaldi Majoris domûs Austrasiæ XV. Domnio Papa obiit 3. Id. Apr. vac. mens. 2. dies 28. Agatho consecratus 6. Id. Iulii, sed. ann. 2. mens. 6. *Onuphr.*

Childericus circa hoc tempus ducit Bliticbildim, aut Blitildim, so-
F. 183. rorem Nivardi Archiep. Rhemensis, de qua suprà anno 658. Ab
his obtinuit S. Amandus Barisiacum, unde sic ò vita sancti A-
mandi, Chesne 647: *Cellulamque, quæ nuncupatur Barisiacus, quem
locum, cum adjacentibus sibi appendiciis, illic Hildericus Rex, & Hymne-*
Tom. 1. *childis Regina, visi sunt condonasse.* In vita S. Projecti etiam Hym-
nechildis reperio, Chesne fol. 673: *Vir Dei respondit se causas ec-
clesiæ Hymnichildi Reginæ commendasse.* At pro Hymnechildis legen-
dum Bilichildis, Bilichildis, aut Blidechildis, docet nos, quod
Not. Eccl. apud Miræum exstat, de Barisiaco, diploma, *CHILDERICVS REX
cap. 8. FRANCORVM, ET BLIDECHILDIS REGINA, viro illustri Ber-
fol. 13. tuino Comiti, & Bertelando vicario. Cognoscat magnitudo vel utilitas
vestra, quia nos propter nomen Domini, vel amorem cælestem, Apostoli-
co patri nostro Amando Episcopo, villam nostram nuncupatam Barisia-
cum, sitam in pago Landunensi, quam usque nunc fiscus noster tenuit,
promptissimâ devotione, cum universis villulis ad se adspicientibus, &
cum omni integritate, ad se pertinente, concedimus, & concessam esse vo-
lumus. Quapropter decernimus, ac jubemus, ut ipsam villam memoratam
Barisiacum, cum omnibus ad se pertinentibus, sicut fiscus noster ibidem
tenuit, ac possedit, & ipse pontifex domnus Amandus, ad opus mona-
chorum suorum, absque ulla contradictione, vel diminoratione, teneat, ac
possideat. Signum Childerici Regis. Blidechildis Regina subscripsi. Da-
tum sub die Kalend. Augusti, anno II. regnante domino nostro Childe-*
Chesne *rico Rege.* Ab eo tempore in ultima planè senecta, sese D. Aman-
fol. 647. dus Elnone ferè continuit, sequitur enim ibidem, haud multo
post: post varia, quæ condidit, recensita monasteria: *In quibus lo-
cis, fratribus, vel monachis sub regulari norma constitutis, superpositis-
que Abbatibus, & omnibus benè ordinatis: ad postremum Helnone cæ-
nobio ædificato, ipse ibidem cum suis, usque ad sanctissimi obitus diem
Christo feliciter militavit.* Inter alios, inquit apud Buselinum lib. 1.
cap. 41, chonicon Marchianense: *Tempore S. Amandi*, Marchianis,
*fuit monachus, nomine Folquinus, qui illo tempore scriptor erat satis bo-
nus.* Adalricus Leudesii filius, Erchonoaldi nepos, ducit neptem
S. Leodegarii. Fragmentum histor. Chesne fol. 783: *Leudesius cùm
Major domûs esset, duxerat uxorem de prosapia sancti Sigismundi Regis
Burgundiæ, genuitque ex ea Athicum, seu Adalricum, qui patre adhuc
superstite, & Hilderico regnante, uxorem duxerat Bersuindam nomine,
filiam sororis sancti Leodegarii, sororem videlicet Reginæ. Ob hanc cau-
sam consanguinitatis, à præfato Rege Ducatum Germaniæ adeptus est, ha-
buitque sedem in villa regia Ebenheim, & in castro quod Hohemburg
nominatur. Genuitque filiam à nativitate cæcam, nomine Odiliam, quæ à
sancto Herbardo Ratisponensi Episcopo, & Hildolfo Trevirensi baptizata,
in sacro fonte visum recepit.* In vita S. Odiliæ ibid. fol. 674: *Tem-
poribus Childerici Imperatoris Romanæ, & Franciæ terræ, quidam Dux
illustris, nomine Adalricus, qui etiam alio nomine Etih dicebatur, ex no-
bilissimis parentibus generis nomen sortiens, Gallensium territorio oriun-
dus,*

dus. Pater illius nomine Luithericus, in palatio prædicti Imperatoris, honore Majoris domûs sublimatus erat. Filius autem ejus cùm esset justus, vitamque religiosam, in laico habitu quamvis positus, ducere cupiens, Dei inspirante gratiâ, cogitare cœpit, ut aliquem locum habitabilem ad Domini ministerium implendum præpararet, ac arcanum sui cordis fidelibus suis pandere præcepit. Qui jam consilium sui domini cognascentes, ac voluntati sua libenter satisfacientes, secretum tenuerunt, & tandem locum diu desideratum, requisitumque, manifestaverunt: dicentes, venatores ipsius quendam reperisse locum in præcelsi montis cacumine situm, cui nomen ab altitudine urbium, Houmburch erat. &c. *Maxque inibi ecclesiam, & cætera ædificia, quæ militantibus Christo necessaria sunt, ædificari ordinavit. Hujus ergo thalamis venerabilis conjunx adhærebat, ex nobilissimis progenitoribus orta, nomine Berhesinda, sicuti assertione plurimorum didicimus, affinitate sancti Leodegarii redemita, soror beatissimæ Sigrandæ, matris ipsius sanctissimi Leodegarii. Quæ quamvis lege conjugali ligata foret, tamen eleemosynis, & cæteris justitiæ operibus dedita, necnon & sanctarum paginas scripturarum libenter audiens, Deo studebat illibatum exhibere servicium.*

Anno Christi 680. *Childerici Reg. Neustr. III. Austrasiæ XVI. filius VII. Leodegarii Majoris domûs Neustr. III. Wulfaaldi Majoris domûs Austr. XVI.* Vita S. Vulmari, Sur. 20. Iul. fol. 254. *Sacerdotio initiatus, ob vitæ meritum, ab omnibus, cum magna reverentia, prædicabatur. Sed vir Dei laudes hominum non ferens, timensque per hujusmodi adulationes se aliquando æterno bravio privandum (sicut de quibusdam in Evangelio dicitur, "receperunt mercedem suam) in eremum aufugit, nihil secum ferens, nisi sacerdotalia vestimenta, & bipennem. Postquam igitur egressus est de monasterio, perrexit recto tramite ad partes Aquilonares, veniensque in pagum, qui Mempisco antiquitus dicebatur, ubi erat immanissima sylva, ibidem cavam arborem conspicatus est, in qua tres dies delituit.* Meminit Meyerus anno 968, addens: *Ea ab arbore Ekenses, agri Castetani populus, nomen se trahere arbitrantur, Wulmarum templi sui præsidem studiasè venerantur, locumque, ubi quercus illa stabat, se ostendere posse putant.* S. Bertulphus obit Renticæ, teste Miræo, in fastis 5. Febr. Obit & S. Austreberta Abbatissa Pauliaci, de quo supra fol. 130. anno 640. Miræus ibidem 10. ejusdem mensis.

Anno Christi 681. *Childerici Reg. Neustr. IV. Austr. XVII. filius in Austr. VIII. Leodegarii Episcopi Majoris domûs Neustrasiæ IV. Wulfaaldi Majoris domûs Austr. XVII. Leudesii, seu Luitherici filii Erchanoaldi, Majoris domûs Austr. I.* Hoc tempore invidi quidam proceres Childericum Regem in S. Leodegarium instigant, de quo sic in ejus vita, Chesne 618. *Usque adeò verò totum Francorum regnum, usquequaque restituit, ut omnes se gratularentur Regem habere Childericum, ac Rectorem palatii Leodegarium. Cùm hæc annis ferè tribus cum multo decore agerentur, malus dæmon, qui præ insita sibi invidentia bona distruere solet, administris suis, quos idem Antistes sibi*

 socios

socios adhibuerat rerum gerendarum, invidiæ faces admovere cœpit, & per illos inter Episcopum, & Regem discordiæ zizaniam seminare. In altera vita ibid. fol. 602. *Vir autem Domini, ut cognovit invidiam diaboli contra se recalescere, tunc juxta Apostolum sumens loricam fidei, & galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, contra antiquum hostem initi singulare certamen. Et quia sacerdotalis integritas minas Regis nescit metuere, Childericum cœpit arguere, cur consuetudines patrias, quas converti in melius præceperat, tam subitò immutasset. Simul fertur dixisse, quòd Regina, quam habebat conjugem, filia sui esset avunculi, & nisi hæc facinora, cum reliquis illicitis sceleribus emendatione corrigeret, divinam certè ultionem sibi citò imminere cognosceret. Et quidem primitus libenter cœperat auscultare, sed satellitum præventus consiliis, dum verba ejus debuerat, ad emendationem aptare, de illius mortis occasione, in beatum virum cœpit inquirere, suadentibus hæc illis, qui justitiam cupiebant evertere, & indisciplinati, juvenilia opera Regis faciebant exercere.* Et paulò post: *Affuit in illis diebus vir quidam nobilis, Hictor nomine, qui tunc regebat in fascibus Patriciatum Massiliæ, quique, ut generis nobilitate claro stemmate ortus, ita erat prudentiâ sæculari, præ cæteris præditus. Hic autem ad Childericum Regem, pro quodam causa advenerat, & per viri Dei intercessionem obtinere petita sperabat, eumque hospitalitatis gratiâ in urbe sua, Dei sanctus receperat, donec, sicut petierat, suis intercessionibus, eum Regi commendare deberet. Nam sæpedictum Childericum, in urbe sua, in Paschali solemnitate rogaverat advenire. Hanc invidi repererunt occasionem, per quam, nequitiam, quam nuper in cor Regis effuderant, adimplerent. Majorem domûs tunc, nomine Wulfoaldum, in sua accusatione conjungunt, mendacem fabulam de Leodegario, & Hictore confingunt: quasi ideò venissent insimul conjuncti, ut Regiam dominationem everterent, & potestatis sibi jura vendicassent.* Et fol. 604: *Leodegarius Dei famulus, cùm à quibusdam tunc fuisset detentus, Childerica subitò nunciant factum. Maximam namque Regis gratiam se credidit habiturum, qui valuit comprehendere Leodegarium. Consilio autem optimatum, vel Episcoporum, jubetur interim duci Luxovio in Monasterio, donec in commune consulerent, quid facerent de tanti nominis viro. Interea cùm hi, qui videbantur esse primi palatii, cùm simul à Childerico fuissent conquisiti, quòd judicium de Sancto Dei decernerent, hoc consonâ voce responderunt, ut si ei vitam concederet, sub perpetuo exilio, eum in Luxovio Monasterio permanere juberet. Confirmavit ergo subitò decretum Judicum, Episcopis aliquibus, vel Sacerdotibus ideò consentientibus, ut ad præsens eum ab ira Regis redderent liberum. Sæpedictus autem Rex pravorum illectus consilio, cum adduci jusserat de Luxovio, ut ad voluntatem accusantium, cum irrisione depositum, prout voluissent, redderet interfectum, sicut quondam Herodes dispasuerat Judæis, facere Petrum.* Et mox: *In illis igitur diebus adhuc exul in Luxovio residebat Ebroinus monachali habitu tonsoratus, simulatam gerens concordiam, quasi dum uterque unam, sed dispparem, exilii accepissent sententiam, concordem ducerent vitam. His interim ita gestis divina,*

divina non distulit ultio suum de Childerico dare judicium. Non ejus dissoluta conversatio omnibus meruerat optimatibus Palatinus. Tunc unus ex eis hoc molestiùs ferens præ cæteris, dum venationem in sylva securus exerceret, eum vulnere mortis percussit. Notandum S. Leodegario in monasterio existente, & quoad vixit, neminem me reperire in Majoris domûs Neustriæ dignitate, ei substitutum. De morte Childerici subsecuta, ita Fredeg. fol. 767: Cap. 91. *Erat ipse Childericus Rex levis, atque citatus nimis, gentem Francorum in seditionem mittens, & in scandalum, ac derisum: donec odium non modicum, inter ipsos crevit, usque ad scandalum, & ruinam. Quo ingravescente, unum Francum nobilem, nomine Bodilonem, ad stipitem tentum cædere contra legem præcepit. Videntes hæc Franci, irâ magnâ commoti, Ingolbertus videlicet, & Amalbertus, vel reliqui majores natu Francorum, seditionem contra ipsum Childericum concitaverunt. Memoratus Bodilo, super eum, cum reliquis quam plurimis surrexit insidiatoris, & Regem in Lauchonia sylva, unà cum Reginâ prægnante, nomine Bilihilde (quod dici dolor est) interfecit. Wulfoaldus autem Dux per fugam lapsus evasit, & in Austriam reversus est. Franci verò Leudesium filium Erchonoaldi nobilem in Majoris domûs dignitatem statuunt, per consilium beati Leudegarii, & sociorum ejus.* Ingolbertus, Vigobertus dicitur in vita S. Oudoëni, qui ambos cum filia sepelivit in ecclesia sua Rhotomagensi, ut & Dagobertum filium Sigeberti, qui aut in Scotia, exul obiit, in Galliam inde post mortem remissus, aut, in Galliam è Scotia, redux. Fridegodus in vita S. Oudoëni, sic agit de basilica Rhotomagensi, à Clotario I ædificata, de qua suprà fol. 35. anno Christi 537: Chesne. tom. 1. fol. 638. *In qua etiam duæ ejus* (Clotarii I) *uxores, & Reginæ conditæ sunt, Haldetrudis, & Bertetrudis, itemque Dagobertus filius Sigeberti Regis, quem totondit Grimoaldus: atque etiam Childericus Rex, frater Theodorici, cum uxore Bilhilde, & filia; quos ipse vir sanctus jam olim illìc sepelierat, qui satellitum suorum Amalberti, & Vigoberti insidiis, vitâ, atque Regno, privati fuêre. Ubi Dominus Iesus Christus, meritis beati præsulis Audoëni suffragantibus, multa virtutum signa, usque in hodiernum diem efficere non cessat.* Leudesii, seu Lutherici meminit his verbis fragmentum historicum præfixum chronico Alberti Argentinensis: Chesne f. 782. *Erchonoaldo igitur defuncto, Lotharius, qui tunc regnabat, Ebroïnum Majorem domûs constituit, qui ob nimia scelera sua, à Francis accusatus, ab Hilderico, qui fratri in Regno successerat, in Luxovio monasterio Burgundiæ recluditur. Et Leudesius, quem Germani Luthericum vocant, filius Erchonoaldi, consilio Leodegarii Augustudonensis Episcopi, Major domûs palatii constituitur.* Ab hoc Lutherico forsan fabula conficta Liderici forestarii, de quo latiùs libro peculiari. Suprà anno 669. fol. 261. dicitur uxorem habuisse Burgundam. Sed & Duaci, Insulis, vicinisque locis, ut plurimum se continuisse, ex eo constat, quod B. Mariæ templum Duaci construxerit ejus pater, atque avunculus Adalbaldus Marchianas, unde chron. Marchian. Leudesium hunc, qui & Leudegisilus,

& Luthericus vocatur, cognatum vocat B. Moronti chronicon Marchian. fol. 632. *Lothario Rege Francorum mortuo, & Theoderico ejecto, Hildericus frater eorum regnat in Francia annis XII. Hujus Major domûs, poſt Ebroïnum, fuit Wulfoaldus. Quo mortuo, Leudegiſilum, filium Erchenoaldi, cognatum beati Mauronti, Majorem domûs Regia, conſilio beati Leodegarii Epiſcopi, Franci ſtatuunt.* Idem chron. fol. 642: *Leudiſium*, vocat *filium Erchonoaldi, ex Leutſinda.* Ibidem: *Ducem Martinum*, ab Ebroino interfectum, nominat: *Nepotem Anſigiſi*, filium videlicet Walchiſi, fratrem Wandregiſili, ut ſuprà Malmesburienſis fol. 175. Sunt qui Adalbaldum, Erchonoaldi fratrem, filium ſcribunt Blitildis, unde è chron. Marchian. Silvii adfert Beauchamps, fol. 335: *Monaſterium Marchianenſe adificatum in allodio, praclari Ducis Adalbaldi, filii Blitildis, ſororis Dagoberti Regis Francorum (ut quibuſdam certioribus placet) ex Ansberto Duce nobili in Germaniâ, Imperii Romani ſupra Scaldam Marchione.* Sed & notandum Hermingardim, quam fingunt Salüardi uxorem, matrem Liderici, dictam D. Mauronti ſponſam, ut ex arch. Marchianenſibus notat Beauchamps, dum ait fol. 441. S. Rictrudem *Mauronto unigenito ſuo, duci nobiliſſimo perſuaſiſſe, ut ampliſſimis Gallici palatii honoribus, ad eoque ipſiſſimi Regis Clodovei II cognati ſingulari amicitia poſthabitis, adhuc vigente juventutis flore, atque conſentiente praclarâ Hermingarde, cui is affiſus eſſet, eccleſiaſtico ſe ordini adjungeret.* S. Lambertus Trajectenſis epiſcopus, Theodardi ſucceſſor, in exilium mittitur, Ancelmus in vita ejus t. 1. epiſc. Leod. fol. 108: *In epiſcopatûs culmine, cum irreprahenſibilis vita gratia in ipſo bonis omnibus luceret imitanda, adeò pravis quibuſdam erat invidioſa, ut ad tantam devoluerentur inſaniam, ut Regem ſuum Childericum innocentem conarentur occidere, & ſanctum hunc virum à ſede pontificali expellere.* De S. Bertha, Cheſne 665: *Poſtquam verò beata Bertha ad octavum decimum pervenit annum. fama ejus longè, latèque in Gallia percrebuit, ut nulli talis puella aquanda putaretur. Tunc Sigifridus, conſanguineus Regis Clodovai, vir ſtrenuiſſimus, compertâ famâ ejus, aſſumptis ſecum ſuorum militum turmis, atque procerum Gallia conſtipatus copiâ, prafatum Rigobertum comitem adiit, bonitatem ipſius obnixè flagitans, quatinus ſibi non denegaret filiam ſuam dilectam Bertham, legitimo jure deſponſandam, utque adoptivum filium in cunctis ſpopondit ſe obiturum. Cunctum etiam legitimum ordinem dotis, ut lex Francorum continet, promiſit ſe fideliter daturum: inſuper quidquid conſanguineorum rei, ſecundum morem ritè expeterent, voluntariè largiturum.*

Anno Chriſti 682. Theodorici Regis Neuſtr. ab electione V à reſtitutione I. Rege Auſtr. nullo, nullo etiam Majore domûs Neuſtr. Leudeſii, ſeu Lutherici Majoris domûs Auſtr. II. Agatho papa 4. Id. Ian. obiit, vacat ſed. menſ. 7. Leo II. conſecratus 4. Id. Aug. ſed. menſ. 10. dies 19. *Onuphr.* Fragmentum ſuprà citatum, Cheſne fol. 783: *Rex igitur Hildericus cùm per aliquos annos regnaſſet, à pe-*

ſtiferu

fisferis conspiratoribus, in aula, cum uxore sua pragnante, peremptus est. Leudesius vero, qui, & Leuthericus, cum Franciæ, & Germaniæ principibus, fratrem ejus Theodericum Regem constituunt, suffragantibus sibi Didane Pictaviensi episcopo, Leodegario Augustudonensi episcopo, & Gerino Pictavensi Comite, fratre ejus. Vita Leodegarii, Chesne 606: *Postquam Childericus interfectus, episcopi, vel patricii, cum optimatibus de Neustria in gratiam Theoderici redierunt,&c.* ut suprà. Huc referendum oraculum S. Eligii, superiùs fol 189. anno 664: *Tertius solus obtinebit monarchiam, eritque ejus magna gloria, & potentia*. Et Wandregisili: *Tertius Theodoricus, matri superstes regni suscepit gubernacula*. Chronicon Marchianense, fol 635: *Childerico Rege Francorum mortuo, Theodoricus frater ejus, ex monacho, regnat annis XIV. Quod audiens Ebroïnus, à cœnobio Luxovii, ubi, sub falso nomine monachi morabatur, egressus, ascitis secum, quos olim habuit, amicis, tyrannidem arripuit: Austrasios sibi verbis blandis allexit, muneribus corrupit; sicque ad Regem ire contendit*. Chesne 619: *Per idem autem tempus Childerico Rege defuncto, frater ejus Theodoricus ad regni sceptra pervenit. Id ubi utriusque amici compererunt, videre illos cupientes, cum ingenti studio, & favore illos ad propria revocare nituntur. Itaque ad Monasterium venientes, cogunt eos indè egredi, & ad suas domos reverti. At illi multum anxii tandem illorum dilectioni, & amicitia assentiunt, quippe quos suâ causâ noverant prolixi itineris laboribus fatigatos. Cum benedictione ergo Abbatis inter se pacis concordiâ juncti, Leodegarius, & Ebrainus, Augustudunum proficiscuntur. Eorum adventu tota exhilaratur civitas, obviamque eis procedentes cives, cum magno triumpho, eos excipiunt: multum lætantes, quod reciperent patrem suum, quem olim se gubernatorem amisisse planxerant. Restituunt igitur eum in sedem suam, & cum ingenti gaudio pariter afficerentur, ac tripudiarent, ipse episcopus veluti alterâ luce Ebroinum magnis affectum muneribus honorificè à se dimittere. At Ebroïnus non ferens suos, vel pauxillum quiescere, nocte fugam capessens, ab urbe recessit: & Austrasios, quos olim adversarios habuerat, sibi amicos ascivit*. Fragmentum, du Chesne fol. 783: *Ebroinus de Luxovio egressus, & apostata factus, Theodoricum Regem, & Leudesium persequutus, regales thesauros apprehendit, & quoscumque insidiatores suos repetit, crudeli morte damnavit. Posteà in Germaniam, cum suis, quasi pacis sub obtentu, pro Leudesio transmisit, ut ejus auxilio in gratiam regni pervenire potuisset, dispositis ei in itinere insidiis. Ille verò, licet eum omnimodis habuisset suspectum, tamen, pro pace restauranda, iter aggressus est. Cùmque ad loca insidiarum pervenisset, Ebrainus, cum suis, ex improviso consurgens, Leudesio, cum aliquantis militibus occiso, ipse principatum regni violenter invasit*. Fredegarius hanc rem ita narrat singillatim: *Ebrainus audiens has dissensiones, consilio accepto, Francos invicem discordantes, convocatis in auxilium sociis, personis quamplurimis, cum multo comitatu exercituum, à Luxovio cœnobio egressus in Franciam regreditur, usque Issam fluvium veniens accessit, custodes dormientes interfecit ad sanctum Maxentium, atque Issam fluvium transiens,*

Ex vita S. Leodegarii.

Chesne 763.

transiens, quos ibi invenit de insidiatoribus suis occidit. Leudesius Major domûs, unà cum thesauris Regis, per fugam dilapsus evasit: atque Abocino villa evadens aufugit: ibique adveniente Ebroino, thesauros, quos ibi reperit, apprehendit. Inde egressus, Criscecum villam veniens, in Pontio Leudesium subdolè fidem promittit. simulans fefellit. Facto placito, ut conjuratione factâ, cum pace discederet. Sed Ebroinus fallaciter agens (ut solebat) compatri suo insidias præparans, ipsum Leudesium occidit. Qua ratione tum in Theodoricum regem arma moverit, in Australiæ regnum sublimato Clodovæo quodam, quem Clotarii Regis defuncti filium esse finxerunt, ita Vita Leodegarii, 605. *Navigenta enim villâ, jam recuperato regno, tunc Theodaricus residebat securus, cum repentino superveniu Ebroinus, cum Austrasiis affuit. Quis enim enumerare planè valeat, qua tunc fuit direptio de regni thesauro, vel ecclesiarum ornamentis, quod ob amorem Christi Catholici retrò principes devotè in Dominicum contulerunt sanctuarium, Majore domûs tunc etiam interfecto.* Item: *Denique acceperunt quendam parvulum, quem Clotharii fuisse confinxerunt filium, hunc in partibus Austri secum levant in Regnum. Qua de re multum collegerunt hostiliter populum, eò quòd verisimile cunctis esse videretur. Etenim cùm depopulando patriam subjugarent, etiam in nomine sui Regis, quem falsò fecerant; præcepta Iudicibus dabant. Tunc qui eis libens, noluit adquiescere, aut jura potestatis amisit, aut si non fugâ latitanda discessit, gladii interemptione deperiit. Quanti autem, per hoc collisi totis figmentum, Theodoricum tunc defunctum, & Cladovaum Clotharii esse filium crediderunt? Erant enim in hoc mendacio primi, & quasi Rectores palatii, Desideratus, cognomine Dida, qui quandam Cabillonia habuit principatum, necnon & ejus collega Bobo, qui urbem Valenciam habuerat in dominium. Nec enim digni sunt, ut urbium nominentur Episcopi, qui magis terrenis desideriis inhiabant, & cœlestia non curabant.*

Anno Christi 683. *Theoderici Reg. Neustr. ob electione VI. à restitutione II. Majore domûs Neustr. nullo. Clodavei filii Clotarii confictis, Reg. Austr. I. Ebroini Majoris domûs Austr. I.* Leo papa II. obiit 4. Cal. Iulii, vacat sed. mens. 2. dies 21. *Onuphr.* In hunc annum
Tom. 1. quadrat, quod legimus in vita S. Oudoëni, Chesne fol. 637. *Regnante Theoderico, qui beatum virum, non minus quàm Reges superiores, carum habuit, inter reliqua ejus beneficia, id ab eo præstitum est sancto Audoëno, ut in ejus parœcia, nec Episcopus, nec Abbas, vel Abbatissa, neque Comes, neque alius quisquam judiciariâ potestate præditus, absque ejus consensu rectorem, vel successorem constituere auderet, nisi quem vir sanctus, vel suis, vel aliundè, pro vitæ merito instituere vellet. Erat tum in ejus, quem diximus, Regis palatio, primariâ dignitate vir illustris Waratto. Is filium habuit, strenuum, & industrium, sed animo ferum, ac moribus asperum, & ipsi parenti suo insidiantem, Gislemari nomen erat illi. Nec destitit à concepta molestia, donec patrem suo principatu dejecit. Etsi verò objurgaret eum beatus Audoënus, quod tantam nequitiam adversus parentem exerceret: at ille tamen monita ejus salutaria*

rem audire noluit. Sed non multò post, à Deo percussus, impiissimam animam exhalavit, quemadmodum et vir Dei ante prædixerat. V. 679.
In hunc demum annum incidit obitus D. Amandi, vixisse enim eum, post ductam à Childerico Bilitildim, supra apparet an. 675. Fol. 210.
unde corrigendus Sigebertus, è quo Meyerus postremum vitæ ejus annum ponit Christi, 661. Adfertur ab Auberto Miræo, ejus testamentum, scriptum à restitutione Theodorici anno II. ut opinor, nisi quis malit annum II. regni ejus intelligere, ab electione, quo tempore tamen degebat in monasterio, annum videlicet 679. Fol. 209.
Id ad verbum ita recitatur in fast. sanctorum. Belg. fol. 81: „In „nomine Domini nostri Iesu Christi, ego Amandus miserrimus, „& peccator. Credimus, ubique divinam nos pietatem regere, & „clementer salvare velle, quia ingressum nostrum in mundum, „& exitum de mundo, ante sæcula ipse præscivit. Proinde om„nibus non habetur incognitum, qualiter nos longe, lateque per „universas provincias, seu gentes, propter amorem Christi, seu „verbum Dei annuntiare, vel baptismum tradere volentes, dis„cursum habuimus: & nos de multis periculis, pietas Dei eri„puit, & usque in tempore isto perducere dignata est. Sed dum „jam corpore fesso, & multis laboribus fatigato, jam in summa „senectute, pæne corpore præmortuo, exitum de hoc mundo, in „proximo habere speramus; & quia nos Deus in ipsum locellum, qui vocatur Elnonis, perducere dignatus est, quem super „largitate Regia, proprio labore visi fuimus construxisse; si nos „Deus de hoc mundo decreverit emigrare, peto, & per ipsum Chri„sto Iesu, filio Dei, conjurare præsumo, ut nulli Episcoporum, „vel Abbatum, seu sæcularium virorum, aut quibuslibet pote„statibus hoc contrarium sit, ut corpusculum meum, in ipso mo„nasterio, quod superius diximus, Elnone, inter illos fratres re„quiescat, ubi jam nos, ad ipsos fratres, & corpore, & animâ „commendavimus. Et si in itinere, aut ubicumque finis noster „provenerit; ad ipsum locum, quem superius memoravimus, „corpusculum nostrum licentiam habeant fratres, vel Abbas, de „ipso monasterio Elnone, ibidem revocare. Si quis verò con„tradicere, aut de ipso monasterio corpus meum per fortia ab„strahere, aut temerario spiritu contradicere voluerit, inprimi„tus S. Trinitatis offensam incurrat, & ab omnibus ecclesiis Ca„tholicis excommunicatus appareat, & a societate Sanctorum „extraneus efficiatur, & damnationem, quam Dathan, & Abi„ron sustinuerunt, quos infernus vivos absorbuit, ipse sustineat, „& sit anathema maranatha, quod est perditio in adventu Do„mini nostri Iesu Christi. Et nec sic nostram voluntatem muta„re valeat, sed hæc deliberatio nostra in perpetuo firma, & in„violata permaneat. Et ut certius credatis, manu propriâ sub„scripsi, & omnibus hominibus Deum timentibus, ut subscri„bant, supplicamus, & rogamus. Quam epistolam fratri nostro

„ Baudemundo, presbytero, fieri rogavimus. Facta epistola in monasterio Elnone, anno secundo regni Theoderici Regis, sub die „ decima quinta Kalend. Maii. Ego Amandus peccator hanc epistolam à me factam, consensi, & subscripsi. Ego in Christi nomine Reolus, ac si peccator, subscripsi. Ego in Christi nomine „ Mommolenus episcopus subscripsi. Ego in Christi nomine Vindicianus episcopus, ac si peccator, hanc epistolam, rogante Domino Amando, consensi, & subscripsi. Ego Bertinus Abbas subscripsi. Ego Aldebertus Abbas subscripsi. Ego Ioannes [illegible] „ à Domino Amando consentiens, hanc epistolam subscripsi. Ego „ Baudemundus peccator, jubente Domino meo Amando, hanc „ epistolam deliberationis suæ scripsi, & subscripsi. In [illegible] ita Miræus: *Ex his, qui se ferunt, S. Reolus, seu Regulus, fuit Archiepiscopus Remensis, & quiescit in Orbacensi monasterio, à se fundato. S. Mummolenus, seu Mommolenus, fuit Noviomensis, ac Tornacensis episcopus, de quo vide infrà 16. Oct. S. Vindicianus fuit Cameracensis, & Atrebatensis episcopus de quo infra 11. Martij. S. Bertinus fuit Abbas, & fundator monasterij Sithiuensis, quod Bertinianum nunc dicitur de quo infra 5. Sept. Baudemundus fuit tertius Abbas Blandiniensis, & ab ipso, quantum conjicio, scripta est vita S. Amandi, quam Surius publicavit. Errant enim, qui Miloni Elnonensi eam adscribunt, quod auctor narrat, [illegible] a Bona presbytero, qui Amandum Tornaci vidit, nonnulla accepisse. Milo autem longe posterior ætate fuit, utpotè qui Caroli Calvi temporibus vixit, & an. 872. obiit. Vita porrò S. Amandi, per Milonem versu heroico conscripta, exstat ms. apud Elnonenses.* Anno 58[illegible] [illegible] Amandum, vixerit ut quidem centum duobus annis, ut [illegible] merito [illegible] supra, esse se *Corpore fracto, & multis laboribus fatigato. in summa senectute, penè corpore præmortuo.* S. [illegible] Andreas, unde in ejus epitaphio, Cosin [illegible].

Huchald. apud Sur. 30 Ian. fol. 557.

Tom. l. 2 c. 25: *Humilis fuit, & venerandi*

Discipulus patris, simul, & successor Amandi.

In vita S. Aldegundis, ita scriptum reperio: *Dum B. Amandus Domino cùm necte, plenus dierum, tanquam frumentum maturum, in horreum cæli [illegible] condendum, paleâ carnis depositâ, migraret, in [illegible] beata Aldegundis vigiliis, & hymnis in ecclesia [illegible] Malbodiensis, coram altari gloriosæ genitricis Domini nostri Iesu Christi Mariæ, incumbebat suppliciter. Et quoniam illum in hac vita multum dilexerat, [illegible] cujus doctrinâ culmina virtutum edocta conscenderat, Domini Salvatoris gratia revelavit ei, & cujus esset meriti, quem exhortantem susceperat; & quod illa sequeretur, in proximo quò dux ille præcedebat. Orans enim, in ecstasi mentis, elevata, contemplatur senem virum, cano vertice reverendum, sacerdotalibus, & præclaris vestibus indutum, [illegible] lum manu tenentem, ad superna transire, turbamque copiosam [illegible] ante, & post eum, iter habere: seipsam quoque virgo sancta [illegible] in eodem comitatu, simul properare. Cumque requisita quis [illegible] dux ille, tam gloriosa multitudine, respondisset se nescire, sic Angelus inquit;*

Amabilis

Amabilis Dei Amandus, à sæculo migravit. Idem in vita S. Amandi, 6. Febr. Erant itaque qui ultimum vitæ annum S. A[illegible] statuerent 664. & Waldetrudi 671. De utriusque sepultura [illegible] citato 55. *Sepulta est autem in villa sua quondam dicione, [illegible] So[illegible] suus uterque parens, ac soror posteà Waldetrudis, [illegible]: in quo jacuit multo tempore, quoad Christo donante, corpus ejus translatum est, in municipium Malbodium, quod à fundamento construxerat.* Chesne è vita S. Berthæ fol. 665. *Venerabilis Rigobertus nutu Dei instinctus, in omnibus, quibus expetebatur, assensum præbuit, constituitque diem, in quo illustris Sigifridus filiam suam legitimo ordine sibi aliis[illegible]ceretur sponsam. Post non multa verò dierum curricula, juxta condictum amborum acceptam spe to[illegible]ssimam sponsam Comes Sigifridus comitatu honorifico constipatus, ut erat, non solum genere clarus, sed & facultatibus prædives, omnibus ritè ordinatis, duxit in domum suam. Erat autem beatissima Bertha annorum xx. quando in matrimonio juncta est. Defunctis verò utrisque parentibus, beata Bertha voluntate spontanea divisit proprietatem suam, cum Angla sorore sua, de alia matre progenita.* Nata [illegible] erat Bertha anno 663. vide fol. 888. Erat verò Sigebertus Berthæ maritus, frater Erchenoaldi Majoris domûs, & Adalbaldi, Ducis Duacensis, mariti Rictrudis, ut [illegible] suprà fol. 125. Andreas Silvius in vita S. Rictrudis, apud Beluc[illegible], in chron. Marchianensi, de horum genealogia fol. 77. *Imperantibus Romanis Eraclio, filiisque ejus Eraclonà, & Constantino; & Francis, Clotario, Dagaberto, Clodoveo, [illegible]que ejus, beata Rictrudis, in Galliis, ex Regali orta prosapia claruit.* Et post pauca: *Igitur Beatæ [illegible] Rictrudi Hernaldus cognomento Nobilis, Pater extitit, & Lic[illegible]ia, Mater: Ambæ sane præclari, & Christianæ Religionis cultores. Educata est autem in Wasconia, quæ est Provincia Galliæ, satis deliciosè, sed, de barbariæ gentis illius nichil trahens, Deum cœpit ab infantia venerari, & timere. Cumque Dagobertus Francorum Rex pro fratre suo Hairberto, qui paulò ante defunctus, [illegible]oniam rexerat; partes illas in potestatem suam redegisset, de amicis suis illuc frequenter mittere consueverat, prout necessitas postulasset. Erant tunc temporis tres [illegible] fratres, Erchenaldus scilicet, Major domûs, atque Francorum Patricius, Adalbaldus Dux Duacensis, & Comes Sigefridus, consanguinei supradicti Regis Dagoberti; viri prudentes & magnæ gratiæ apud Deum, & homines. E quibus Erchenaldus, ad ædificandas tres ecclesias, de suo, procuravit sumptus, & [illegible]. Quarum una, sancti Petri Latiniaci constructa est. Alia, sancti Fur[illegible] apud Perronam. Tertia, Duaci in honore beatæ Virginis Mariæ, quæ nunc sancti Amati nominatur. Et juxta eam, turrem quoque mu[illegible]ssimam, & miræ altitudinis construxit, quæ in jus proprium beatæ [illegible] tru[illegible] mortem viri sui hereditaria [illegible] venit. Hujus [illegible] Adalbaldus Dux.* Vocantur verò [illegible] qui ab [illegible] Bertha [illegible] Dagoberti, [illegible] sive An[illegible]o. Vn[illegible] ad[illegible]ertur [illegible]em fol. 369. ex [illegible] *Cum crebro Francia [illegible]onia fieret permeabilis, Rictrudis, puella bonæ indolis, jam facta*

nubilis, videtur, diligitur, atque eligitur, à quodam Francigena [illegible] baldo nomine, natalibus ortu praeclaru, & justu. Mater denique ejus [illegible] reberta, alias autem, ut monuimus, B[illegible]ildis, uxor Anselberti sive A[illegible] berti Ducis fuerat B[illegible]champs ibid. *Charron, in suo Dagoberto, Adal[illegible] dum satis ostendi[illegible] sanguine gentilitio D[illegible]obertum Regem proximè per [illegible] thildem, seu B[illegible]am matrem, Dagoberti sororem, attigisse.* Quod [illegible] curiosius examinandum, cum reliqui Franciæ scriptorum, [illegible] faciant mentionem Blitildis filiæ Clotarii I.

Anno Christi 684. *Theodorici Regis Neustr. ab electione V[illegible] à restitutione III. Clodovei filii Clotarii confictis Reg. Aust. II. E[illegible] Majoris domus Aust. II Neustr. XX à restitutione I.* Benedictus I[illegible] tus papa 13. Kal. Iul. se[illegible] mens. 10. dies 7. Fl. Herac[illegible] nus Imp. Aug. patre Constantino V. Imp. appellatus. [illegible] II papa obiit ibid. Maij, vacat sed. mens. 2. dies 5. [illegible] V. cretus 8. Kal. Aug. consecratus [illegible]. Kal. A[illegible]. [illegible] 9. *Onuphr.* Atrebatense Chron. Balderici [illegible] 6. *Hoc autem [illegible] reperimus, quod vir Dei venerabilis episcopus, sanctæ Dei genitricis ecclesiam Atrebatensem, ex rebus propriis una etiam cum Rege T[illegible] co, augmentans [illegible] ecclesiæ terris, molendinis, cæterisque suis sidus amp[illegible] atque in generali placito residente Rege præfato, se [illegible] ac judices [illegible] potestate, per pontificalem auctoritatem, præsentibus quidem multis [illegible] cum Rege etiam jam dicto assentientibus [illegible] privilegio, [illegible] à [illegible] papa confirmato, ab ista ecclesia omnes penitus exclusit. Quod privilegium tale est. Sancto & universalis ecclesiæ provisori beatissimo Ioanni papæ Romano, Episcoporum Episcopo, Vindicianus servus servorum Dei minimus, in Christo Domino quicquid felicius. Notum [illegible] paternitati vestræ, seu omnibus sanctæ Dei ecclesiæ prolibus, si aliquid [illegible] rebus nostris [illegible] sanctarum, vel in substantia pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in æternam beatitudinem retribui confidimus. Nos quidem [illegible] tanta misericordia & pietate Domini confidentes, in conventu venerabilium Episcoporum nostrorum, coram Rege piissimo Theod[illegible] in generali placito, hanc epistolam roboravimus, roboratamque in per[illegible] tuum fore optamus. Lex priscorum quoque exposcit auctoritatem, ut quicumque voluerit de rebus suis propriis vendere, cedere, condonare, suum [illegible] strumentum secundum legem Salicam, [illegible] entiam habeat al[illegible] are. [illegible] propter noverint omnes fideles, præsentes, ac futuri pontificali auctoritate, hoc episcopale privilegium constructum à memorato Rege Theoderico, ut inviolabiliter conservetur, ab hodierno die, & deinceps, per pontificalem auctoritatem, omnes seculares, & judiciarias potestates excludimus, omnemque clamorem, & omnem invasionem ab ecclesia sanctæ Mariæ Atrebatensis civitatis.* &c. *Quo valeant liberius pro pace sanctæ Dei ecclesiæ & vita Regis, & conjugis, ac filiorum, ac statu regni, Domini [illegible] men iam exorare.* In [illegible] *Ego Ioannes papa hoc privilegium à mea parvitate editum firmavi, ac roboravi.* &c. *Ego Leodegarius ab impio judice Ebroino [illegible] Augustidunense depositus scripsi, & subscripsi. Data octavo idus Maij anno septimo regni domini nostri Theoderici Regis in-* *dictione*

dictione II. Ego Vindicianus episcopus jussu domni Theoderici Regis & rogatu Ioannis summi pontificis scripsi & subscripsi. [illegible] multo post in gratiam rediit cum Theodorico Rege, [illegible] regno Austrasiorum, & impetrata vetere dignitate Majoris domûs Neustriæ. Vita S. Leodegarii, Chelle 6 9. *Non diu post multis perpetratis sceleribus, cùm sibi flagitiorum socios adjunxisset in Francorum fines per vim invasit immanissimamque exercens tyrannidem, in Theodorici Regis conspectum venit, atque ab illo in pristinum gradum restitutus est.* In altera vita [illegible] 608. *Cum facinus suum diutius Ebroinus occultare non posset de Rege, quem falso [illegible] erat, declinat ingenium, & ut in Theodorici rediret palatium, quorumdam factione suscipitur, & iterum subito palatii Major domûs [illegible]tur.* Fredegarius postquam suprà dixit: *Leudesium occidit videlicet Majorem domus Austrasiæ, ad [illegible] Regem Theodericum in regnum restituit, ipse suum principatum sagaciter redintegrat.* C[illegible] M[illegible] n[illegible] id factum tradit, [illegible] Childerici Regis, Leudesio per E[illegible] dolo [illegible] atos, & tra[illegible] T[illegible]o. fol. 641. *H[illegible]derico Rege interfecto Leudesius, cum thesauris ejusdem Regis, ad beatum Leodegarium in Luxovio existentem, [illegible] disponens, ab eodem Ebroino, in medio itinere, in osculo pacis [illegible] spitur & interficitur. Ebroinus autem thesauros accipiens, de eisdem thesauris, primatum a Rege Theodorico Episcopis contradicentibus, redimit.* Pergit vita S. Leodegarii, Chelles fol. 619. *Ita ergo Rector palatii & Major domûs effectus, cogitare cœpit de ulciscendis inimicis qui eum noluerant habere Subregulum. Itaque instar leonis rugientis per Francorum terras rugitus ejus insonuit cunctique, qui olim adversus eum egerant, qui tamen cædem effugere potuêre, fugæ præsidia aptarunt. Porro vir Dei Leodegarius instauranda plebi suæ intra urbem suam Heduam, sive Augustidunum intentus erat. Reminiscens autem Ebroinus malorum omnium, quæ cum Childerico Rege illum suspicabatur sibi intulisse adhibitis in consilium hominibus nequissimis, [illegible]um eis tractare cœpit, qua ratione [illegible] um Episcopum perdere posset. Ex iis [illegible]rò duo, Dido & Vaimeris, [illegible] malitiæ effectis, aiunt se illum rapere posse, ex urbe ejus, in eumque exercere vindictam, quæ Ebroini malitiam exsatiet.* Altera vita S. Leodegarii, [illegible]. 606: *Theodorico in Regno restabilito, cùm etiam jam securi omnes residerent in sedibus propriis, iterum invidi hostes contra Servum commoverunt, qui cuncta, que [illegible]dericus egerat, ejus astu, [illegible]ione, & consilio con[illegible]nxerunt. Tunc [illegible] nequissimus consiliis [illegible]orum consulere cœperunt, quemadmodum [illegible] pontificem destruere p[illegible]nt. Ex his autem Consiliarii duo, Dido, & Vaimirius, caput [illegible]* Fol. 620. *Qui ejus capiendi causâ venerant, nullo e[illegible] [illegible]ras [illegible]quias mori reverentiæ, eum comprehenderunt.* &c. *E[illegible] humano [illegible]em [illegible] lumine ext[illegible]insecus, at intus mensis [illegible] d[illegible]um [illegible] Cumque [illegible]um custodibus tradi[illegible]ent, in quoddam cœnobium perduxerunt, ubi biennium fere latuit, [illegible] magnum reliquit patientiæ & humilitatis exemplum.* Obiit in summa [illegible]ctute Amelberga, vidua

Tom. 8.

Comitis Witgeri, Gudilæ mater 6. idus Iulii, ut tradit auctor vitæ ejus, non tamen contemporaneus, sed qui 50, aut am[illegible] annis ob obitu ejus scripsit, Surius. fol. 164. ita habet [illegible]
10. Iul. ejus. *Cùm reddidisset spiritum, sancta illa anima ab angelicis [illegible]tibus in cælum deportata est. Tota ad ejus funus Malbodiensis turba a[c]currit: omnis inopum cætus matrem, & nutriculam, se perdidisse lamentabatur. Tanta vero dignitas ejus ora compleverat, ut nemini p[illegible] e[illegible] ambiguum, illam ærumnas beatitudine, labores requie commutasse. Sed quia id temporis Malbodii nulla spectabilis persona humata erat, n[illegible]a quidem beata Aldegundis, quæ locum illum a fundamentis extru[illegible], majores natu ecclesiæ, quid faciendum e[ss]e, inter se consultabant & quonam [lo]ca san[ctiss]imum corpus terra condendum, tractabant, ni[hil] inte[ri]m certi statuentes. Tandem ab illis consulti[ss]imum v[is]um est ut in Lobiensi monasterio tumularetur: in quam sententiam omnes pedibus ierunt. Per id vero tem[p]us in Lobiensi monasterio non minima erat fratrum congregatio, Deo ad præscriptum regulæ S. Benedicti militantium, flore[n]te [illegible] illic cultus divinus, & religiosæ sanctitatis, & permu[l]ta beatorum [illegible] conf[ess]orum ibi quiescentium corpora, magnam illi reverentiam canci[li]abant. Itaque beatissimum S. Amelbergæ corpus cum ea, qua par erat, veneratione, e[v]atum est sanctimonialibus, cum hymnis, & canticis illud prosequentibus, atque in Lobiense monasterium im[p]ortatum. [illegible] tunc ab Abbate, & fratribus cum multa devotione e[x]ce[pt]um est & in eccl[esi]a [s]an[ct]issima genitricis Dei, & beatorum Christi conf[ess]orum, Vrsmari, & Ermini, cum cæteris plurimorum sanctorum pignoribus, sepulturæ mandatum.* In [illegible]ge in ecclesia D. Virginis, postea etiam dedicata SS. Confe[ss]oribus Vrsmaro, & Ermino, qui S. Amelbergæ superstites vixere. Sig[ebertus]: *Hoc anno Atta cœnobii Blandiniensis Abbas efficitur.* In lo[cum], ut arbitror, Baudemundi, qui interfuit testamento sancti A[mandi] [illegible].

Anno Christi 6[illegible]5. Theodorici Reg. Neustr. ab electione VIII. a restitutione IV. ejusdem Regis Austr. I. Ebroini Majoris domûs Neustr. XX à restitutione II. Austr. II[illegible]. Notatur hic annus sævissima p[illegible] c[illegible] Ebroini, in viros sanctos, atque episcopos, post L[eode]garium lumine privatum; atque [illegible] de Garino L[eode]garii fratre, sic e[s]t in vita ejus, Ch[illegible]. 609. *M[illegible] ad [illegible]
Tom. 1. tem [illegible]atum Garinum lapidibus obruere cœperunt. Ille vero de[pre]c[a]batur Dominum, dicens: Domine Iesu bone, qui venisti vocare justos, sed peccatores, suscipe spiritum servi tui qui me dignatus es ad similitudinem martyrum, vitam istam mortalem finiri jubeas clementissime, veniam scelerum meorum tribuere. Hæc dicens orando ultimum [illegible] spiritum.* Tum de B. Leodegario ita pergit idem author, fol. 6[illegible]. *Beatus igitur Leodegarius cupiens cum germano suo vitam finire, ut simul mererentur futura, ac beata participare vita & gloria. Sed Ebroinus differre valens ejus exitum, ut per pœnas longè dilatas ei præpararet æternas, & ne coronam acciperet martyrii, quin potiùs careret præmiis gloriæ sempiternæ: Tunc jussit eum nudis gr[illegible]us per quandam p[isc]inam transduci,*

transduci, in qua erant petra, quasi clavi incidentes, acuta. Sed & labia ejus, & faciem concavam crudeliter jussit incidi ferro, necnon & linguæ plectrum ferro secante auferri: ut dum oculis ablatis, pedes jam forati, lingua, ac labia essent incisa, dum etiam se cerneret omni felicitate ablatâ, corporisque viribus undique negatis, dum nec oculi cernerent viam, nec pedes incederent callem, nec lingua officium dare laudem nequiret Creatori suo, ac per hoc in blasphemiam incideret, desperans, potiùs auferendo sibi salutem, quàm laudando cœlestem adipisci meruisset gloriam. Sed qui absque vocibus cordium est auditor Deus, magis amat cor contritum, quàm elatione superbum; suscipiens vocem tacentis magis, quàm elatè loquentium, hujus postulat sibi auxilium non voce, sed humilitate cordis. Nam cùm se cognovisset præsidium amisisse humanum, totis viribus sibi petiit adesse divinum: & quantum humana impietas revocare cupit ab alto, tantum divina pietas sociare eum fecit cælo. Sanctum itaque Leodegarium diutiùs ad vindictam servaverunt vivum, & turpiter denudatum, per platearum palustria jusserunt pertrahi nudum, eùmque, ad vindictam quasi deformosum, tradiderunt viro nomine Waringo, ut sub ejus gravi dominatu emitteret cruciatus spiritum. Item 610 *Waringus eum acceptum, ad suum perduxit cœnobium, quod vocatur Fiscanum, ubi erat congregatio Sanctimonialium, ac Virginum, quibus praerat Childomarca, famula Christi.* De S. Amato sic in vita S. Rictrudis, Chesne fol. 654: *Beatus vir, cùm Senonensis esset episcopus, falsò apud Theadoricum Regem insimulatus fuit, tanquam in Regem perfidiæ crimen admisisset. Atque eâ causâ in Perona Monasterio, in Veromanduorum oppido sito, cui tum sanctus Abbas Ultanus praerat, jussus est exul degere.* Et è Surio ibidem, in vita S. Amati, fol. 6[illegible]8: *Senecio Senonensium episcopo, è vita subtracto, ab episcopis, & populo sanctus Amatus eligitur, & licet invitus, Senonensis episcopus constituitur. Hoc tempestate Theodoricus, Clodovæi filius, & Dagoberti nepos, ergà Francorum plurimos, tyrannidem exercere conatur, ob idque captus, & injuriis affectus, in monasterium detruditur, & Childericus frater ei subrogatur. Sed illo quoque, propter insolentiam, à Francis interfecto, in Regnum Theodaricus restituitur. Apud quem tum nimis credulum à malevolis, qui semper solent invidere bonis, accusatus est Amatus episcopus. Ille mox inauditum jubet, praeter jus, fasque, abire in exilium. At pius pontifex oves suas Domino commendans, ad locum destinatum libentissimè proficiscitur: jussuque Tyranni, Peronam, pagum Veromanduorum perductus, sub egregio Abbate Ultano, in custodia permanet. Is Ultanus frater fuit Fursei, & Foillani Episcoporum, qui ex Hibernia regio stemmate orti, in Franciam peregrini venerant.* Baldericus l. 1. c. 22: *Dum præfatus rex Theodoricus in sanctos Dei sæviret, diabolicâ agitatus stimulatione, sanctum Amatum Senonensis ecclesiæ præsulem exilio relegandum deputavit longeque ab illis partibus, in municipio Viromandensi, quod Perona vocatur, sub custodia admodum reverentissimi viri Ultani Abbatis mancipandum destinavit, scilicet, ut quem ferro non audebat perimere, longâ saltem exilii tribulatione maceraret.* Apud Surium

rium 13. Sept. ita legitur in vita ejus antiquitus conscripta fol. 141: *Sub illo venerabili Abbate beatus Amatus non brevi temporis spatio permansit, potentissimè ferens diuturnum exilium, verbis gratiæ & alimonia subsidiis, à beato Vltano confirmatus.* Non potuit, nisi duobus ad summum annis hîc mansisse D. Amatus, ut è sequentibus apparebit. Vnde rectius chron. Marchian. fol. 640: *Sanctus Amatus, Senonensis Episcopus, jussu Theodarici Regis, & Ebroini, quondam exiliatus, aliquantum temporis, cum Abbate mansit Vltano.* Peronæ videlicet, ubi sepulti Fursæus, & Vltanus, eorumque patronus Ercheuoaldus, eodem chronico teste. De Philiberto Abbate
Tom. 1. Gemmeticensi sic in ejus vita, per Colchinum scripta, Chesne fol 650: *Cùm pestifer Ebroinus, qui à Francorum genere pro nimia crudelitate de palatino honore fuerat pulsus, comâ detonsâ, clericus Luxovium ingressus, apostata factus, spiritu malignitatis armatus, cæpisset rabidis dentibus super nobiles, Sacerdotes, & Francos, atque consentientibus plurimis contra mandatum Dei recepisset locum honoris, sanctus ad eum Philibertus abiit, & prædicationis verba impendit. Cùmque ei ille dare munera magna vellet vir Dei cuncta respuens, eit apostatam eum esse, nec Christianum hominem cum eo participare debere, existimans quòd potuisset hoc facta, per numen ferri palmam martyrii obtinere. Sed servavit illum Dominus ad multorum profectum, qui per eum vocandi*
Cap. 96. *erant ad regnum æternum.* De aliis scribit Fredegarius, Chesne fol. 768. *Garinum, germanum* S. Leodegarii, *diverso tormento trucidavit. Reliqui viri Franci, eorum facti, per fugam lapsi, Ligerem transgressi, usque Vuascanes confugerunt, quamplurimi verò exilia damnati ultra non comparuerunt.* De S. Lamberto addit chron. Marchian. fol. 636: *Theodericus Rex, consilia Ebroini, Synodum Episcoporum cogit, & in hac, multos eorum ex sententiâ Ebroini, episcopatu privat: aliquos etiam irrevocabili exilio damnat. Sub tam procelloso domestica persecutionis tumultu, Sanctus etiam Lambertus, à Trajectensi amotus episcopatu, in cœnobio Stabulaus. monasterii quietis expetiit portum: ibique, per septem annos habitavit secum. Sanctus etiam Amatus, à Theodorico Rege, consilia Ebroini, exiliatur: & sanctus Philibertus, Abbas, à Gemeticensi cœnobio expellitur.* Sequitur ibidem: *Ansigisus Dux, pater Pipini, à Gunduino perimitur, quem ipse inventum nutriverat, & nutritum, de sacro fonte susceperat, &, ad maximos militia honores provexerat. Cui, succedit in ducatu Lotharionsium, Pipinus, filius ejus.* Idem de Ansigiso Sigib. eodem anno. Vita S. Beggæ apud Ryquelium c. 3: *Dux mare solito in forestam parat ire venatum, & Gonduinus, cum consiliariis suis non tardat illi parare interitum, à tergo persequens incautum trucidat, &c.* Ibidem cap. 5. fol. 12. *Vidua Deo grata, quia erat à lege viriles thori soluta, secundum præceptum Apostoli Pauli, cæpit esse sollicita eorum, quæ Dei erant, quomodo placeret Deo, & viveret sancta, corpore, & Spiritu.* Haud multo post Pipinus cernens hæreditatem patris, ducit in uxorem Plectrudem, filiam Grimoaldi Ducis Bojorum, ut habent fratres Sanmartani, *Nobilem, & prudentissimam*

dentissimum Fredegarius appellat, cap. 101. Chesne fol. 769. *Tempore illo*, ut est in vita S. Huberti, Chesne fol. 678. *quo Ebroini crudelitas Regnum Francorum graviter opprimebat, erat quidam adolescens nobilis, Aquitanicus genere, sub Theoderico Rege, Comes palatii, Hubertus nomine: & litterarum studiis eruditus, & armorum exercitatione strenuus. Fertur autem quòd quadam die solemni, quando alii Christiani, seu vicini ejus, pergebant in ecclesiam, ipse vanitatibus mundi deditus pergebat ad venationem. Et ecce apparuit ei quidam cervus, qui infrà cornua sua gestabat signum sanctæ Crucis. Audivit insuper quandam vocem dicentem sibi: Nisi converteris ad Dominum per sanctæ vitæ propositum, descendes velociùs in infernum. Quo audito, descendit illico de equo suo, adorans Dominum, qui sibi apparuerat, & promptum se exhibens ad faciendum quod monuerat. Hic, quia prudentis erat ingenii, considerans Ebroinum ad omnem malitiam promptissimum, execratus omnes actus illius, Franciam Sequanorum deseruit: & in Austriam ad Pipinum Ducem, cujus justitia, & industria, ac virtus bellica Tyrannos omnes oppresserat, se contulit. Adhærebatque illi quasi comes individua amita sua Oda, quæ extitit Boccis Aquitanorum Ducis recens defuncti relicta vidua. Cùm igitur in parochia Tungrensi, apud memoratum Principem Hubertus vir illustris aliquamdiu conversaretur, beati Lamberti pontificis celebre nomen, famâ discurrente, cognoscens, cupiensque ipsum videre, descendit Trojectum. Quem Lambertus vir Dei gratanter excepit, multis quoque diebus secum detinuit.* Tom. 2.

Anno Christi 686. *Theodorici Reg. Neustr. ob electione IX. à restitutione V. ejusdem Austr. II. Ebroini Majoris domûs Neustr. XXII. à restitutione III. Austr. IV.* Ioannes papa obiit 3. Non. Aug. vacat sed. mens. 2. dies 18. Petrus & Theodorus in scismate creati; utrisque abdicantibus Cuno 12. Kal. Non. Nov. sed. mens. 2. Imp. Constantinus V. obiit Kal. Febr. Iustinianus imperat ann. 10. mens. 5. dies .. *Onuphr.* Vita S. Leodegarii, Chesne fol. 610: *Vir gloriosus Theodoricus Rex, & idem Ebroinus, Synodo ad quandam villam regiam venientes, multam Episcoporum turbam adesse fecerunt. Ibique inter ceteros Didonem, qui sanctum virum Leodegarium, cum Waymero expulit de suo episcopatu, & pœnæ tradidit, ... condemnatum ob ipsa Synodo, calvariâ acceptâ in capite expulsum segregant à sancto congregatione. Deindè exilio condemnatus, mortéque secuta, pœnâ capitis exsolvit quicquid doli in sanctum virum exercuit. Alii verò Episcopi tunc à Rege per Ebroinum in ipsa Synodo pœnam similem sortiti, perpetuo exilio sunt deportati. Waymerus etenim, qui ad supradictum famulum Dei capiendum, & ad implenda Ebroini dicta, factus perniciei extiterat, posteaquam ab ipso Ebroino, eo quòd in ejus ultione consenserat, episcopatus gradu dolo fuerat sublimatus, post paululum intervallo interposito in offensam incidens, Dei, ut opinamur nutu, multis flagellis obtritus est. Nempe, ut fertur, laqueo suspensum, ac morte turpissimâ, ut decebat justi proditorem, condemnatum, transmisit ad tartarum.* Quibus nolens, volens, consentiens Ebroinus, omni modo Leodegarium etiam de medio tol- Tom. 3.

lere conatus est, quod ita prosequitur eadem vita, fol. 610 *Adhuc autem vir Dei sanctus Leodegarius in eodem monasterio Sanctimonialium, in quo ad custodiendum positus fuerat, commorabatur. Igitur ad beati Martyris perfabricandam coronam artifex versutus, ex illis Ebroinus tyrannus superfuit, unus, qui ea, quæ passionis ejus gloriæ supererant, adimplere deberet. Iterum antiquus serpens invidus diabolus molestè ferens, se ab eodem loco, ejus orationibus, fuisse expulsum, stimulare rursum cœpit Ebroinum, atque reduci eum præcepit ad palatium, ut in episcoporum Concilio ejus disrumperet vestimentum, quatinus ob hoc ei esset interdictum. ut ultra offerre non præsumeret sacrificium. Ubi dum deductus fuisset ad medium, inquirentes ab eo verbum, ut de Childerici morte se conscium fateretur fuisse: cognoscens per diabolicum commentum rursum sibi imminere conflictum, ut de humano se non excusaret delicto, ita de hoc facinore nullatenus dixit fuisse se conscium, sed potiùs Deum, quam homines, hoc est scire professus. Tunc & ipsum beatum virum ad eandem Synodum accersierunt, nec tamen infra Consilium confirmatur fuisse, sed seorsim eo tempore, cum Rege eodem collationem fecisse dicitur, in quo ei multa futura prædixit, quæ evenisse certò habetur. Et cùm diu fl[...]itatus ab eo aliud non valuisset elicere, ejus tunicam conscideruut à capite, eumque Chrodoberto, cuidam viro, qui tunc Comes erat palatii, jussit tyrannus impius tradere, & præsentem vitam in gladii percussione auferri.* Et post pauca: *Exsurgens, cervicem tetendit, gladiatores monuit, ut, quod sibi jussum fuerat, adimplerent. Cùm hæc diceret, percussor extendens gladium, amputavit caput ejus.* Eadem ferè Baldericus, subjungens de loco martyrii: *In territorio Atrebatensi transductum, decollari fecit, in loco qui dicitur Sylva S. Leodegarii, sepultusque est in villa, quæ dicitur Sercinnium, quæ est in confinio Cameracensis episcopii, & Morinensis.* Atque hinc est quod habet in vita S. Leodegarii, Chesne fol. 613. dum pro sacro martyris corpore episcopi concertant: *Tunc etiam & Vendicianus Præsul Atrebatensis in cujus fuerat diœcesi interfectus, dicitur respondisse: Nequaquam ita fiet, ut vos sancti Pontifices locuti estis, sed mihi donetur facultas hujus beati viri corpus habere, quoniam huic loco datus est, in quo dignotur quiescere.* De Theodorici Regis habitatione hisce in partibus ita Beauchamps in notis ad Sylvii chronicon Marchianense fol. 643. *Ecclesiæ Marchianensis vetus liber MS. in pergomeno, nosterque Andreas Silvius, certi cujusdam illustris olim meminère loci, qui extitteret in Villâ Beubriaco, vernaculè Beuvry, uno à Marcanis milliari distantis, cujusque nomen antiquissimum esset, Theoderici mansus, vulgò, Thiery meix, seu Theoderici domicilium, quod ibi frequens Rex agitaret Theodericus, sibique ibidem venatica septa selegisset. Is namque venationis, suprà quam dici passit, studiosus erat, & usque ad periculum, venandi perse[...]e studio tenebatur.* S. Lambertus hoc anno deponitur de sede Tr[...]ctensi, Ancelmus c. 5. fol. 104. *Episcopatus culmine, cum irreprehensibilis vitæ gratia, in ipso bonis omnibus luceret imitando, adeò pravis quibusdam erat invidiosus, ut ad tantam devoluerentur insaniam, ut Regem suum*

Childericum

Childericum innocentem conarentur occidere, & sanctum hunc virum à sede pontificali expellere. Et cap. 6. fol. 1103 *Hac ille contumeliâ gratanter acceptâ, cum transitorios honores nocituros sibi potius quam profuturos, fugere praeoptaret, Stabulaus monasterium, ubi potissimum religionem fervere constabat, expetiit: quique praesse jam noverat, abbatis se ipsum subegit imperio, ibique per septem annos, sanctam & Angelicam conversationem, in omni virtutum peregit observantia.* V. & anno superiore, è chronico Marchianensi, quo anno id accidisse, tradit etiam Sigebertus. Pipino & Plectrudi nascitur Drogo.

Anno Christi 687. *Theoderici Reg. Neustr. ab electione X. à restitutione VI, ejusdem Regis Aust. III. Ebroini Majo. domûs Neustr. XXIII, à restitutione IV. ejusdem Majoris domûs Austr. V.* Cuno papa obiit 21. Oct. vacavit sed. mens. 2. dies 23. Theodorus, & Paschalis in schismate; utrisque abdicantibus, Sergius creatus 16. Kal. consecratus 8. Kal. Ianuar. sed. ann. 13 mens. 8. dies 23. *Onuphr.* Theodorici diploma est in Arch. S. Dionysij, *Datum*, ut ait, *anno VI. Regni nostri Pontigone in Palatio nostro.* Austrasij Theodoricum, & Ebroinum, ob sævitiam, in ecclesiasticos potissimum, exosi, arma corripiunt, teste his verbis, Fredegario, Chesne fol. 768; *In Austria quoque mortuo Wulfoaldo Duce, Martinus Dux, & Pipinus filius Ansigisili, quondam Franci nobilis, dominabantur. Defunctis Regibus, commissis invicem Principibus, Ebroino, Martino, atque Pipino, adversus Theodoricum Regem, excitantur ad bellum. Commoto exercitu, ad locum, cui vocabulum est Locofico, interim commissi pralium ineunt, ibique magno certamine dimicantes, plurima pars populi ex utrisque partibus corruit. Devicti cum sociis Martinus, atque Pipinus, in fugam lapsi sunt; persecutusque eos Ebroinus, maximam partem de illa regione vastavit. Martinus autem Laudunum Clavatum ingressus, se infra muros ipsius urbis munivit. Persecutusque eum Ebroinus, veniens Ertreco villa, ad Laudunum Clavatum nuncios dirigit, Agilbertum, ac Regulum, Remensis urbis episcopum, ut fide promissâ, in incertum super vacuas capsas sacramenta falsa dederint. Qua in re ille credens eis, à Lauduno Clavato egressus, cum sodalibus, ac sociis, ad Ertrecum veniens cum sociis omnibus interfectus est.* De Pipino sic annales Metenses fol. 262: *Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCLXXXVII. Pipinus filius Ansegiseli, nobilissimi quondam Francorum Principis, post plurima prælia, magnosque triumphos, à Deo sibi concessos, Orientalium Francorum, glorioso genitori feliciter succedens, suscepit Principatum.* Item: *Interempto itaque crudelissimo tyranno, nomine Gundoino, cum satellitibus suis opibusque ipsius suis fidelibus distributis, Pipini virtus, atque victoria longè latéque vulgabatur. Interea Duces ac Optimates Francorum, quos gloriosus genitor ejus nutriverat, magnisque olim honoribus exaltaverat, auditâ nequissimi tyranni perditione, immenso repleti gaudio ad Pipinum properant, seque cum omnibus, quos gubernabant, suæ ditioni mancipant.* Et fol. 263: *Confluebant autem ad Aulam ipsius universi Optimates cunctorum Orientalium Francorum, & fi-*

Fol.686.

Tom. 1. Cap. 97.

ctus est illis contra omnes æmulos defensor, & justissimus in corrigendis moribus dominator. Hoc anno; *Sancto Vlcano* (utor verbis Balderi-
Fol. 41. Lib.1.c.22. ci) *de medio facto, timens Rex impius, ne sanctus præsul repatriaret, elegit quendam virum, nomine Maurontum, Adalbaldi Ducis, atque S. Rictrudis filium, quem Peronam direxit, atque, ut beatum præsulem aliàs secum dignè custodiendum duceret, imperavit. Siquidem præclarus Dei athleta hujusmodi præcepto parère non distulit, sed, ut jussum fuerat, quantocius properans, exulem sanctum honorificè tractando, secum inde adduxit.* E vita S. Amati superiùs citata Sur. fol. 141. *Eum, Mau-*
13. Sept. *routum, B. Amandus Episcopus, Clericorum Abbatem* (Broili) *instituit, & Diaconum ordinavit. Is itaque in fundo suo, qui Broilus dicitur, in sancti Petri honorem monasterium construxit: atque Vlcano Abbate, viam universæ carnis ingresso, Rex Maurontum ad se vocat, jubetque ut sanctum Amatum Episcopum, Peronæ exulantem, sine mora, secum adducat, & in suo monasterio custodiendum servet. Facit Mauronius, ut erat jussus, Peronamque veniens, sanctum virum, cum omni ejus apparatu, secum ducit.* Pergit auctor vitæ: *Cum autem in itinere Cameracum venissent, S. Amatus captivus, & exul, solius prædicandi causâ, in beatissimæ virginis Mariæ ædem ingreditur, cucullam suum à collo deponit, & utramque manicam, atque ad solis radium nescius suspendit; tam præclaro signo Domino ejus sanctitatem demonstrante. Non diu post, venit ad templum etiam Mauronius, vidensque admirabile signum, obstupescit, atque ad sancti Episcopi vestigia collapsus, humiliter petiit veniam, quod talem, ac tantum virum jussus esset custodiendum suscipere. At verò sanctus antistes comiter ei respondet: Non tibi acerbum, aut triste videatur, frater, quod tecum huc ego perveni, qui paratus sum, quocunque jusseris, & in carcerem, & in mortem ire. His dictis, in mutui amoris argumentum, in mutuos ruunt amplexus, & osculo pacis. Quæ verò deinceps illis fuerit animorum communis lætitia, quis dicendo possit consequi? Vbi autem iter confecère, haud procul à Martianis, qui locus est ad Scarpum fluvium si-*
Apud Sur- *tus, aliquantisper in Hamatico cœnobio hæserunt.* Corrigendus Balde-ricus, qui pro *aliquantisper*, scripsit *diutissimè*, loco citato fol. 43. Prosequitur auctor: *Ea enim duo cœnobia, Martianense, & Hamaticum, opportunâ sibi vicinitate, conjuncta, sub uno canone, & amica societate degebant; atque in eorum altero, S. Gertrudis, beati Adalbaldi avia, cum sua pronepte, & virgine Eusebia: in altero, pari studio florebat Ionatbus, S. Amandi discipulus, & Rictrudis, cum filiabus duabus. In utroque autem, grex erat plurimus, præclaris virtutum ornamentis illustris. Ejusmodi ergo cœtibus adjunctus est beatus Confessor Amatus, omnesque pariter, una animi intentio, ad sublimis justitiæ culmina evehebat. Cum autem in beato Antistite Amato totius perfectionis gratia reluceret, visum est tandem bono dispensatori Mauronto, & ejus sanctæ matri Rictrudi, Broilensi monasterio eum præficere, & se, & prædium suum, per illum Domino offerre. Coactus igitur ob illis, & toto monasterio, vir Dei, cum eis bene precatus esset, eò profectus est, totisque viribus illic Domino sanctè, & religiosè inserviens, subditis de se præbuit humilitatis exempla,*

tam

tam verborum doctrinâ, & institutione, quam vita simplicis eximiâ puritate. Habebat verò juxta templum, cellulam, orationis causâ illi extructam, ubi cœlestibus inhians, tanquam in quadam æterna quietis specula, divinorum contemplationi vacabat: & quia diu vita actuosa laboribus insudârat, proximis suis pro viribus ministrans: jam contemplationi sic inhærebat, ut uni vivens Deo, mundo mortuus videretur. Chronicon Marchianense fol. 640. tradit eum susceptum Broili, custodiæ mancipandum, priusquam Martianas venit: *Post mortem ejus*, Vltgni, *præcepto ejusdem Regis, suscipitur à beato Mauronto, ejusdem Regis cognato, custodia mancipandus, in suo, qui Broilus dicitur, Monasterio. Qui ejus vitam sanctam, miraculis plenam, conspiciens; eum absolvens à custodia, in monasterio Marchianensi, sanctæ matri suæ Rictrudi, & sorori Eusebiæ, commendavit; ut ejus ædificarentur exemplo, & vitâ. Post non multùm verò temporis, prece, & præcepto beatæ constrictus Rictrudis, suscepit fratres regendos in Monasterio sancti Mauronti, Broilo. Hic locus, ita eo tempore nuncupabatur; nunc autem, Meurivilla, quasi Mauronti-villa, vocatur. In quo loco, beatus Amatus Confessor, Eidibus Septembris tempore supradicti Theodorici Regis, ad Dominum migravit. Cujus corpus, beatus Maurontus, in eodem loco, in sua possessione sepelivit: & omnia sua, per chartarum instrumentum, contradidit.* V. anno 668. Hoc tem- Fol.200.
pore, ut est in vita S. Beggæ, apud Riquelium cap. 5: *Vidua Deo grata, quia erat à lege virilis thori soluta, secundum præceptum Apostoli Pauli, cœpit esse sollicita eorum, quæ Dei erant, quomodo placeret Deo, & viveret sancta, corpore, & spiritu. Dignum itaque sibi visum est misericordem Dominum sibi facere posse placabilem, si beatum Petrum, Apostolorum Principem, cui concessa est potestas ligandi, atque solvendi, fortem apud ipsum haberet intercessorem. Præcessit voluntas, subsecuta est facultas. Rebus denique suis prudenter dispositis, itinerisque necessariis opulenter oneratis, dominam mundi, Eccesiæ caput Romam, festinat adire.*

Anno Christi 688. *Theodorici Regis Neustriæ, ab electione XI. à restitutione VII. ejusdem Regis Austr. IV. Ebroïni Majoris domûs Neustr. XXIV. à restitutione V. Pipini II Majoris domûs Austr. I.* Annales Chesne
Metenses fol. 263. *Anno ob Incarnatione Domini nostri Iesu Christi* tom. 3.
DCLXXXVIII: Pipinus successibus prosperis Orientalium Francorum, quos illi propriâ linguâ Osterluidos *vocant, suscepit principatum. Hinc Suavos, & Baioarios, & Saxones, crebris irruptionibus, frequentibusque prœliis contritos, suæ ditioni subigavit. Hæ enim gentes olim, & alia plurima, multis sudoribus adquisita, Francorum summo obtemperabant imperio. Sed propter desidiam Regum, & domesticas dissensiones, & bella civilia, quæ, in multas partes divisi Regni, ingruerant, legitimam dominationem deserentes, singuli in proprio solo armis libertatem moliebantur defendere. Quam obstinationem invictus Pipinus Princeps crebris expeditionibus, utilissimisque consiliis, & frequentibus populationibus, Domino cooperante, compescuit, severissimasque Nationes, divinâ comitante virtute, propria dominationi subegit. Eo tempore Theodoricus Rex, Occidentalium Francorum, quos illi* Neuuistrios *dicunt, regebat Imperium,*

habens Majorem domûs, Ebroinum nomine, crudelem scilicet virum, & ad plurima vitia pronum. &c. *Leodegarius eximia sanctitatis Episcopus, quia ipse solus suam vesaniam redarguere conabatur, martyrio coronatur. Ea tempestate plurimi nobilium Francorum ob sævitiam prædicti tyranni Niuiistriam relinquentes, in Austriam ad Pippinum confugiunt: supplices suam clementiam postulantes, ut sese de manibus crudelissimi hostis eriperet. Quos ille pietatis solita affectu commotus misericorditer excipiebat.* Chronicon Floriacense: *Anno* 688. *Pipinus Major domûs efficitur in Francia, annis XXVII.* Vita S. Wulmari Sur. 20. Iul. fol. 255. *Anno Incarnationis Dominica sexcentesimo octogesimo octavo, quando prænominatam Basilicam in honorem S. Mariæ virginis, & beati Petri Apostoli, idem vir Dei extruxerat, venit ad eum Ceadualla, Rex Occidentalium Saxonum, jam in Britannia factus cathechumenus, ut ab eo in fide Iesu Christi magis instrueretur, & confirmaretur. Dixitque ei: Audivi te virum esse sanctum. Duo igitur abs te peto, ut me fluctuantem animo in fide confirmes, & quæ anima mea salus, edoceas: simul etiam ores pro me Dominum Deum, nam mea orationes valdè frigent. Cùm ergo vir Dei audisset Regem, & ei benè precatus esset; ille divinitus permotus, profectus est Romam, atque illic sacrum baptisma suscepit. Idem verò Rex triginta solidos, majoris monetæ, viro Dei reliquit, ad usum prænominatæ ecclesiæ. Qui posteà plenus operibus bonis, Deoque, diu, noctuque serviens, feliciter ex hoc sæculo migravit ad Christum.* Floret & sanctitate, hoc tempore S. Vrsmarus Abbas Lobiensis, ex cujus vita sic du Chesne, fol 688: *Post discessum à Laubaco sancti Landelini, quem recedere ab eo loco, gratiâ illuminandi Crispinium, ubi nunc requiescit, suaserat spiritus Domini, beatus Vrsmarus, cui Laubias, Apostolatus, & exercitii sancti, delegerat Dominus, verbo prædicationis, & virtutum meritis clarus, accersitus à Pipino seniore, sub quo regnaverunt: Theodericus ab eodem Principe, in Textricio villa devictus, necnon, & filii ejusdem Theoderici Clodavæus, & Childebertus, filius quoque Childeberti Dagobertus, idem monasterium suscepit regendum, per Hidulphi interventum, qui erat unus ex principibus Regis majoribus.* &c. Item: *Per quem* (Vrsmarum) *in partibus Galliæ, in Fania scilicet, & Therascia, multi conversi sunt, & constructa, quæ adhuc supersunt, Ecclesiæ, &c.* Hic annus natalis fuit Grimoaldi, filii Pipini, & Plectrudis, natu secundi, quantum colligo ex iis, quæ sequuntur. Moritur S. Rictrudis, teste Buselino l. 2. hist. fol. 85. ex Hucbaldo, & codicibus Marchianensibus. *Agens annum ætatis, quartum, & septuagesimum.* Et mox: *Vt post obitum matris cœnobium Marchianense moderaretur, electa est Closindis.* Obiit quoque circa hoc tempus Waldetrudis, v. ann. 683; ubi ea, quæ de S. Gilleno narrantur, ad hosce annos referri, nullo modo possunt, ut quem defunctum scripsimus anno 645. fol. 145.

Chesne tom. 3. fol. 354.

Tom. 1.

Anno Christi 689. *Theodorici Reg. Neustr. ab electione XII. à restitutione VIII. ejusdem Regis Austr. V. Ebroïni Majoris domûs Neustr. XXV. à restitutione VI. Waratonis Majoris domûs Neustr. I. Pipini II*

Majoris

Majoris domûs Austr. II. S. Begga hoc anno Româ reversa (ut est in eadem vita c. 5. fol. 14) *recensitis omnibus prædiis suis, ac possessionibus, cum cunctis redditibus, iniit consilium bonum, cum Pipino filio suo, qui tunc fortè erat Major domûs, in aula Sigeberti Austri-Francorum Regis, qui à patre Dagoberto dudum gubernandum susceperat regnum, ut de propriis rebus, hæreditario jure ad se pertinentibus, construeret Ecclesiam, atque faceret eam dedicari, in honorem Reginæ cælorum almæ Mariæ, necnon, & congregationem Sanctimonialium puellarum ibidem Deo assiduè faceret deservire.* Confundit author, Pipinum nepotem, cum Pipino avo, qui Major domûs fuit Sigeberti, filii Dagoberti, hic verò Theodorici, & filiorum ejus. Et cap. 6. fol. 17: *Spatio Ecclesiæ signato, in territorio Andanensi, inter Vrsilitam, & Pulla-fontanam (sic inditum erat vocabulum) ex eo quod acciderat, Deo ordinante, jecit fundamentum, & cum muris crescentibus, fæminarum sub religione congregavit cœnobium: atque secundum sacrorum Canonum præcepta, victum illarum ex prædiis, & facultatibus propriis instituens, locum à Deo praelectum claustris regularibus munivit: quatenus inibi orationibus vacarent, in hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus Christo Dei filio continuò deservirent. Deinde alma vidua proficiens, & omni opere bono succrescens, expetivit à Monasterio germanæ suæ Gertrudis, dilectæ virginis, fœminei sexus probatas personas, & claustro, vitæque puellarum præfecit.* Sed & ad imitationem septem ecclesiarum Romæ, septem ecclesias erexit, de quibus ita martyrologium Romanum: *Andennæ ad septem ecclesias B. Beggæ viduæ, sororis S. Gertrudis.* Ecclesiæ illæ sic enumerantur a Riquelio, 1. *S. Mariæ Majoris.* 2. *S. Petri*, 3. *S. Ioannis*, 4. *S. Salvatoris*, 5 *S. Stephani*, 6. *S. Michaelis*, 7. *S. Lamberti.* Ad hæc sic Ryquelius: *Inquirenti mihi, qui factum sit, ut ex septem Ecclesiis una dedicata sit S. Lamberto, cum S. Beggæ posthumus S. Lambertus, non fuit, qui mihi rationem redderet, aut satisfaceret: suspicio autem est, titulum per encænalia mutatum, vel ob allatas eò S. Lamberti reliquias, miraculis clarissimas.*

Cap. 7. fol. 393. Lib. 5.

Moritur Romæ Ceadwalla. Beda: *Anno regni Aldfridi tertio, Ceadwalla Rex Occidentalium Saxonum, cum genti suæ duobus annis strenuissime præesset, relicto imperio propter Dominum, regnumque perpetuum, venit Romam. Hoc sibi gloriæ singularis desiderans adipisci, ut ad limina beatorum Apostolorum, fonte baptismatis ablueretur; in quo solo didicerat generi humano patere vitæ cœlestis introitum. Simul enim sperans, quia mox baptizatus, carne solutus, ad æterna gaudia jam mundus transiret. Quod utrumque, ut mente disposuerat, Domino adjuvante, completum est. Etenim illò perveniens, Pontificatum agente Sergio, baptizatus est die sancto Sabbati Paschalis, (anno ab incarnatione Domini sexcentesimo octuagesimo nono,) & in albis adhuc positus, languore correptus, duodecimo Kalendarum Maiarum, die solutus est à carne, & beatorum est regno sociatus in cælis. Cui etiam tempore baptismatis, Papa memoratus, Petri nomen imposuerat; ut beatissimo Apostolorum principi, ad cujus sacratissimum corpus, à finibus terræ, pio ductus amore, venerat) etiam nominis ipsius consortio*

jungeretur

jungeretur. Vita sancti Leodegarii, Chesne fol 613: *Transacto spatio trium annorum* (à morte S. Leodegarii) *in Ebroino semper lugendo* &c. *Quia gladio multos interemit, percussus gladio, & ipse perit.* Fredegarius, Chesne fol. 768. tom. 1: *Ebroinus quoque magis atque profusius crudeliter Francos opprimebat, donec tandem aliquando Ermenfrido Franco minas parat, resque proprias tollere disponit. Consilio cum suis patrato nocte, collectâ manu sociorum, per noctem super eum consurgens, Ebroinum interfecit. Quo perempto, ad Pipinum Ducem in Austriam, cum muneribus suis pervenit. Quo facto, Franci accepto consilio, Vuaradonem illustrem virum, loco ejus, in honorem Majoris domûs constituerunt. Idcircò præfatus Vuarado obsides à Pipino Duce accipiens, pacem invicem patraverunt.* Sic & Annales Metenses ad annum 688. Chesne tom 3. fol. 263: *Sanè, cùm Deus omnipotens huic monstruosæ potestati finem facere decrevisset, Ebroinus ab Ermenfrido nobili interimitur, prostratoque immanissimo tyranno, ad Pipinum confugium fecit. A quo, causâ perpetrati homicidii agnitâ, solitâ pietate suscipitur, & cæteris profugis jure humanitatis, cum honore sociatur. Defuncto igitur Ebroino, Theodoricus Rex Waratonem, virum strenuum, atque illustrem, Majorem domûs instituit. Erat autem eidem Waratoni filius lubricus, & callidissimus nimis, nomine Gisilmarus, qui potestatis cupiditate captus, patrem ab honore deposuit, & ipse improbus potestatem arripuit. Inter quem & invictum Principem Pipinum dissensiones plurimæ extiterunt, quas digna mors Gisilmari maturè terminavit. Quo mortuo, genitor ipsius pristino honoratus est officio.* Idem habet Fredegarius, capite suprà citato. Sigebertus anno 688. *Ebroinum Majorem domûs Neustriæ Francos insolenter opprimentem, Ermenfridus perimit, & ad Pipinum confugit; Waratho pro Ebroino Major domûs statuitur.* Et anno 689 *Inter Pipinum, & Gislemarum filium Waratonis apud Namucum castrum pugna committitur.* Vnde corrigendus Fredegarius, ubi malè pro *Namucum*, id est, Namurcum, legitur *Manucum*, apud Chesne fol. 76[illegible]. è Fredegario: *Erat id temporis memorato Wuaradoni filius, valde efficax, atque industrius, eruditus in consilio, qui vice patris, curam palatii regebat, nomine Gislemarus, qui ob nimiam calliditatem, ac sagacitatem, patrem ab honore proprio supplantavit. Quem sanctus Audoenus Episcopus sæpiùs, ob hoc increpavit, ut ad pacem, vel patris indulgentiam remearet. Qui audire renuit, & in duritia cordis permansit. Fuerunt igitur inter Pipinum, & præfatum Gislemarum discordia multæ, bella civilia plurima. Nam ad castrum Manucum, contra hostem Pipini Ducis Gislemarus consurgens, fraudulenter falso juramento dato, quamplurimos eorum nobiles viros occidit. Inde verò reversus, ob supplantationem patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetraverat, à Deo percussus, prædictus Gislemarus, ut dignus erat, iniquissimum sudit spiritum. Illoque mortuo, pater ejus Vuarado honorem pristinum Majoris domûs recepit.*

Anno Christi 690. Theoderici Reg. Neust. ab electione XIII. à restitutione IX. ejusdem Regis Aust. VI. Waratonis Majoris domus Neustr. II.

Pipini II

Pipini II. Majoris domûs Austr. III. Chron. Marchian. fol. 636: *Ebroïni rabiem quàmplurimi Francorum declinantes, confugium ad Dominum Pipinum, Austrasiorum Ducem, fecerunt, in urbe Colonid.* Eò & Audoënus profectus, pacis componendæ causâ, post cæsum Martinum, in pago Laudunensi. In vita ejus, Chesne fol. 637. c. 27: *Orta autem discordia inter Francos, & Austrasios, vir beatus componendæ pacis causâ Coloniam venit. Tum verò inter discordes populos instaurato pacis fœdere, indè discedens, in Neustriam, Virdunum pervenit. Indè ad Palatium veniens, quæ de conficienda pace prosperè egisset, cuncta explicavit.* Pacem eam existimo, de qua Aimoinus l. 4. c. 6: *Pacis, accepit Waratho, inter hæc, obsides, à prædicto Pipino, & pacem cum eo iniit.* Et Fredeg: *Waratho obsides à Pipino Duce accipiens, pacem invicem patraverunt.* Hoc anno excedit è vita S. Amatus, ut indicant tabulæ ecclesiæ Senonensis, à Demochare citatæ. v. notas Baron. ad Martyr. Rom. Sur. vita S. Amati 13. Septemb. *Tandem ut jam emeritus miles labore omni absolveretur, à Domino vocatus, in pace quievit. Fecerat autem adhuc vivens, ferream catenam, sanè immanem, eaque corpus suum constrinxerat. Hæc derepente ab ejus ex animi corpore soluta, multis attulit remedia sanitatis: præstante Domino nostro Iesu Christo.* Quæ omnia paucis mutatis, adducit Baldericus, loco citato, ad annum 687, subjungens capite sequenti fol. 43. *Sub hoc ferè tempore, quædam virgo in territorio Cameracensi, nobilissimis orta natalibus, circumventa est, à quodam juvene, non ignobilis generis, sed ignobilis animi, ut ejus conjugio, jure matrimonii copularetur. Quæ, dum nec auro, nec gemmis, nec ullo ornamentorum genere frangi potuisset, quo minus virginitatis propositum laxaret,* &c. *Evaginato gladio percussam interfecit. Ad locum ubi nunc constructa est basilica, in honorem omnium Sanctorum, præcipuè quidem S. Vedasti, necnon & veneratione ipsius sacræ virginis. Sepulta est in basilica beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, sanctique Sulpitii confessoris, quæ constructa est in villa, quæ vocatur Pomeriolas.* De S. Amato ita quoque Molanus, fol. 195. vers. *Ejus corpus, sed & ferri pondus, quod ad collum gestaverat, multis miraculis claruerunt. Quibus auditis Theodoricus Rex, ad sepulchrum veniam, perpetrati in eum facinoris, flagitavit, & multas possessiones, ad alimoniam servorum Dei, eidem contulit. Maurontus verò, ad honorem ejusdem præsulis, sui etiam patrimonii multa prædia, per chartarum instrumenta assignavit. Præterea haud longè, à beati Petri ecclesia, aliam Deipara construxit basilicam. Ad quam divinitus monitus, cum sancto Baino, Morinorum Episcopo, beati Amati reliquias transtulit. Posteà à clero Mervillano, propter Nordmannorum incursiones, Duacum est translatus, in sui juris ecclesia.* S. Maurontus fit Abbas Martinianensis. Ex chronico March. Buselinus l. 1. cap. 41. *Quam administrationem per duodecim annos strenuè complens, in monasterio Martinianensi anno ab Incarnatione Domini septingentesimo primo, anno quarto Hildeberti Regis, filii Theodorici, migravit ad Dominum 4. Nonas Maij.* V. ad annum 701. In hunc annum quadrat hoc Bedæ, post-

Tom. 1.

Cap. 98.

quam ſcripſit de morte Ceadwallæ Regis, ut retulimus anno ſu-
Fol. 398. periore, è libri 5. cap. 8. *Anno autem poſt hunc, quo Ceadwalla Romæ defunctus eſt, proximo, id eſt, ſexcenteſimo nanageſimo, Incarnationis Dominica, Theodorus beata memoria, Archiepiſcopus, ſenex, & plenus dierum, id eſt, annorum octoginta, & octo, defunctus eſt.* Pergit c. 10.
Fol. 400. *Eo tempore venerabilis, & cum omni honorificentia nominandus famulus Chriſti, & ſacerdos Ecgbergt, (quem in Hibernia inſula peregrinam ducere vitam, pro adipiſcenda in cælis patria, retulimus) propoſuit animo pluribus prodeſſe, id eſt, inito opere apoſtolico, verbum Dei aliquibus earum, qua nondum audierant, gentibus, evangelizando committere. Quarum in Germania plurimas noverat eſſe nationes, à quibus Angli, vel Saxones, qui nunc Britanniam incolunt, genus, & originem duxiſſe noſcuntur. Vnde hactenus à vicina gente Britonum corruptè Germani nuncupantur Sunt autem Freſones, Rugini, Dani, Hunni, antiqui Saxones. Boructuarii: Sunt etiam alii perplures, iiſdem in partibus, populi, paganis adhuc ritibus ſervientes, ad quos venire prefatus Chriſti miles, circumnavigatâ Britanniâ, diſpoſuit, ſi quos fortè ex illis ereptos Satana, ad Chriſtum trasferre valeret. Vel ſi hoc fieri non poſſet, Romam venire, ad videnda, atque adoranda, beatorum Apoſtolorum, ac martyrum Chriſti, limina, cogitavit. Sed nè aliquid horum perficeret, ſuperna illi oracula, ſimul, & opera reſtiterunt.* Et poſt pauca, eodem capite: *Vnus de ſociis ejus, vocabulo Victbercht, cùm eſſet & ipſe, contemptu mundi, ac doctrina ſcientiâ inſignis(nam multos annos in Hibernia peregrinus, anachoreticam, in magna perfectione, vitam egerat;) aſcendit navem, & Freſiam perveniens, duobus annis continuis genti illi, ac Regi illius Ratbbedo verbum ſalutis prædicabat. Neque aliquem tanti laboris fructum, apud Barbaros invenit auditores.* Freſiam, ſive Friſiam, hoc tempore appellatam Flandriæ partem maritimam, vulgò Vriam, eamque potiſsimum, quæ ad Orientem vergit, Zelandiam verſus, & Iſendicam, Bierfletum, Quatuor officia, Waſiam, itemque Zelandiam totam, atque Hollandiam, docuimus libro præcedente, ut & nominis ejus rationem, à libertate profectam,
Cap. 24. fol. 487. & 488. ut Fry / & Vry / Fries / & Vries / ſit *liber*. Erat itaque tum Friſia Cis-ſchaldana, ad Scaldiam, uſque Inſulam, vulgò Schouwen / in qua & Walachra, Bevelandia utraque, Botſela, & Wulferdicum. Item Friſia Tranſcaldana, inde ad Moſam, atque Helium, Rheni oſtium, in qua Vorna utraque, & reliqua Zelandia. Tum inter Moſam, & Rheni oſtium Flevum, Friſia tranſmoſana, ubi nunc Hollandia, & Rheni Trajectum, tum appellatum Wiltaburgum. Quæ tres Regiones Friſiæ nomine appellatæ, conſtituebant Friſiam citeriorem, ita dictam, reſpectu Friſiæ ulterioris, ultra Rhenum, ejuſque oſtium Flevum, uſque ad Amaſim, ad quem Embda urbs ſita eſt, & ultra. Quæ regio, tempore Taciti, ob libertatem, ab incolis, qui ſe nunquam Romanis ſubdiderunt, ita appellata fuit, voce vernaculâ, & Theotiſcâ, qua & Galli veteres, & Germani ſunt uſi. Eam Friſiam ulteriorem, cum dudum

ante

ante hæc tempora Saxones mediterranei, Germaniæ populi, in-
vasissent, Saxonia inferior, etiam est appellata. Fueruntque hi Cap. 24. suprà.
Saxones, ut & Angli, sive Angili, populus Saxoniæ superiori,
qui simul Britanniam invasere, eamque Anglo-Saxoniam indigeta- Ad annum
runt, de quo v. libro præced. fol. 633. & pluribus apud Bedam, 446.
lib. 1. cap. 15. anno Christi 449. Frisii Cis-Rhenani, ac nomi-
natim Brabanti, & Flandrenses, sub illa etiam tempora, Franci
appellati, quos revera Francorum omnium primos fuisse scripsi-
mus libro peculiari, cum & robore fortissimi essent, & populo
abundarent, motis in Romanos armis, Tornacum, Atrebatum,
Cameracum, Ambianum, omniaque ad Somonam, primò occu-
parunt, deinde etiam ad Ligerim, & ultrà, Galliam universam.
Quæ cum Francia dici cœpit, Frisiæ nomen in maritimis locis, cis,
& ultra Scaldim assumptum est, quod idem esset Vry / & *FRANCQ*,
ut hodierno die, Het Vrye/ & *LE FRANCQ*. De quibus viden- Cap. 5. 6.
dus liber prodromus secundus. Frisii verò, seu Franci, qui cis 24.
Scaldim Neustrasiorum pars fuere; ultra, Austrasiorum; sub se
habuere Francorum Reges, ad Dagobertum usque, quem Tra-
jecti ad Rhenum suprà scripsimus tempore divi Amandi, ec- Ann. 642. fol. 135.
clesiam S. Thomæ construi jussisse. A quo tempore, qui nunc
Zelandi, atque Hollandi, ut ibidem ex Beca: *Pradura cervicis
Frisones, fidem Catholicam, à suis finibus exterminare cupientes, dilapi-
darunt primæ fundationis ecclesiam*, seque à Francorum Regum re-
ligione primùm, deinde etiam imperio subtraxerunt, peculiari
sibi Rege constituto. Torpescentibus, videlicet, otio Regibus
Francorum, neque rem Christianam, in Frisia, curantibus; cumque
diversissima esset, inter populos, sibi vicinos, religio, odium pri-
mò, ut fieri solet, deinde bellum natum est. Primum Frisiæ Re-
gem Ubbo Emmius, nominat Ritsardum, aut Ritzerdum, ex an-
nalibus antiquis, sic enim ait rerum Frisicarum, l. 3: *Habui anna-* Fol. 49.
*les non pœnitendos parentum nostrorum memoriâ conscriptos, quorum
author vir nobilis, ac notæ virtutis, fideique, etsi in re litterariâ magnum
profectum non fecerat, tamen summâ industriâ, quæ de veteribus Frisio-
rum rebus annotata, apud varios scriptores, consignatave in cœnobiorum
monumentis, invenire potuit, undequaque collegit, & quicquid omninò
id sit, quod assecutus videri possit, certè de industria mentiri noluit.
In iis Ritzerdum Frisiorum Regem, aut principem, nominare invenio, cir-
ca ea tempora, quæ Aldegillum proximè præcessere: huic porrò litem, at-
que ex lite bellum, cum Clotario primùm, deinde & cum Dagoberto,
ejus filio Francorum Regibus fuisse, quorum regnum, circa Rhenum flu-
men, ubi jam Ultrajectum est, Frisia fines attingebat.* Secundum, idem
Emmius, vocat Aldegillum Ritzardi filium, aut propinquum.
Hunc, ait, *intereà dum Franci semet civilibus bellis conficiunt, suapte* Ibid.
*naturâ à turbulentis consiliis alienum, intraque Rhenum flumen se con-
tinentem, longâ pace suos recreasse, ingentum populi asperum, ac belli
studiis efferatum ad cultum, & humanitatem traduxisse, denique hoc*

effectum dedisse, ut patriam, quam afflictam, atque horridam acceperat, florentem, & aedificiis, moribus, legibus cultam, relinqueret. Ad hunc igitur jam annis gravem, (ut aliquando eò, unde diverteret, narratio recurrat) cùm Wilfridus venisset, comiter, honorificè ut hospitem ac cognatâ è gente ortum decebat, exceptus fuit. Quâ occasione usus, cùm alioqui ejus rei desiderio arderet, & Regem erudiit, & in populo gentilium deorum cultore, semina doctrinæ Christianæ, suâ voce, primus sparsit, Rege non invito. Cumque multos animum advertere videret, hyemare illic maluit, ac populo docendo, diligenter incumbere, quàm iter suum statim continuare. Cujus studio ita benedixit Dominus, ut plurimi Frisiorum abdicatis profanis ritibus, baptismo se admoveri paterentur. Tum itineri instituto se reddens, Romam perrexit, ac in Synodo, quam eo tempore Agatho Pontifex coëgit, suo quoque suffragio Monothelitarum errorem damnavit. Rectè Aldegillum Regem vocat *inter Rhenum flumen se continentem*, si utrumque Rheni ostium intelligat: Helium, & Flevum, (de quibus plura libro præcedente) atque intra quos

Cap. 5. fol. 40. & cap. 19. fol. 220.

limites, hodie Hollandia ferme continetur, cum Zelandiæ insulis, quas Rheno quoque attribuit Cæsar; alioquin plerique, cum Frisiæ nomen audiunt, id non nisi applicant hodiernæ, quæ prorsus Vltrarhenana est. Quod de Wilfrido, & Aldegildo producit Emmius, facit autore Beda, cujus hæc sunt:

L. 5. c. 20. fol. 443. Edit. Cantabr. ann. 1644.

Accipiente Wilfrido Episcopatum totius Northambymbrorum provinciæ. Qui deinde regnante Ecgfrido, pulsus est episcopatu, & alii pro illo consecrati antistites, quorum suprà meminimus; Romamque iturus, & coram Apostolico Papa causam dicturus, ubi navem conscendit, flante Favonio, pulsus est Frisiam; & honorificè susceptus à Barbaris, ac Rege illorum Aldgislo, prædicabat eis Christum, & multa eorum millia verbo veritatis instituens, à peccatorum suorum sordibus fonte Salvatoris abluit. Et quod postmodum Wilbrordus reverendissimus Christi pontifex, in magna devotione complevit, ipse primus ibi opus Evangelicum cœpit. Ibi ergò hyemem cùm nova Dei plebe feliciter exigens, sic Romam veniendi, iter repetiit; & ubi causa ejus ventilata est, præsente Agathone papa, & pluribus episcopis, universorum judicio, absque crimine accusatus fuisset, episcopatu esse dignus inventus est. Hæc ferè recitat etiam Molanus 12. Octob. ubi in margine malè positum cap. 5. pro 20. Pergit Vbbo l. 4. fol. 50. *Mortuo non multò post in Frisiâ Aldegillo rege, Radbodus filius, locum ejus tenuit. Is, ut erat suopte ingenio (nam de Normannicâ captivitate, & dimissionis pacto, quod Scarlensis memorat, id in fabulis duco) gentilium sacris impensè deditus, novellum illud germen doctrinæ, quam sparserat Wilfridus, brevi ita suffocavit, nullibi ut ejus aliquid appareret. Nec contentus eo, cùm Ebroini scelere distractam, concussamque Remp. Francicam esse cerneret, idque cupidini suæ oportunum existimaret, collectis repentè copiis, Wiltaburgum, Francici quidem juris oppidum, sed cis Rhenum Frisico in solo situm, subitâ vi invasit, protinusque, cùm munitum satis non esset, cœpit, Francorum præsidium expulit, sacellum Thomæum, quod Dagobertus quondam illic posuerat, opibusque ditaverat, memoriâ inju-*

ria

ria veteris, aut diruit ipse, aut suorum furori diripiendum permisit, religionem Christianam pessundedit, iratus postremum loco, quod inde proximos suorum, in navos ritus sollicitari solere, non nesciret. Addunt alii, longius quoque progressum, cum prædabundo exercitu, quoad Novioma-gum pertingeret, cunctaque obvia, & ipsum illud oppidum sua potestati fecisse, notamque saxo in mœnibus posito impressisse paucis verbis: Eum terminum esse regni sui. In eo solum errat, quod adventitios, toto opere suo, existimet in Hollandia, Frisios, cum fuerint inquilini. De Radbodi hoc tempore, & Frisiorum odio, in Christianos, ita Barlandus in chronica sua Ducum Brabantiæ, de Pipino *Gubernante eo res Brabanticas, Phrysii, qui tum erant fidei hostes, ut suum in Christianum nomen explerent odium, Franciam Orientalem, ferro, & igni, latè vastaverant.* Neque Franciam tantum Orientalem. i. Brabantiam vicinam, vastaverunt; sed & in eam, gentilium ritus, atque idololatriam, paulatim induxêre; atque inde evenit, ut legamus in Taxandria, Campaniâ Brabantinâ, atque Hasbania, paganismum vires irrupisse, amotum paulò post, à S. Lamberto; sic & in Flandris, Aldenburgenses, dicuntur de diversorum idolorum cultibus, revocati à S. Vrsmaro, cumtamen certum sit, prædicatione SS. Amandi, Eligii, atque Trudonis, Flandrenses, quacumque sese extenderunt, regionem Christianam amplexos fuisse. Frisios illos ethnicos, vicini Franci (qui & Frisii) tam Neustriæ, quam Austriæ, Christiani, tum ob ferociam, & frequentes excursus, quibus Francorum ditiones depopulabantur, terrâ, marique; tum ob paganismum, *Wiltos* appellarunt, quod Theotisca lingua Wilt/ Wild/ silvestrem hominē, trucē, ferocem, atque paganum designet. Kilianus in Etymologico Teutonico: Wild/ *silvester, ferus, agrestis, indomitus, &c.* Dicitur Wild/, *quasi dicas*, Willende/ *à* Wille/. i. *voluntas*, quod pro voluntate, & animi desiderio, absque ratione, impetu quodam feratur; neque aliunde Trajectum vetus, Radbodi Regia, Wiltaburgum est appellatum, quam quod arx fuerit, & castellum, infidelium, &, præ reliquis, ferocium Frisiorum. Nemo enim Historicorum, inter Germaniæ populos, sive veteres, sive medii ævi, sive recentiores, meminit Wiltatum, sive Wiltorum, aut Wildorum. Barlandus *indomitam gentem* vocat; eisque *gentilem feritatem* exprobrat Heda, ut videbimus anno sequenti. Liber MS. Claudii Desprez apud Colvenerium in Baldericum fol. 419 *Anno 688. à Theoderico I obtinuit dotationem monasterii S. Vedasti, quòd sanctè administravit usque ad annum 690. quo Hatta religiosus S. Benedicti Gandavensis, abbas S. Amandi, per eum constitutus est primus abbas S. Vedasti.* Chron. Vedastinum, sic de eodem monasterio, apud Locrium, fol. 74: *Hatta Monachismum Gandavi, in monte Blandinio complexus, ad exemplum multò sanctissimorum Patrum, amatorum professionis Monasticæ, vitam componens, secutus imprimis vestigia S. Amandi, primi ejus domûs conditoris, quum multos instituto æquales, commendatione pietatis, atque virtutibus anteires, latè diffusâ*

 famâ,

famâ, Theodorico notus, huc ab eo accersitus, Abbas novello greg[illegible] datus est; quem, inauguratus à B. Vindiciano, ita gessit, ut non immeri[illegible] celebri huic Præsulum Ordini, Dux quidam, atque Antesignanus c[illegible]
Fol 74. *designatus.* Adfert & hoc Locriu[illegible] ex arc[illegible] ec[illegible]leiiæ B. M[illegible]æ Atrebatensis: *Sancto Vindiciano interveniente, præfatus Rex, ad [illegible] Canonicorum Ecclesiæ sanctæ Mariæ Atrebatensis, villas: Basseux Fr[illegible] court, Ayx, juxta Fampoux, & Boyelle, cum omni libertate [illegible]once[illegible].* Circa hunc annum, aut paulo ante, S. Leuuinna marty[illegible]a in Anglia, cujus sacrum corpus asservatur Bergis S. Wi[illegible] de quo sic Miræus in fast. Belg. 22. Iulii: *Levinna, seu Leuvinna, [illegible]irgo Anglicana, sub Euberto Anglorum Rege floruit. martyrium fecit temporibus S. Theodori VII archiepiscopi Cantuariensis, qui ann. 6[illegible]0. obiit. E terra est elevata per Edelinum Antistitem, ac demum Bergas S. Winoci, quod est Flandriæ oppidum, translata, unà cum reliquiis S. Osuualdi Regis, ac martyris, & S. Itisbergæ virginis. De miraculis S. Levinnæ exstat liber Drogonis Morinensis Episcopi.*

Anno Christi 691. Theodorici Regis Neustr. ab electione XIV à restitutione X. Reg. Austr. nullo. Warattonis Majoris domûs Neustr. III. Bertarii Majoris domus Neustr. I. Pipini Majoris domûs Austr. IV. Incidit in febrim, morbum sibi letalem, Audoenus; sic enim habet, è vita ejus à Fridegodo æquali scripta, Chesne t. 1. fol. 638: *Anno X[illegible]I regni Theodorici Regis, & Cratildis Reginæ, res palatii administrante Warattone subregulo, apud villam Clipiacum, ubi tum vir beatus, de pace inter Francorum populos constituta, nuncium attulerat, jam longævæ ætatis senio confectus, in morbum incidit.* Pro anno XVI. scriptum fuisse existimo XIV. Cum hac febre conflictatus fuit Audoënus anno integro, neque enim obiit ante annum sequentem, & Waratonis mors præcessit. Hoc enim anno constat Bertarium, ei in dignitate successisse qui posthabitâ pace per Oudoênum, & Warattooem, cum Pipino, Coloniæ factâ, bellum renovavit. Chesne fol. 769. Fredeg. cap. 99: *Eo tempore beatus Audoênus episcopus plenus virtutibus, migravit ad Dominum. In illo itidem tempore Vuarado præfatus Major domûs obiit. Eratque ei matrona nobilis, & strenua, nomine Ansledis, cujus gener, nomine Bertharius, honorem Majoris domus palatii suscepit. Eratque staturâ parvus, intellectu modicus, levis, atque citatus, Francorum amicitiam, atque consilia sæpè contemnens. Hæc indignantes Franci, Audrannus, Reolus, & alii multi, relinquentes Bertharium, ad Pipinum per obsides conjunguntur, amicitias copulant, super Bertharium vel reliquam partem Francorum concitant.* Sigeb. sed malè ad annum 689. *Gislemaro divinitus punito, Warattone quoque mortuo, Bertharius, gener Warattonis, fit Major domûs sub Rege Theodorico, &c.* Sigeb. 691. *Theodoricus Rex, cum Bertario, Pipino congressus, vincitur, Bertarius à suis perimitur, Theodoricus Rex, à Pipino capitur. Pipinus Neustriam sibi subjugat, & sub Theodorico solus toti regno participando, statum rerum meliorat.* De eo prœlio audiendus Fredega-
Cap. 100. rius antiquissimus auctor, Chesne tom. 1, fol. 769. *Pipinus commoto*

motu exercitu hostiliter ab Austria consurgens, contra Theodoricum Regem, & Bertharium, properat ad bellum. Conjuncti in oppido Vermandensi, in loco, qui dicitur Textricio, bellum mutuò gesserunt. Prævalente Pipino, cum Austrasiis, Theodoricus Rex, cum Berthario fugam iniit. Pipinus victor extitit, persecutusque, eam regionem sibi subjugavit. Sequenti tempore idem Bertharius ab adulatoribus, falsis amicis interfectus est, instigante Anstlede matronâ, socru suâ. Post hæc autem Pipinus, Theodoricum Regem accipiens, cum thesauris, & domum palatii, omnia peragens, in Austriam remeavit. V. plura l. præced. cap. 22. fol. 429. & latè in annalibus Metensibus fol. 265. ubi sic in fine: *Theodoricum fugientem persequitur, & Parisius usque civitatem pervenit. Quam subditione in potestatem redactam, Theodoricum quoque recipiens, ne tyrannidem videretur exercere, nomen illi Regis inæstimabili pietate reservavit. Ipse verò totius Regni gubernacula, thesaurosque regios, & universi exercitus dominationem, propria facultatu jure, disponenda retinuit.* Sequitur ibidem fol. 266. *Anno ab Incarnatione Domini DCXCI. Pipinus singularem Francorum obtinuit principatum. Correctisque omnibus pravitatibus, quæ in illis partibus, per cupiditatem, & iniquitatem principum, per multos annos adoleverant, cunctam illam patriam, in Christi servitio florentem, pacatissimamque reddidit. Ex hoc ergo tempore jam non de principatu Francorum, sed de diversarum gentium adquisitione, quæ quondam Francis subjectæ fuerant, invicto Principi certamen instabat, id est contra Saxones, Frisiones, Alemannos, Baiuuarios, Aquitanios, Wascones, atque Brittones. Harum enim gentium Duces in contumaciam versi, à Francorum se dominio, per desidiam præcedentium principum, iniquè se præsumptione abstraxerant. E quibus quosdam præcellentissimus Princeps Pipinus jam subegerat, quidam adhuc rebelles exstiterant. Dispositis autem prudenter omnibus in Occidentalis Regni gubernaculis, ad Orientalis Imperii sui sedes, cum summa gloria, & exultatione revertitur. Ibique prosperis Christo largiente successibus Deo protectori suo gratias referens, residuum illius anni circuli tempus, lætus explevit.* In Chronico Lobiensi, Gallicè edito ab Egidio Waulde, anno 1628. post hanc victoriam adfertur diploma Pipini, quo Theodoricum Regem, superbum, & à se contritum, nominat, additque annum Dominicæ Incarnationis 691. Ob quas, aliasque rationes, ut confictum, illud omitto, quamquam effigies diplomatis adjungatur, M. S. liber Claudii Desprets, apud Colvener. in Baldericum fol. 419. *S. Vinditianus anno 691. consecravit ecclesiam S. Amandi.* Obiit hoc anno, aut sequenti, Mommelinus, Tornac. & Noviomensis episcopus, ita enim Folcardus in vita ejus: *In quo pontificatu sex & viginti annis strenuè se gerens, jam ultimâ ætate, deposito fragilis carnis corpore, angelicis civibus adjunctus est.* Ad annum videlicet 666. adde 62. conficiunt 692. Mummelini successor Gonduinus fuit, ut vult Colin l. 2. c. 37. hist. Tornac. At Chenu fol. 311: *S. Mummolenus, ann. 664. præfuit 26. annis, die 16. Octob. obiit anno 691. sepultus cum sancto Aicario, in Sacello S. Georgii; extra mu-*

Tom. 3. Chesne.

Vide suprà fol. 197.

ros civitatis. Trithemius lib. 4. cap. 161. 22. Guidonius, seu Gundoe-nus, ann. 691. creatur, vir omnibus modis egregius. Hunc Guidonem, alii Guidonium, alii Gondulphum scribunt, teste Cosin, rectiùs Godwinum Beda, v. anno sequenti. Obit circa hæc tempora S. Begga, non 709, ut est in vita ejus, apud Ryquelinm cap. 7. *Beata Begga fracta jam senio,* &c. *Convocatis utriusque sexus, choris Canonicorum videlicet, & puellarum indicat se resolui. Omnibus lugentibus, & pro anima consolatione psalmos personantibus, Sacramentum corporis, & sanguinis Dominici imploravit sibi donari; & his, qui aderant, valedicens, sexto decimo Calendarum Ianuariarum die, purior auro excessit è mundo. Cujus corpus honorificè aromatibus condientes, & exequiis debitis creatori Deo commendantes, in eodem, quod ædificavit, monasterio, in pace sepelierunt. Vertebatur eo tempore annus felicissima Incarnationis Domini nostri Iesu Christi septingentesimus nonus, Clodoveo Rege, Dagoberti filio, in Francia Occidentali, & Sigiberto in Orientali, regnantibus.* Hic author eundem cómittit errorem, qui supra notatus fol. 231. ut & in anno errat vehementer. Calculo Miræi in fast. Belg. obiit & Stabuleti S. Remaclus, anteà episcopus Trajectensis; in abbatiæ dignitate succedit Papolenus, seu Babolenus. V. gesta Episc. Leodiens. tom. 1. fol. 97.

Fol. 18. vide notas fol. 43.

Anno 692. Theodorici Reg. Neust. ab electione XV. à restitutione XI. Reg. Austr. nullo. Nordeberti Majoris domûs Neustr. I. Pipini Majoris domûs Austr. V. Chron. Marchian. fol. 643: *Pipinus major filius Ansegisi Ducis, victo in bello Theodorico principatum gerit in utraque Francia annis XXVIII.* Subditur ibid: *Theodoricus Rex, pœnitentia ductus pro morte injusta beati Leodegarii, monasterium S. Vedasti construxit.* Non planè de novo, sed ditavit, ampliavit, &c. Adfert Beauchamps eam in rem diploma Vindiciani episcopi, quod ut magna parte vitiatum omitto; videatur ejus historiæ Franco-Merovingicæ synopsis, fol. 645. 646. exstat etiam apud Miræum, in diplomatibus Belgicis, c. 5. malè dubitantem, an hoc tempore episcopi omnes vixerint, qui in eo memorantur, cum certum sit, non vixisse; Ibidem aliud est ipsius Theodorici, in eandem rem; at suspectum etiam, & imperfectum. Locrius hoc adfert è chronico Vedastino: Monasterium hoc, *divus Vindicianus, divo suffectus Autberto, anno circiter 690. voti, ut dignitatis, heres, & æmulus, erexit. Posteà magno cum fœnore, dum lucis erepta, illataque necis D. Leodegario conscium Theodoricum, sententiâ præsulem Gallicanorum damnatum, commissumque sibi, pœnitentiâ mulctandum, adduxit ad perficiendum, ornandum, locupletandum, ad justamque amplitudinem evehendum hoc monasterium: quod fœlicibus auspicibus D. Autberti cœptum, præcipitata ejus mors, ne planè efficeretur, obstiterat. Assensus Vindiciano Theodoricus, peramplum monasterium ornavit ædibus, auxit divitiis, evexit privilegiis, abdicato à sese omni in id Regio jure.* Miræus in orig. Cœnob. Bened. c. 19. & in chronico ad annum 690: *Theodoricus Rex monasterium S. Ioannis in monte propè Taruanam, in expiationem cadis*

S. Leode-

S. Leodegarii episc. Augustodunensis, fundavit. Destructâ ann. 1553. Taruand, monachi primò Balliolum, inde Ipras migrarunt, ubi hodieque sedem habent. Nordeberti Majoris domûs Neustriæ meminit libellus pervetustus de Majoribus domûs, ex editione Pithæi, Chesne: *Iterum Pipinus cum Theoderico, & Berthario bellum iniit, vicit, cæpit, atque thesauris acceptis Nordebertum quemdam de suis Majorem domûs constituit: ipse autem in Austrasiam remeavit.* Quo magistratu functus videtur usque ad an. 695. quo eum titulum Pipinus dedit filio suo, Drogoni, & deinde Grimoaldo; Sequitur: *Grimoaldus Pipini filius Major domûs effectus est.* Quamvis verò hic, & Drogo, & Grimoaldus titulum gesserint Majoris domûs in Neustriâ, Pipinus tamen Neustriam etiam omnem gubernavit, velut Princeps, & plusquam Major domûs, unde fragmentum Erchanberti, Chesne tom. 1. fol. 780: *Major domûs Berthariua. Quo occiso, Pipinus junior filius Ansegisili veniens de Austrasius, successit in Principatum Majorum domûs.* Videlicet, tam Neustriæ, quam Austriæ. Pergit ibidem Ercanbertus: *Ex hinc, Reges, nomen, non honorem habere cæperunt. Quibus tamen, ubi constitutum fuerat, victus fuerat exuberans, custodiaque jugis erga illos habebatur, ne aliquid jure potestatis agere possent. Illis namque temporibus, ac deinceps Gotfredus Dux Alamannorum, ceterique circumquaque Duces noluerunt obtemperare Ducibus Francorum, eo quòd non potuerunt Regibus Meroveis servire, sicut antea soliti fuerant. Ideò se unusquisque secum tenuit, donec tandem aliquando post mortem Gotefridi Ducis, Carlus, ceterique Principes Francorum, paulatim ad se revocare illos arte, qua poterant, studuere.* Certè hoc tempore Pipinum etiam officio Majoris domûs in Neustria functum fuisse, docet nos Ansgradus, in vita S. Ansberti, Chesne fol. 682: *Defuncto S. Genesio, Præsule ejusdem urbis, cujus Deo dignam vitam laudabilia commendant gesta, illicò pius Rex Theodoricus, & inclytus Princeps Pipinus, Ansegisi filius, consobrinus, videlicet, beati patris Wandregisili, cum Proceribus palatii salubre agentes consilium, divinâ utique providente jussione, in præfata urbe, cum unanimi ejusdem regionis populi voto, ejusdem urbis, eum constituerunt Antistitem. In prædicto verò cœnobio Fontanella, post recessum sancti pontificis Lamberti, divino nutu juvante, unanimes ejusdem congregationis Monachi, beatum Ansbertum, sibi elegerunt præesse rectorem.* Pergit Ansgradus ibidem: *Sequenti tempore contigit, ut beatus Audoënus, Rothomagensis urbis Pontifex, plenus virtutibus, & sanctis actibus, à Domino vocatus, migraret è mundo feliciter. In cujus exequiis, beatus pater Ansbertus, unà cum aliquibus monachorum suorum, clericorumque, ac sacerdotum, Christi cohorte plurimâ affuit. Qui vigilias ejus sacra depositionis solemniter celebrantes, dignis exequiarum honorarunt debitâ servitute obsequiis. Post cujus sacrum transitum, ne ecclesia de pastore amisso, jacturam pateretur, cuncti Rothomagensis urbis cives, missa petitione ad Theodoricum, gloriosum Regem, cum ejus permissu, & auctoritate, beatum Ansbertum sibi elegerunt consecrari Antistitem. Quorum electioni congaudens Rex, quoniam in eodem sancto*

Tom. 2. fol. 2.

 patre

patre sapientiam affatim redundare, & religionem pollere cognoverat; ilicò earum annuens petitionis electioni, ex templo Legatos dirigit, qui eundem Christi famulum, regias perducerent ad ædes. Nec mora, Legati ad beatum patrem Ansbertum pervenientes, mandata Regis pandunt, ad aulam Regiam ire compellunt. Morabatur enim præfatus Rex in villa Clipiaco, quæ sita est in Parisiaco territorio, ubi conventum magnum populorum habens, de utilitate, ac tutela regni tractabat: ut ad ejus consultum, veluti agere consueverat (nam Confessor illius erat) de regni negociis tractaret. Id ipsum Oudoënum, ante mortem, Theodoricum rogasse, scribit Fridegodus, Chesne fol. 638. in vita S. Oudoëni:

L.1.cap.4. *Cumque febribus corpus attenuaretur, & obitum suum jam imminere cerneret, hortabatur Regem, ut abbatem Ansbertum sibi faceret successorem, quod & factum est. Postremò fusis ad Dominum precibus, sibi gregem creditum, devotè commendavit, atque ita spiritum reddidit in manus Creatoris. Rexit autem Rothomagensem Ecclesiam annos XLIII. menses III. dies X. Nonogenarius migravit ad Dominum IX. Calendas Septembris, die Dominico, anno ab Incarnatione Christi DCLXXVII.* Quadrat annus regiminis ejus; anno enim 649. adiit episcopatum, ut ex ipso Oudoëno, ibi est ostensum. At pro anno Christi DCLXXVII. scribendum DCLXXXII. sic & in privilegio Fontanellensi, Chesne fol. 683: *Cum sanctorum Sacerdotum, & omnium civium Rothomagensium electione, & gloriosi Regis Theoderici consensu, in Pontificem consecratus fuisset, nimio dilectionis fervore, quem erga Fontanellense cœnobium, semper habuerat, privilegii sui auctoritatem eidem edidit, ut per succedentia tempora, secundum sancti patris Benedicti regulam, &, ut præcedentium Regum, Clodovæi, videlicet, & Clotarii, simulque Childerici, & Theoderici privilegiorum auctoritates docent, ex semetipsis sibi perrennibus temporibus Abbatem eligerent. Facta est autem hæc privilegii auctoritas, sub anno Dominicæ Incarnationis DCLXXXII. Indictione X. qui erat annus præfati gloriosi Regis Theoderici XVI, & præfati venerandi præsulis pontificatus annus V. in Synodo generali Rothomago urbe habita, ubi plurima Deo accepta, & sanctæ ecclesiæ utilitatibus profutura disputata sunt. Affuerunt quoque, & sancti Pontifices, aliique venerabiles viri, ab ipso præcipuo Præsule evocati, quorum subter tenentur nomina asscripta. Ansbertus Archiepiscopus urbis Rothomagensis, huic Consilio præsul, & subscripsi. Radbertus episcopus. Regulus episcopus,* &c. *Audomarus Abba.* &c. Pro DCLXXXII. scribendum etiam DCLXXXXII. nam veteres nonagesimum numerum ferè litera L, & quatuor decussibus notabant, non ut nunc XC. Annus regni Theoderici, quadrare etiam potest, si anni initium capias, at pro V. anno pontificatûs, repone I; patet enim superiùs, statim, atque episcopus consecratus fuit, eum id privilegii tradidisse. Atque haud multò post adeptum episcopatum, missus est à Pipino in exilium S. Ansbertus, sic enim sequitur ibidem paulò post, Chesne fol.

Tom.1. 683: *Humani generis hostis, æmulus semper bonorum, cujus invidiâ mors propinata est homini, callidissimâ egit arte, ut vir splendidus mundo, splen-*

do, splendidior in Christo, propriâ privaretur pontificali sede, essetque detrimentum plebis, ablatio tanti Pastoris. Nam cùm inter Principes Francorum sæva esset exorta discordia, ob multiformem Regni divisionem, callidus humani generis hostis, malignorum, contra Dei famulum, sævire fecit invidiam, qui Pipino Principi fraudulenter suggererent, præfatum virum sanctum adversus eum contraria tractasse consilia. Decedente enim de ordine Principatus Warratone illustri, & ejus filio, ac supplantatore nefando Gislemaro, Pipinus Præfecturiam administrationem Domino largiente adeptus est. Quo tempore incusatus, apud ipsum Principem præfatus Pontifex sanctus, jussu ejusdem exilio deportatur in Altummontem monasterium, quod est situm in territorio Hannoniensi, super Sambra fluvio; cui tempore illo præerat venerabilis Halidulphus Abba. Annales Metenses: *Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCXCII. Pipinus exercitum universalem Francorum adunare præcepit. Tractatisque de utilitate Imperii consiliis, occurrit Radbodi Frisionum Ducis obviare superbiæ, qui tanta stultitiæ involutus caligine fuit, ut contra Pipinum, invictum Principem, aciem parare præsumeret; in qua victus, atque fugatus, maximam partem exercitûs sui perdidit. Seraque tandem pœnitentiâ ductus, Legatos ad Pipinum dirigens, pacem postulat, seque, cum his, quos regebat, suæ ditioni subdidit, obsidibus quoque datis, Pipini tributarius efficitur.* Beda Radbodo contemporaneus eum Regem rectiùs appellat, Trajectumque, sive Wiltaburgum, sedem ejus Regiam, quam & invasisse Pipinum, eumq; totâ Frisiâ citeriore expulsum, è verbis Bedæ colligitur mox adferendis. Idem asserit Barlandus loco citato, fol. 2: *Pipinus orthodoxæ fidei propugnator acerrimus, ex suis delectu habito, aliquot armatorum milia contrahit. Nec longior inde mora, cum his copiis in Hollandiam transgressus Vultemburgum, nunc urbs Trajectum dicitur, obsedit, multumque, & diu ab his, qui intus erant, strenuè defensum, tandem cœpit. In urbe jam capta, vis ingens Barbarorum cæsa est. Hic primum subacti sunt Phrysii, qui nunquam antea didicerant externo parere principi. Eorum, quos armis deviceret Pipinus, animas quoque lucrari, & salvari cupiens, Guilibrordum, quem habebant ea tempora, virum sanctissimum huc misit, qui clarissimâ Evangelici splendoris luce, cæcatos infidelitate populos, illustraret, & gentem aliquot indomitam, ad veri, & unius Dei cultum accenderet.* Corrige chron. Marchian. ubi sic legitur fol. 648 *Pipinus Dux, Lambertum Ducem Frisonum, bello vincit, & Willebrordum, genti illi, ad prædicandum dirigit.* Pro *Lamb[illegible]um*, lege *Radbodum*. De Wichberto, qui duobus annis absque fructu, Radbodo, Frisiisque prædicaverat, sic Beda, fol. 5. cap. 10: *Reversus ad dilectæ locum peregrinationis, solito in silentio Domino vacare cœpit. Et quoniam externis prodesse ad fidem non poterat, suis ampliùs, ex virtutum exemplis prodesse curabat.* Pergit idem capite sequenti, fol. 405: *Vt autem vidit vir Domini Ecgberht, quia nec ipse ad prædicandum gentibus venire permittebatur, retentus ob aliam sanctæ Ecclesiæ utilitatem, de qua oraculo fuerat præmonitus: nec Victberht illas deveniens in partes, quicquam proficiebat;* tentavit

Chesn. t. 3. fol. 266.

Fol. 403.

Cap. 11.

tentavit adhuc in opus verbi, mittere viros sanctos, & industrios, in quibus eximius Willebrordus presbyteris gradu, & merito præfulgebat. Qui cùm illò advenissent, (erant autem numero duodecim) divertentes ad Pipinum ducem Francorum, gratanter ab illo suscepti sunt. Et quia nuper citeriorem Fresiam, expulso indè Rathbodo Rege, cœperat, illo eos ad prædicandum misit. Ipse quoque imperiali authoritate juvans, ne qui prædicantibus quicquam molestiæ inferret, multisque eos, qui fidem suscipere vellent, beneficiis attollens. Vnde factum est, opitulante gratiâ divinâ, ut multos in brevi, ab idololatriâ, ad fidem converterent Christi. Nota hic *citeriorem Frisiam*, respectu *ulterioris*, de quibus suprà. Porrò ex Britannia in hasce partes advenisse potissimum Apostolos, ob consonantiam linguæ, rectè adverterunt Beca, & Wilhelm. Heda, in catalogo Episcoporum Vltra-jectensium, quorum hic: *Quoniam hi*

Fol.9. *sancti Doctores propagati fuerunt in Angliâ, de stirpe Saxonicâ, ideo convenienter prædicare potuerunt Evangelium in linguâ Germanica.* Ille verò etiam in principio fol. 25: *Post verbum Evangelicum jam dudum in inferiore Germaniâ seminatum, & posteà barbaricâ incursione, gentilique feritate extirpatum, Episcopio Trajectensi, de quo superiùs mentionem fecimus, funditus deleto, advenêre ex Britanniâ viri, literis, moribus, & religionis sanctitate conspicui, quorum majores, ex nobilibus Anglis originem duxêre, què eos consonantia Germanicæ linguæ, ad facilè eos intelligendum promptiùs animabat. Angli etenim, & Saxones, & Mercii, qui paulò ante Britanniam occupaverant, egressi fuerant ex Ger-*

Cap. 21. fol. 325. *maniâ inferiore* V. & lib. 2. prodr. à nobis annotata. Pergit Heda enumerare undecim S. Willebrordi consodales, hoc modo: *Horum Dux, & rector præcipuus Willebrordus, (posteà Clemens) undecim fortissimorum Christi militum, ad numerum Apostolorum, stipatus catervâ, ex quibus Suitbertus proximo jungitur loco. Item Acca, Wigbertus, Willibaldus, & Winibaldus fratres, Lebuinus, Ewaldi duo, Werenfridus, Marcellinus, Adelbertus, directi ab Egberto.* Ex Marcellino, cujus editione, Surius eruditissimum Baronium, rerum exterarum non satis gnarum, in multos errores induxit. Verum est, fuisse Marcellinum S. Willebrordi, & Suitberti consodalem, qui vitam Suitberti descripsit, unde S. Lutgerus, primus Episcopus Monasteriensis, ad Rixfridum VIII episcopum Vltra-jectinum, ita scribit, teste

Fast. Belg. 1. Mar. Miræo: *Expavesco, & tremisco aliquid addere ad complementum illius libri, editi, & conscripti, à tam excellenti gentilium prædicatore, egregio presbytero S. Marcellino.* Et Rixfridus in epistola ad Lutgerum, ibidem: *Habemus, & reverenter habemus libellum continentem gesta, & legendam S. Suitberti Episcopi, & Coëpiscopi S. Willebrordi, editam mandato, & auctoritate sancti patris Gregorii, Episcopi Trajectensis ecclesiæ, à S. Marcellino presbytero, consodali, & confratre SS. Willebrordi, & Suitberti.* Verùm illum, qui hactenus nobis est obtrusus, veterem illum Marcellinum non fuisse, at centenis aliquot pòst annis demum scripsisse, facilè colligere est, tum ex eo, quod recentiora vocabula scriptis suis inspergat, ut sunt: *Flandria, Hollandia, Zelandia,*

landia, Lotharingia, Comitatus Teysterbandia, Anglia, &c. Tum quod erroribus scateat, ut cum Ewaldos duos, facit Willebrordi consodales, quos Beda apertè scribit, Willebrordi, & consodalium exempla secutos, paulò post in Frisiam advenisse, v. anno 693. Sic Willibaldum, & Winibaldum etiam ponit inter socios Willebrordi, cum fuerint Bonifacii, & anno demum 728. venerint in Germaniam. Seriùs eodem venit Lebuinus Daventriensium patronus, Marcellino quoque socius Willebrordi, de quo ad annum 750, pro quo Heda malè posuit. *Livinus Episcopus*, ut ait, *apud Gandavum sacro martyrio coronatus.* Quem nos cæsum scripsimus anno 633. Ob hos, aliosque gravissimos Marcellini istius errores, rectè vir eruditissimus Boscardus, eum pseudo-Marcellinum appellat, edito in eum libro peculiari, Mechliniæ impresso, anno 1650 typis Roberti Iaye. Alcuinus in vita S. Willebrordi, apud Sur. tradit eos, è Britannia navi vectos, in medium Rheni ostium; sic enim scribit apud Sur. fol. 176: *Assumptis secum duodecim fratribus, eo fidei fervore armatis, quo, & ipse, navim conscendit: quorum aliqui postea, ob prædicationis Evangelicæ instantiam, martyrio coronati sunt: aliqui verò Episcopatûs ordinem accipientes, post sancta prædicationis labores, in pace quieverunt.* Et mox: *Igitur vir Dei, cum sociis, sicut prædiximus, navigavit, donec prospero cursu ad ostia Rheni fluminis, vela deposuit, ibique optatâ telluris statione refocillati sunt, & mox ad castellum Trajectum, quod in ipsa fluminis ripa situm est, pervenerunt, in quo etiam, post aliquod tempus, Deo donante, & verbo fidei crescente, idem sanctus Willebrordus, sedem Episcopatûs sui habuit. Sed quia eadem gens Frisonum, in qua idem ædificatum est castellum, cum Rege suo Radbodo, paganis adhuc ritibus sordebat, visum est viro Dei, Franciam contendere, ac Ducem illorum adire Pipinum, virum strenuum, triumphis clarum, & moribus probum.* In eo quoque error, quod ingressus Frisiam Willebrordus, Radbodum repererit in castello Trajecto, cum Beda contemporaneus author suprà scripserit, quando in Frisiam advenere, Radbodum inde à Pipino expulsum fuisse. Planè credendum, statim, atque Egbertus intellexit victoriam Pipini, de Radbodo, statim Willebrordum, cum sociis in Frisiam misisse, quod Radbodus anteà Wicberto, Frisiis Christum annuntianti, per duos annos obstitisset. Beda, à quo nullatenus recedendum, ita pergit de Willebrordo: *Primis sanè temporibus adventûs eorum in Frisiam, mox ut comperit Willebrordus datam sibi à Principe licentiam, ibidem prædicandi, acceleravit venire Romam (cujus sedi Apostolicæ tunc Sergius Papa præerat,) ut cum ejus licentia, & benedictione, desideratum evangelizandi gentibus opus iniret: simul, & reliquias beatorum Apostolorum, ac Martyrum Christi, ab eo se sperans accipere.* Vide reliqua latinè, & Saxonicè, in additionibus ad Flandriam Ethnicam, ubi notatur hac tempestate, jussu pontificum, idola solum destructa, non ipsa fana, sive templa, in quæ introductus cultus reliquiarum. Absente Willebrordo, ita prosequitur Beda, de ejus consodalibus,

Fol. 118.

7. Nôvēb.

L. 5. c. 11.

Fol. 69.

 sodalibus,

Fol. 409. ſodalibus: *Fratres qui erant in Friſia, verbi miniſterio mancipati, ele-
gerunt ex ſuo numero, virum modeſtum moribus, & manſuetum corde
Suitbertum, qui eis ordinaretur antiſtes. Quem Britanniam deſtinatum,
ad petitionem eorum ordinavit Reverendiſſimus Wilfridus Epiſcopus:
(qui tunc fortè patriâ pulſus, in Merciorum regionibus exulabat.) Non
enim eo tempore habebat Epiſcopatum Cantia. Defuncto quidem Theado-
doro, ſed necdum Berchtvaldo ſucceſſore ejus, qui trans mare ordinan-
dus ierat, ad ſedem Epiſcopatûs ſui reverſo.* Theodorum ſuprà ſcri-
pſimus obiiſſe anno 690. ex Beda l. 5. cap. 8. De Berchwaldo
idem cap. 9. *Succeſſit autem Theodoro in epiſcopatum Berchwalt*, &c.
*Qui electus eſt quidem in epiſcopatum anno Incarn. Domini 692. die
primo menſis Iulii, ordinatus autem anno ſequente, à Godwino, Me-
trapolitano Epiſcopo Galliarum.* Godwinum Epiſcopum impropriè
Metropolitanum vocat, quod & Noviomenſem, & Tornaçenſem
poſſederit epiſcopatum, neque alius hîc poteſt intelligi, cum eo no-
mine totâ Galliâ nemo tum fuerit Metropolitanus. Sic & inter
Metropolitanos cenſitus fuit Epiſcopus Cameracenſis, quod unà
functus fuerit & Atrebatenſi, ut videre eſt in Gallia Chriſtia-
na. Eodem anno, aut primo vere ſequentis anni, S. Willebror-
L.5.c.12. dus Româ, *voti ſui compos effectus, ad prædicandum redit.* Ita Beda.
Acceptis videlicet à Sergio papa *Sanctorum reliquiis*, quas in gen-
tilium fana, *introduceret, destructis idolis*, ut loquitur idem author.
Ad quem verò Friſiæ locum appulerit, atque ubi exſcenderit,
Willebrordus, Friſiorum Apoſtolus jam nominatus à Sergio pa-
pa, ita ſcribit Theofridus abbas Epternacenſis, in vita S. Wille-
brordi, cujus ſumma tantum capita edidit Bochelius in notis ſuis,
ad Hedam, fol. 22. cap. 5. *Quod anno ætatis ſuæ XXXIII. in por-
tum Gravelinga villæ maritimæ, inde venit Trajectum arcem, & ſolium
regni Friſiæ.* Alcuinus dum prima vice in Friſiam venit, eum tra-
dit egiſſe annum ætatis XXXIII. qui error inde natus, quod ſe-
mel tantum putarit, eum à Pipino Romam miſſum, cum diſer-
tè tradat Beda, id bis contigiſſe, & ſemel à Britannia, ac bis, Ro-
mà, in Friſiam appuliſſe. Annum ætatis Willebrordianæ omninò
convenire cum hoc anno Chriſti, docet nos Beca, qui vitas Epiſco-
porum Trajectenſium, primus in lucem dedit; Is ſtatim in ope-
ris ſui principio: *Inferioris Friſiæ Saxonibus, divino comitante præſa-
gio, progenitus eſt quidam ingenuus puer, nomine Willebrordus, qui per
patrem ſuum Wilgiſum traditus eſt Harpenſis Eccleſiæ religioſis fratribus
imbuendus, ubi & idem juvenis clericali charactere tonſuratus eſt, &
uſque vigeſimum annum ſub veteri diſciplina ſuperexcellenter inſtructus
eſt.* Pro Harpenſis, lege Ripenſis, ex Alcuino, unde hæc hauſit
Beca; ut & notatum ante fol. 201. in fini anni 669. Errat ta-
men Alcuinus quod ablactatum infantulum credat in monaſte-
rium deportatum; decem minimùm annorum fuit, cum mona-
chis Ripenſibus traditus eſt inſtituendus, natus itaque 659. man-
ſitque apud eos ad annum 679. atque ita vigeſimum ætatis an-
num

tum explevit; tum ut pergit Beca: *Gloriosus adolescens de virtute, in virtutem gradatim ascendens, & contemplativæ vitæ dulcorem ardenter exquirens, beatum Egbertum Nortunhumbrarum Episcopum, tanquam summæ devotionis magistrum, subsecutus est in Hyberniam, ut ibidem absque temporali sollicitudine vitam exerceret heremiticam: à quo quidem Egberto, præfatus Willebrordus sacros ordines suscepisse creditur, & sub ejus magisterio frequenter, usque 30. ætatis annum extitisse legitur.* Itaque anno 689. fuit triginta annorum. Pergit Beca: *Demum beatus Egbertus, ut Ecclesiastica narrat Historia, condiscipulum suum Wigbertum destinavit in Germaniam, ut ibidem infideli populo veritatem prædicaret Evangelicam. Sed idem Wigbertus obstante diabolica fraudis astutiâ, cum barbarici moris rigido populo plerumque disputans, parum profecit, & infecto negotio, versus Angliam transfretavit. Anno Domini DCXC beatus Egbertus non desistens à bona voluntatis inchoato proposito, quin virum Apostolica gratia præfatum Willebrordum presbyterum, cum XI. sodalibus iteratò delegaret in Germaniam, ad prædicandum populo infideli fidem Catholicam.* Pro DCXC ponendū esse DCXCII ostensum paulò ante; scribit enim Beda, Wigbertum duobus annis in Frisia, quamvis parvo cum fructu, prædicasse, ac tum denique missum ab Egberto Willebrordum, cum ageret annum ætatis 32. *Qui mox acceleravit venire Romam*, ut ait Beda, unde rediit anno 33. ætatis. In Graveninga portu, viciniisque locis, per terram Francam, sive Vriam, Flandricæ Frisiæ parte, S. Willebrordum aliquamdiu commoratum fuisse, ex eo datur colligere, quod districtus Grevelinganus, ab eo tempore, cœperit appellari pagus S. Willebrordi, ut suprà patuit è diplomate Theodorici Elsatii Comitis Flandrorum: neque dubium ulli esse debet, quin in cœnobio Sithievensi, cui tum præerat adhuc S. Bertinus, humanissimè subinde exceptus sit. Deinde etiam secus Burgum Brugense Canonicos Eeckholtanos invisit, præsertim, cum & ipse in animo haberet Canonicos Trajecti instituere, authore Hedâ. *Qui Regulam S. Augustini profitebantur, &c*, quales frequentes erant, *per universas Germaniarum, vel Galliarum Ecclesias*. Vnde peculiariter S. Willebrordum monasterii sui Eeckholtani colunt, præcipuum, post S. Trudonem, patronum, ut patet è diplomate Elsatii l. 2. Flandricæ ethnicæ allato, cap. 26. qui Theodoricus alio diplomate Gravelingam, parochiam appellat S. Willebrordi; sed & in burgum Brugense advenisse D. Willebrordum, atque in ecclesia D. Virgini sacra, populo Brugensi concionatum fuisse, missæ sacrificium Deo obtulisse, eamque exornasse, minimè dubium esse potest, cum eam ecclesiam ipse, ejusque successor, Bonifacius, reliquique Episcopi Trajectini sustinuerint esse suæ diœceseos, ut Friæ, seu Frisiæ Flandricæ, accensitam. Vnde per ducentos, & amplius annos, Romæ, eam ob rem contentiones fuere, & lites, inter Archiepiscopos, Rhemensem, & Vltrajectinum, ut constat è diplomate Gregorii Papæ, dato libro præced. fol. 520. Vniversâ Friâ peragratâ

Fol. 516. (margin, beside "ctus Grevelinganus")
Fol. 559. (margin, beside "Vnde peculiariter")
Ibid. c 24. fol. 516. (margin, beside "cæ ethnicæ … velingam")

peragratâ, Isendicam quoque venit, & Bierfletum, ac Wasiam, & quatuor Officia, quæ paganismo quoque infecerat excursibus suis Radbodus. Hinc Autuerpiam profectum fuisse, omnino credendum, ecclesiamq; visitasse in burgo, olim conditam à S. Amando, ut suprà diximus, anno 642. Quam ecclesiam posteà obtinuit à Rohingo, anno 725. unde exstat diploma. Antuerpiâ Heristallum ad Pipinum, Willebrordus divertit, cum literis pontificiis, à quo dirigitur in Frisiam citeriorem, & Wiltaburgum, ut regni Frisici sedem, quam anno Pipinus 696. tradidit Willebrordo, ut ex Beda suo loco dicendum. De reditu Suitberti, quem anno præcedente scripsimus, à Willebrordi consodalibus, in episcopum electum, ita Beda cap. 12. l. 5: *Suitbertus accepto Episcopatu, de Britannia regressus, non multò pòst ad gentem Boructuariorum secessit, ac multos eorum, prædicando, ad viam veritatis perduxit. Sed expugnatis non longo post tempore Boructuariis, à gente antiquorum Saxonum, dispersi sunt quolibet hi qui verbum receperant: Ipseque antistes, cum quibusdam Pipinum petiit; qui interpellante Bliehthrythe conjuge suâ, dedit ei locum mansionis, in insula quadam Rheni, quæ linguâ eorum vocatur In litore. In qua ipse constructo monasterio, (quod hactenus hæredes ejus possident,) aliquamdiu continentissimam gessit vitam, ibique diem clausit ultimum.* Boructarios existimo Bedæ dictos, qui olim

Fol. 237. Bructeri. V. tabulam nostram Geographicam libro præcedente. Quamvis verò Suitbertus titulum Archiepiscopi accepit, non tamen dictus Archiepiscopus Trajectensis, aut Frisiorum, qui titulus Willebrordo soli adhæsit, postquam Romæ, anno 696. con-

1. Mart. fol. 42. secratus fuit. Meminit ejus hoc modo Molanus: *Quanquam Suitbertus, Willebrordum tempore præcedat, hic tamen illum dignitate anteit, & primus Archiepiscopus Trajectensis appellatur, eo quod à Sergio Frisonum Archiepiscopus specialiter sit consecratus, & ad eundem populum missus. Sanctus Suitbertus verò non appellatur Trajectensis episcopus: sed coëpiscopus sancti Willebrordi. Specialiter tamen nominatur Apostolus Teisterbandiæ, Westfaliæ, & Boructuariorum.* Et mox: *Teisterbandia hodie partim Hollandiæ est, partim Geldriæ, divisa ferè in ditionem de Altenae, Huesdensem, Werdam, siue insulam Bommelensem, & Tilensem. In hoc Comitatu multas ædificavit ecclesias; & templa, quæ idolorum erant, Deo consecravit. Loca aliquot in historia exprimuntur, videlicet, in Zandwijc, apud Tilam, qui locus hodie non est. In Arkel, & Hoernaer, quæ loca sunt villæ ditionis Gorcomiensis: In Schoenreford, hodie dicitur Schenrewoert, prope Leerdam, in Aut-heusden, prope Heusden: In Wondrighem, quod modo dicitur oppidum Worcum: in Aelborch, Giesen, & Aspwijck, inter Worcum, & Heusden: in Almkerck, quod est territorii de Altenae: in Maclsem, Erkum & Avesaede, quæ sunt ditionis Burensis, & in pluribus aliis locis. In his magnâ devotione, ecclesias consecravit. Atque plebem per se conversam, orationibus protegebat assiduis, & admonitionibus saluberrimis, ad cælestia vocabat. Convertit etiam extra Belgium, Westfalos, & Boructuarios, qui videntur esse hodie Markenses,*

kenses, aut vicini. Tacitus Bructeros videtur appellare, qui ad Lippiam Westphaliæ flumen fuerunt. Quorum monumentum testatur civitas Boruch, haud longe à Werda Cæsaris. Porrò dictum jam vicum Werdam ad Rhenum contulit et illustris princeps Pipinus, propter profectum, & firmamentum sui principatus. Vnde etiam locus alicubi nominatur insula S. Suitberti. Fuit enim priùs insula, sicut ex nomine perpendi potest, sed modo adjunctus est continenti. Obtulit eidem Pipinus copiosum thesaurum pecuniarum, quibus monasterium ibidem ædificavit, in quo agmen famulorum Christi collegit. Anno videlicet 717. ut asserit Molanus 1. Martii: *Sepultus in Monasterio suo in Werda Cæsaris,* vulgò Keyserswerdt. Weert Kiliano *Insula amnica,* & *agger* dicitur, videlicet terræ cumulus, ut & littus, hinc Beda suprà Frisorum linguâ: pro in Weert/ *in litore,* seu insulâ, sic Bommelsweert/ *Bomelia insula,* ad Mosam. Insulæ enim velut litora in fluviis extant. Sed & Willeicus ut habet Miræus in fastis 2. Martii fol. 123. *Fuit S, Suitberti Episcopi in Evangelica prædicatione cooperator, & Canonicus, in ecclesia Vltrajectina recens instituta. Defuncto Suitberto, annis decem Werdensi monasterio laudabiliter præfuit, & ann. 727. vitâ excessit.* Circa hoc tempus quoque è Britannia in veterem Saxoniam profecti Ewaldi duo. Beda fol. 406. postquam egit de S. Willebrordo. & sociis: *Horum secuti exempla, duo quidam presbyteri de natione Anglorum, qui in Hibernia multo tempore pro æterna patria exulaverunt, venerunt ad provinciam antiquorum Saxonum, si fortè aliquos, ibidem prædicando, Christo acquirere possent. Erant autem unius ambo, sicut devotionis, sic etiam vocabuli. Nam uterque eorum appellabatur Hewald: eâ tamen distinctione, ut pro diversa capillorum specie, unus niger Hewald, alter albus Hewald diceretur. Quorum uterque pietate religionis imbutus; sed & niger Hewald magis sacrarum literarum erat scientiâ institutus. Qui venientes in provinciam, intraverunt hospitium cujusdam villici, petieruntque ab eo, ut transmitterentur ad satrapam, qui super eam erat, eò quòd haberent aliquid legationis, & causæ utilitatis, quòd deberent ad illum perferre. Non enim habent Regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suæ genti præpositos: qui ingruente belli articulo, mittunt æqualiter sortes, & quemcumque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes sequuntur, & huic obtemperant. Peracto autem bello, rursum æqualis potentiæ omnes fiunt satrapæ. Suscepit ergò eos villicus, & promittens se mittere eos ad satrapam, qui super se erat (ut petebant) aliquot diebus secum retinuit. Qui cùm cogniti essent à barbaris, quod essent alterius religionis (nam hymnis, & psalmis semper, & orationibus vacabant) & quotidie sacrificium Deo victimæ salutaris offerebant; habentes secum vascula sacra, & tabulam, altaris vice, dedicatam, suspecti sunt habiti; quia si pervenirent ad satrapam, & loquerentur cum illo, averterent illum à diis suis, & ad novam Christianæ fidei religionem transferrent. Sicque paulatim omnis eorum provincia veterem cogeretur in novam mutare culturam. Itaque rapuerunt eos subitò, & interemerunt; Album quidem Hewaldum veloci occisione gladii: Nigellum autem*

L.5.c.11.

longo suppliciorum cruciatu, & horrendâ membrorum omnium discerptione, quos interremptos, in Rhenum projecerunt. Quòd cùm satrapa ille, quem videre volebant, audisset, iratus est valdè, quòd ad se venire volentes peregrini, non permitterentur. Et mittens occidit vicanos illos omnes, vicumque incendio consumpsit. Passi sunt autem præfati sacerdotes, & famuli Christi, quinto nonarum Octobrium die. Et fol. 408: *Dies passionis, vel inventionis eorum, congruâ illis in locis veneratione, celebratur. Denique gloriosissimus Dux Francorum Pipinus, ubi hæc comperit, adducta ad se eorum corpora condidit, cum multa gloria, in Ecclesia Coloniæ civitatis, juxta Rhenum.* Molanus ita de his tertio Octobris: Fol. 211. *Wernherus de Laer, Carthusianus Coloniensis, scribit in Fasciculo temporum: Ewoldi duo sancti presbyteri, prædicationis gratia, de Anglia venerunt in Westphaliam: & in villa Laer, suis precibus, fontem de rupe traxerunt: & campum sanctum, sic dictum, usque hodie, consecrarunt in usus pauperum: ubi sæpè mira contigerunt, contra testamentum sanctorum volentibus facere, & horribiliter plagati sunt. Et vocantur ibi vulgariter, domini nostri de sancto campo, vel prato. Immo idem Wernherus in libro de laude Westphalorum, non dubitat, parochiam Laer primiceriam Westphaliæ vocare, eo quod certa supersint argumenta, unde constat, sanctos Ewaldos ibi Apostolatum suum Westphalicum inchoasse. De loco autem martyrii, duas adfert sententias. Una habet, eos ultra Weseram coronatos esse, in Comitatu Hoiensi, qui est diœcesis Bremensis. Altera, quam verisimiliorem dicit, tradit eos occubuisse prope Tremoniam in Appeler beke, ubi solennis est eorum memoria, & miracula facta narrantur. Capita habentur in Monasteriensi ecclesia, quorum adventum celebrat quarto Calendas Novembris.* Fortasse priusquam pervenere in veterem Saxoniam (quæ Frisia hodierna, & Westphalia) Flandros quoque in fide suscepta, confirmarunt; fuere enim in hac regione multa eis erecta sacella, ac peculiaris cultus exhibetur, lego & reos à Magistratu Brugensi jussos visitare Ewaldorum sepulchrum.

Anno Christi 693. Theodorici Regis Neustr. ab electione XVI. à restitutione XII. Rege Austr. nullo. Nordeberti Majoris domûs Neustr. II. Pipini II. Majoris domûs Austr. VI. Redit ab exilio S. Lambertus, ejecto Pharamundo, de quo sic in vita ejus, ex gestis episc. Leod. c. 8. Tom. 1. fol. 112. *Non multo post, devotio filiorum ecclesiæ Trajectensis, commissi pastoris damnum serò reminiscitur, tandemque detrectans impiissimi jugum supplantatoris, qui per septem jam annos oves Dominicas indignissimè tractaverat, venerabilem virum Lambertum vehementissimè reluctantem, maximo conamine, de monasterio extractum, ad sedem Episcopii reducunt, exceptumque egregio, hinc Deo servientium, hinc pauperum Christi, triumpho, rursus in cathedra pontificali sublimant.* V. plura ibidem in additionibus Ægidii, & notis, ubi inter alia Stepanus author vitæ S. Lamberti de Pharamundo: *Eheu, cogor scriptis depromere rem, tum revera gestam. Trajectensis ecclesiæ cathedram latro Pharamundus invasit, curam & ministerium Pontificum, homo miserrimus, ad mundi pompam,*

pompam, non ad vitæ sempiternæ obtinendam palmam, accommodavit; usurpavit præsulatum, dominium suum sibi vendicavit, latro animarum, ecclesiæ publicus prædo effectus, temeravit Sacramenta Dominici corporis, contaminavit fastigium Canonicæ integritatis, & rectitudinis, violavit sanctuarium. Facta hæc procul dubio authoritate Pipini Regis, qui, ut est in vita S. Boniti, apud Chesne fol. 685: *Sub Theodorico Rege, curam palatii, & regni gerens, cuncta fere pro suo moderabatur arbitratu.* Chron. Marchian. fol. 648: *Pipinus Dux, S. Lambertum in Trajectensi præsulatu relocat.* Drausció hoc anno defuncto, succedit Bainus in episcopatu Morinensi, teste Bucherio in gestis Episc. Leodiensium. De S. Willebrordo sic Heda fol. 26: *Expulso autem Radbodo ex Trajecto, ac citeriore Frisiâ, circa annum DCXCIV, Willebrordus ille denuò ad prædicandum remissus; proposito edicto provincialibus, nequis prædicantibus molestiæ quicquam inferret, quam plurimis Christo acquisitis, Trajectum rediens, circa ruinas ecclesiæ, ibidem in episcopio, sub honore divi Thomæ Apostoli, à Dagoberto Rege nuper ædificatæ, fundavit Oratorium in honorem sanctæ Crucis, baptisterium in eodem consecrans, volentibus confugere ad fidem, securiùs liceret, propter munitionem loci.* Adducit & hæc Alcuinus, apud Sur. *Tentavit quoque idem vir Dei ultra Francorum regni fines cœlestis doctrinæ flumina derivare. Nam tunc temporis Regem Frisonum Radbodum, cum gente sua, paganum, non timuit adire, & quocumque perrexerat, verbum Dei cum omni fiducia loquebatur. Sed præfatus Frisonum Rex, licet virum Dei, humilitatis gratiâ, benignè susciperet, nullis tamen vitæ fomentis saxeum ejus cor emoliri potuit. Cum ergò apud eum vir Dei fructificare se non posse sentiret, ad ferocissimos Danorum populos iter evangelizandi convertit. Ibi tum, ut fertur, regnabat Ongendus, homo omni ferâ crudelior, & omni lapide durior: qui tamen, jubente Deo, veritatis præconem honorificè tractabat. Quem dum obduratum moribus, & idololatriæ deditum, & nullam melioris vitæ spem habentem, offendit, acceptis tunc triginta ejusdem patriæ pueris, ad electos à Deo populos regni Francorum, reverti festinavit. Sed in eo ipso itinere cathechizatos, eosdem pueros vitæ fonte abluit, nè aliquod propter pericula longissimi navigii, vel ex insidiis ferocissimorum terræ illius habitatorum, damnum pateretur in illis, volens antiqui hostis prævenire astutias, & Domini sacramentis animas munire acquisitas. Et dum pius verbi Dei prædicator iter agebat, pervenit in confinio Frisonum, & Danorum, ad quandam insulam, quæ à quodam deo sua Fosite, ab accolis terræ, Fositesland, dicebatur: quia in ea ejusdem Dei fana fuêre constructa. Qui locus à paganis in tanta veneratione habebatur, ut nihil in ea, vel animalium ibi pascentium, ut aliarum quarumlibet rerum, quisquam gentilium tangere auderet, nec etiam à fonte, qui ibi ebulliebat, aquam haurire, nisi tacens, præsumeret. Quò cum vir Dei tempestate jactatus est, mansit ibidem aliquot dies, quousque sepositis tempestatibus, opportunum navigandi tempus adveniret. Sed parvipendens stultam loci illius religionem, vel ferocissimum Regis animum, qui violatores sacrorum illius atrocissimâ morte damnare solebat, tres homines*

Tom. 5.

7. Novēb.

mines eo fonte cum invocatione sanctæ Trinitatis baptizavit : sed & animalia, in ea terra pascentia, in eibaria suis mactare præcepit. Quod pagani intuentes, arbitrabantur eos, vel in furorem verti, vel etiam veloci morte perire. Quos cum nihil mali cernebant pati, furore perciti, Regi tum Radbodo, quod viderant factum, retulerunt. Qui nimio furore succensus, in sacerdotem Dei vivi, suorum injurias Deorum ulcisci cogitabat: & per dies semper tribus vicibus suo more mittebat sortes, & nunquam damnatorum sors, Deo verò defendente suos, super servum Dei, vel aliquem ex suis, cadere potuit: nec nisi unus tantum ex sociis sorte monstratus, & martyrio coronatus est. Eadem narrare credo Theofridum abbatem Epternacensem in vita S. Willebrordi, ut patet ex capitibus ejus libri, quæ cum historia Wilhelmi Hedæ, Bochelius nuper typis evulgavit cap. 10 & 11. Qui verò in Fostelandia martyrium subiit, scribitur fuisse Wigbertus; qui cum duos annos Frisiæ convertendæ frustra solus impedisset, Willebrordo eandem provinciam ingresso, se adjunxerat. v. Bochelium ad Becam, fol. 12. ubi & de Fostelandia, à Foste Deo, in quam traditur fugisse Radbodus, unde sic Beca, fol. 9: *Anno Domini 693 morabatur autem Radbadus Rex apud insulam Fosetenland, quæ valdè solennis erat propter superstitiosam sectam idolatriæ: ubi sacerdos Dei Willebrordus prophana delubra Iovis destruxit, &c.* Fermè, ut suprà. De

Cap. 22. fol. 411. in addit. fol. 50. Iove, veterum Frisiorum, & Francorum deo jam egimus, libro præcedente, ubi & delubrum ejus, videre est Domburgi, in Walacria, nuper repertum.

Anno Christi 694. Theoderici Reg. Neustr. ab electione XVII. à restitutione XIII. Clodovæi III Regis Neustr. I. Reg. Austr. nullo. Nordeberti Majoris domûs Nestr. III. Pipini II Majoris domûs Austr. VII. S. Lambertus sedi suæ restitutus, nihil potiùs habuit, quam idolatriæ reliquias, totâ diœcesi suâ, abolere, quas suprà scripsimus

Fol. 237. à Radbodo in Taxandriam inductas. Meminit ejus hoc modo Sigebertus, anno 694: *Gens Taxandrorum, cum usque ad id temporis idololatriæ erroribus esset dedita, prædicatione S. Lamberti Trajectensis Episcopi, ad fidem Christi convertitur.* Et in vita ejus, loco citato, gest. episc. Leod. f. 112. c. 8. *Taxandriam eatenus idolatriæ deditam, verbo, quod est penetrabilius omni gladio, fortis bellator aggreditur confoedere, &c.* Adnotat ibidem Nicolaus author vitæ S. Lamberti f. 115: *Regio cui Taxandria nomen est à Trajectensi oppido versus septemtrionẽ vix tribus milliaribus disparatur.* Ab Ægidio ibidem additum c. 9. *Annuente Dei gratia, sylvestris illa humanorum cordium feritas mansuescit, & vasta solitudo diu sterilis, & infœcunda, per baptismi gratiam, & bonis operibus, uberes Domino fideliter reddidit fructus, totaque regio illa, quæ diversa ab incolis suis sortitur vocabula, & quæ cursu Mosæ dextro latere clausa, usque in Septentrionalem Oceanum porrigitur, Apostolatûs martyris Christi Lamberti debetur, quod errorem suum cognoscere, quod Christianæ fidei gratiam obtinere promeruit, & ideo Leodiensi parochiæ, sicut hodie cernitur, subdita est.* Mirum tot fuisse Episcopos Tungrorum, ac Trajecten-

Trajectensium, neque bactenus aliquem fuisse, qui animum applicent convertentis Taxandris. Id tamen disertè scribit Godescalcus in vita S. Lamberti, apud Sur. 17. Sept. fol. 174: *Quodam itaque tempore, Tessandriam, quæ erat sua providentia pastoralis, pars non infima, ingreditur: cui hactenus Christum cognovisse, originalis idolatriæ prohibuerat; à primordio enim ortûs sui, illam sic occupaverat; ut crederet mundum, non nisi per idola potuisse creari, & eorum solo regimine gubernari. Hic vir sanctus, plurima idolorum simulachra, & templa destruxit, abhorrens parochiam suam illâ diversitate variari, ut alterno ritu, in uno loco, idolatria horribiliter sorderet; in altero, christianus cultus, fideliter, & feliciter floreret. Christi itaque charitate accensus, & fidei ejus testimonio, non militari armaturâ communitus, omni idolatriæ errore sublato, fremitum gentilium oppressit.* Ego potiùs credo, ut suprà, lumen illud fidei, quo ab episcopis illustrati sunt, sub Regibus Frisiæ, Ritzardo, Ansigillo, Radbodo extinctum fuisse. Sic & in Flandria Aldenburgenses, ad idola relapsos, Christo reduxit S. Vrsmarus, ut est in vita ejus: *Sicut erat lucrandis animabus semper intentus, se ad prædicandum Flandriæ contulit, versus Menapum fines, qui adhuc detinebantur, ritu gentis, vanis superstitionibus. Cujus miraculis multiplicibus compuncti, & prædicatione assiduâ, ad fidem conversi, ex magna parte, prædiorum hæredem, eum statuunt. Sibi, & eam, quæ est in Laubias ecclesiam Christi, &c. Ipse etiam provinciæ Dominus Aldo nomine, beati Vrsmari prædicatione ad fidem Christi conversus, donavit de suo dictum vocabulo Aldeburch vicum. In quo. construxit, atque consecravit ecclesiam, in honore Petri apostoli, & mille passus, undique per circuitum. de qua postmodum dotavit Laubiensem ecclesiam, quatenus ipse beatus Apostolus, cui à Domino ligandi, atque solvendi collata est potestas, patrocinaretur Flandrensibus, & Menapibus, qui de diversorum idolorum cultibus revocati, facti erant una Ecclesia Christi. Sunt autem loca in circuitu vici, Aldeburch dicti. In quo etiam loco ecclesiam, quæ adhuc superest, ædificaverunt in honore sancti Vrsmari.* &c. *Et quia locus se obtulit, reddenda dubitantibus, & quærentibus rationis, cur scilicet dictus sit Episcopus, cum Lobia, non sit Sedes Episcopalis, pro tempore expediendum est paucis. Quia enim, ut præfatum est, intentus erat semper lucrandis animabus, & quia multi barbaricæ gentis, ut supradicti Flandrenses, adhuc detinebantur vanis idolatriæ superstitionibus, prædicandi tantùm gratiâ, sicut competebat rudimentis novellæ fidei, est ordinatus Episcopus, quod factum quoque de sancto Amando legimus. A quo etiam locus Lobiensis tantam dignitatem est adeptus, partim ab hoc, partim quia locus Regius regiâ munificentiâ est constructus, ut nulli committeretur, nisi primùm esset ordinatus Episcopus, quæ dignitas perduravit etiam in multos successores, qui leguntur fuisse Episcopi, & Abbates. De qua etiam adhuc tantùm superest in eo loco, ut Abbati liceat uti sandaliis, tunicâ Subdiaconali, habere potestatem ligandi, atque solvendi, & ubique uti annulo aureo, & chirothecis.* S. Willebrordus è Dania, & Frisia ulteriore, ac Fostilandia, in Frisiam citeriorem redux, summo studio,

Chesne t. 1. fol. 688.

dio, ac diligentiâ, incolas omnes, Christi præceptis instruxit; Fidemque egregiè promovit; neque dubium, quin frequenter ad S. Lambertum diverterit, atque contulerit de propaganda religione, & ad ipsum quoque S. Lambertus. Sed & S. Vindiciano Cameracensium Episcopo familiarissimus fuit, ac dubito, an non ad hæc tempora referendum sit, quod suprà ad annum 676. scripsimus, de monasterio Honicurtensi, v. fol. 206. Miræus in annal. Belg. fol. 236: *Hunocurtense, ad Scaldim tertio lapide à Cameraco, Amalfridus vir illustris, ejusque uxor Childebertana, in suo fundo construxerunt, & S. Bertino donarunt, an. XI. Theoderici Francorum Regis: quod idem Rex anno regni sui XIII. confirmavit, tabulis in Parisiaco palatio datis, quas Iperius in chronico suo ms. Bertiniensi memorat. Monasterium Deo, ac S. Petro, Vindicianus Cameracensis Episcopus, præsente S. Lamberto Tungrensi Episcopo, consecravit, in eoque clericos, ac sanctimoniales constituit: ut Baldericus in chron. Cameracensi, lib. 1. cap. 26. narrat. Notet Lector in multis olim monasteriis Belgicis, ut Marchianensi, Hasnoniensi, Hunocurtensi, Hamtacensi, Feltwertensi in Frisia, Antuerpiensi, S. Michaëlis, & aliis, olim monachos, itemque sanctimoniales, uno, & eodem tempore vixisse, sed separatim, & diversis in claustris; ut hodie Brigittini, & Brigittinæ, variis in provinciis; itemque Fontis Ebraldi institutum in Francia consistentes, vivunt.* Circa hoc quoque tempus *Amelberga virgo, ex Arduenna, consilio S. Willebrordi Belisiam venit instruenda, ubi sanctissima Landrada præerat monasterio, quod exstruxerat.* Ita Molanus 10. Iulii, quod in hæc tempora omnino quadrat, cùm Landrada, haud multò post sit defuncta. V. anno sequenti. Venit deinde Amelberga in Tamsiam, juris sui villam, ubi sanctissimè vixit. Heda in Radbodo XIV. Episcopo Vltrajectino: *Scripsit*, inquit, *Laudes S. Bonifacii Episcopi l. 16. & de S. Amelberga librum I. &c.* Sed & vitam ejus scripsisse etiam Theodoricum Abbatem Trudonensem asserit nobis in hagiologio Flandriæ, Sanderus. Scribuntur, & discipulæ S. Willebrordi fuisse Harlindis, & Relindis sorores, de quibus sic Molanus, ex officio Maseikensis ecclesiæ, 8. Octobr. *Memorantur, B. Willebrordo cum aliis adventante, exiguum vini in vase, quod Tinna dicitur (* vulgò Tonne/ Tunne/) *habuisse, sed nutu divino plenitudinem vasis obtinuisse.* Idem Molanus ibid. fol. 223. *Harlindis, & soror ejus Relindis, sive Renula, parentum Adalardi, & Grimatæ solitudine, Abbatissa monasterii, quod Valencina vulgò dicebatur, sunt ad erudiendum commendatæ. Cumque sic profecissent, ut opportunum esset eas aliis præfici, parentes in propria hæreditate ad Mosam, Eike monasterium construxerunt. Vbi utraque innumerabiles filias Christo genuit.* Theodesinda quoque Radbodi filia, à Pipino capta S. Willebrordo tradita est, sacris Christi imbuenda, quam posteà uxorem duxit Grimoaldus filius Pipini. Hoc anno defunctum S. Trudonem, Burgi Brugensis, ac Civitatis patronum, superiore libro scripsimus, ex arch. Abbatiæ Eeckholtanæ. Idem colligitur è Theodorico, ejus vitæ

L. 2. pròdr. fol. 414. cap. 22.

vitæ scriptore, qui sic apud Surium, 23. Novembris: *Obiit S. Trudo nono Cal. Decemb. Romæ, anno V. Papa Sergio; Trajecti, præsidente S. Lamberto; Francis dominante Theoderico, illustris reginæ Bathildis filio, postquam Regibus solo nomine præsidentibus, potestas, & gubernaculum regni, penes Majores domûs cœpit haberi.* Notandum S. Trudonem æque, ut Brugis, Sarchinii Canonicos Regulares instituisse, undè sic Miræus in fast. Belg. 23. Nov. *Colitur Sarchinis ad S. Trudonem, & Andaini ad S. Hubertum: quæ dua nunc sunt, Benedictinorum Abbatia, in diœcesi Leodiensi. Sarcinii quidem (quod hodie est Trudonis oppidum, & monasterium) Beregisus litterarum, ac pietatis rudimenta hausit. Grandior factus, ut erat nobili genere natus, cùm in aula Pipini Heristalli versaretur, ab ejus conjuge Plectrude locum in media silva Arduenna (qui ab Andainum, ab Andaino, contiguo fonte dicebatur) dono accepit, & in eo monasterium, à fundamentis ædificavit, quod S. Huberti, eò posteà translati, nomen induit. Vixerunt autem Andaini primùm clerici, seu Canonici regulares: quibus amotis Valcandus Episcopus Leodicensis, Benedictinos substituit: ut Ionas in historia translationis S. Huberti commemorat. Ex quo Molanus hoc loco rectè colligit, in S. Trudonis quoque monasterio, ex primævo institutione, non monachos, sed clericos, seu Canonicos regulariter vixisse: quod & legere me memini,* lib. 1. cap. 16. *in Chronico ms. Trudonensi.* Theodoricus paulò post, cum 2. Octobr. miraculis fieret celebre ejus sepulchrum, sic ait fol. 513. Sur. *Germania, & Gallorum populus religione ductus confluebat, & sub tali defensore se committebat. Quapropter, & gloriosus ille Pipinus Major domûs, filius Ansigisi, & Carolidarum principium, unò cum Francorum primatu, & curialium optimatibus, gratiâ orandi, ad propitiabile illud viri Dei sepulchrum evectus est. Ubi etiam in testimonium suæ devotionis factâ solenni donatione, quicquid in villa Ekinsala, qua tunc fiscus publicus erat, possidere videbatur, contradidit. Similiter, & aliam villam, pago Campania sitam, nomine Hem, in usus servorum Dei inibi militantium devotè, sub charta, & teste condonavit. Venerabilis quoque ejus conjunx Plectrudis, omnis religionis sufficiens monumentum, quantâ se inibi devotione deposuerit, largitiones ejus in testimonium sunt. Quæ etiam regale suum aurum in recompensationem æternæ mercedis appendens, vocatis artificibus, altare sanctissimi patris, auro, & gemmis decorabile reddidit.* 23. Nov. Campania pagus hic intelligitur Brabantiæ districtus, nunc Campinia dictus, vulgò de Kempen/ atque hæc est Campania, quam hactenus Franci scriptores quæsiverunt, legentes in gestis Regum Francorum, Chesne fol. 718: *Ex ipsa Plectrude Pipinus genuit duos filios, nomen majoris Drocus, & minoris Grimoaldus. Drocus ducatum Campaniæ accepit.* Fredegarius cap 101: *Drocus à Pipino genitore eruditus ducatum Campanensem accepit.* Habes & in vetusto libello de Majoribus domûs ex editione Pithœi, Chesne fol. 1. *Cujus,* Pipini, *filii fuerunt, Drogus, & Grimoaldus, sed Drogus ducatum accepit in Campania.* Cujus videlicet pars Taxandria est, anno 694. prædicatione S. Lamberti conversa, v. fol. 253. Alia est Campania, vulgò

Tom. 1. Tom. 2.

Champagne,

Champagne, in qua Rhemi, & Trecæ, Comitatus antiquus, non Ducatus; Ita Reolum, sive Regulum, archiepiscopum Rhemensem Fol.202. suprà scripsimus fuisse Comitem Campaniæ, atque uxorem duxisse Amathildem filiam Childerici Regis, ex Blitilde S. Nivardi sorore. Obiit demum hoc anno in ultima senectute S. Landrada, sepulturæ tradita à S. Lamberto. Theodoricus abbas 17. Sept. & 8. Iulii Sur. *Landrada de hac corruptibili domo in æternitatem transmigrat.* Tum per visionem edoctus, S Lambertus eam sepeliendam Wintershovii, *Festinato*, inquit Theodoricus Abbas, idem qui vitam scripsit S. Trudonis, *& præter vires, cursu delatus Belysiam invenit eos, jam agentes de sepulchro intra ecclesiam. Expletâ oratione, episcopali facundiâ plebem suam alloquitur: postremò de revelatione ad eum facta sermonem ingreditur. Surmurmurant statim universi, & nec dùm perorantem clamore tumultuario impediunt, & velut impugnant. Hîc, aiunt, fuit consecrata, & prælata: ejus opibus hæc crevit ecclesia: hîc per eam puellaris adolevit turba.* Et paulo post: *Apertâ tumbâ, non modò corpus, sed neque ipse reperitur corporis loculus. Expallent tacito murmurare cæteri: solus episcopus Deo gratias agens, & ut filios paternè demulcens: Quia, inquit, jam quievit diffidentia, experiamur nunc, quid possit Dei magnificentia. Prædux ipse viam arripit: populus comes secum Wintershovum usque percurrit in quo scilicet fundo idem episcopus olim à venerabili genitore suo Apro sancto archipresbytero Landoaldo commendatus, nutritus, & adultus, in sanctitatis apicem excrevit. Ibi relegens sua illius visionis indicia, & ostensa Crucis vestigia, effossâ humo, (ò rem novam, & novè semper stupendam) virginis glebam, cum ipso sarcophago inveniunt transportatam, eo ordine, ea decenti reverentiâ locatum, ut nulli sit dubium, angelorum id effecisse ministerium. Hoc tam admirabili spectaculo, tanquam potatis æterni illius deliciis paradisi, aliquamdiu jucundati, digna cum veneratione devotis manibus terram reponunt, & deficientes in seipsis, cætera omnipotenti Deo committunt.* Obiit 72. annorum, utpotè nata, anno 623. v. fol. 103. cujus verò filia, fuerit, adhuc incertum. Hoc anno defunctum Theodericum Regem, docet nos ejus tumulus, qui hodieque visitur Atrebati in Abbatia Vedastina, his versibus additis, teste Miræo. in diplomatibus Belgicis, fol. 8.

Rex Theodoricus, ditans, ut verus amicus.
Nos ope multimodâ, jacet hîc, cum conjuge Doda.
Regis larga manus, & Præsul Vindicianus
Nobis regale, dant & jus pontificale.
In decies nono, cum quinquagies duodeno
Anno, defunctum scies hunc, qui quatuor addet.
Qua legis hac horâ, Dominum pro Regibus ora.
Muneribus quorum, stat vita Dei famulorum.

Consonat Chronographus Anonymus Marchianensis, apud Beauchamps fol. 647. *DC. XCIV. Theodoricus Rex, Imperii sui anno XIX. finem vivendi fecit, atque in monasterio sancti Vedasti sepelitur.* Primus

Iustiniani

[illegible] anni fuere [illegible] 6. rectè [illegible] 4. Chro-
nicon M[illegible] fol. 64. *Anno Domini DC* [illegible]*,
anno vero* [illegible] *Imperatoris* [illegible]*, Clodovæus* [illegible] *re-
gnat in Francia annis* [illegible]. Gesta regum Francorum, Chesne tom. 1.
fol. 71[illegible]. *Obiit T*[illegible] *Rex, regnavitque annos* [illegible]*, Clodo-
væus filius ejus puer regalem sedem suscepit, ex Regina nomine C*[illegible]*-
de.* Fr[illegible] XIX[illegible] XVI. [illegible]
partis, atque [illegible] X[illegible]. Fr[illegible] Ch[illegible] Chel-
ne, in margine, *Rotild*[illegible]. Sed & Crat[illegible] [illegible]
[illegible] Duda, fol. 2[illegible]6. Potuit vero Clodovæus, [illegible] qua-
tuordecim, aut circiter annorum [illegible] enim a[illegible]m, more
Francorum, uxorem duxit, anno 6[illegible]7. quatuordecim tantum an-
nos natus, è qua anno 6[illegible]o, aut circiter [illegible] genuit, nam [illegible]uos
[illegible], vel [illegible], anno 6[illegible]4. [illegible] ex [illegible] Vedi-
c[illegible]. Atre[illegible], cui Ioannes Papa subscripsit, fol. 20.
Fre[illegible]rius cap. 101. Chesne fol. 769. tom. 1. *M*[illegible] *T*[illegible]
ricus Rex, regnavit autem annos XIV. Lege XVI. *C*[illegible] *aum* [illegible]
ejus parvulum [illegible] *in regnum.* Annales Met[illegible], Chesne tom.
3 fol. 26[illegible]. *Anno Dominicæ Incarnationis Domini nostri Iesu Christi
DCX*[illegible]*III Pi*[illegible] [illegible] *principatum super T*[illegible] [illegible] *an-
tequam vinceretur à Pipino annis XI*[illegible]*, victus vero* [illegible] *regnavit
III annis, moritur. Cui, ob jam dictæ pietatis affectum, filius ejus par-
vulus, nomine Clodovæus, à Pipino ordinatur in Regem. Qui dum quar-
tum annum in Regno compleret, innocentem vitam finivit.* [illegible]m
anni Pipinus [illegible] Al[illegible] Plectrudi superinduxit. Fre[illegible]-
g[illegible]rius ux[illegible] quoque appellat, cap. 103. *Præfatus Pipinus aliam
duxit uxorem, nobilem, & elegantem, nomine Alpheidam, ex qua genuit
filium. Vocavitque nomen ejus linguâ propriâ Carolus. Crevitque puer ele-
gans, atque* [illegible] *effectus est.* Hocque nobis de viro egregio,
& forti, [illegible]: [illegible]. Plectrudis secedit Coloniam, *Deo se
tot*[illegible] *tradens in palatio, ad Capitolium, dicto, quo tempore,* [illegible]
ca[illegible] [illegible] 57. *Coloniensem Cathedram moderabatur Giso,
successor Aldewini.*

*Anno Christi 695. Clodovæi III Reg. Neustr. II. Rege Austr nullo,
Dr*[illegible] *filii Pipini Majoris domûs Neustr. I. Pipini II. Majoris domûs
Austr. V*[illegible]*I.* P[illegible]o Drogonem circa hoc tempus, cum [illegible]ucatu Camp[illegible]a-
niæ [illegible] accepisse, & titulum Majoris domus Neustriæ;
nam id sub Clodovæo III [illegible]ctum, docet nos chron. Marchian[illegible]-
le, fol. 648, his verbis: *Pipinus Drogonem primogenitum suum Ma-
jorem domus constituit in regno Clodovei.* Et aperte *Major domûs Neu-
striæ* [illegible]ctus dicitur, anno 7[illegible]. quem [illegible] S. An[illegible] [illegible]
suæ a [illegible] restitutos, obiit in exilio; sic A[illegible]g[illegible]s apud Sur-
9 [illegible]. *In*[illegible] *ambarum* [illegible]*, plurima habitatorum* [illegible]
[illegible]*, quæ* [illegible] *eorum necessitati manent utilia. Sed versu-
tiâ* [illegible] *ant*[illegible] *instigante, malignorum adversus eundem virum Dei,
accensa est invidia, qui prædicto prin*[illegible] *iterum movebantur suggerere,*

 ut ma-

[illegible] majora ei inferret exilii detrimenta. [illegible] patrem Halt[illegible] [illegible] [illegible] mum [illegible], [illegible] [illegible] anime [illegible] te [illegible] vium [illegible] ud [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] con[illegible] [illegible] [illegible] p[illegible] Wan[illegible] fatus sanctus [illegible] ex An[illegible] cunque per[illegible] [illegible] fuerant, [illegible] pro[illegible], licenti[illegible] [illegible] ca[illegible] [illegible]. [illegible]: S[illegible] vero, [illegible] d[illegible] [illegible] sua [illegible], nam, & an[illegible] [illegible] onem [illegible] iterum ad prædictum [illegible] m[illegible] pet[illegible], ut [illegible] fores, ejus cor[illegible] referr[illegible] Fontanel[illegible] dudum re[illegible] [illegible] Do[illegible] [illegible] eius [illegible] pe[illegible], ut ita [illegible] fi[illegible] [illegible] fuerant in [illegible] præ[illegible] in eadem ec[illegible] S. P[illegible] A[illegible] cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quæ[illegible] [illegible] : S. Au[illegible] [illegible] rus [illegible], & S. An[illegible], [illegible] E[illegible] erunt. Sic S.[illegible] : In [illegible] T[illegible] B. Au[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] ol[illegible] quoque [illegible] ex [illegible] S. Au[illegible] rum, [illegible] ri[illegible] um, certum e[illegible]. Grav[illegible] [illegible]

9 [illegible] *Postquam [illegible] seu [illegible] trienta annorum spatio tanto [illegible] lumna [illegible] corporeis [illegible] viribus, acri [illegible] febre [illegible], [illegible] eut[illegible], at [illegible] d[illegible]cruciari. Tandem [illegible] memoria, [illegible] [illegible] num co[illegible] [illegible] [illegible] rumpit [illegible] vincula corporis [illegible] cum Christo v[illegible] in [illegible]* S[illegible] *quing[illegible]* [illegible] *A[illegible] Re[illegible]* [illegible] 64[illegible]) [illegible]

Sig. 645 *[illegible]*, v. [illegible] 644. [illegible] S. A[illegible] [illegible] 6[illegible] fu[illegible] synodo [illegible] tom[illegible], [illegible] suprà fol 242. Miror unde [illegible] Trajectum, scripserit [illegible] *T[illegible] episcopus moritur [illegible]* [illegible] succedit [illegible], Amb[illegible] [illegible] S. W[illegible] [illegible]

C[illegible] [illegible] 9. [illegible] apud Miræum, & B[illegible] *[illegible] Apostolicæ sedis Pontifices [illegible] SS. [illegible]*

byter quidam miræ abstinentiæ, & sanctitatis; generis Saxonum, nomine Willebrardus, & alio nomine, Clemens vocatus, quem præfatus Papa, episcopum ordinavit, & ad prædicandam paganam gentem Fresonum, transmisit littoribus Oceani occidui. Qui per 50. annos prædicans præfatam gentem Fresonum maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana, & delubra destruxit, ecclesias construxit, & sedem Episcopalem, & Ecclesiam in banarem S. Salvatoris constituens, in loco, & castello, quod dicitur Trajectum, & in illa sede, & ecclesia S. Salvatoris, quam construxit, prædicans, usque ad debilem senectutem permansit. Et paulò post ibidem: *Coloniensis Episcopus illam sedem præfati Episcopi Clementis à Sergio Papa ordinati sibi usurpat, & ad se pertinere dicit, propter fundamenta cujusdam destructæ à Paganis ecclesiæ, quam Willebrordus, dirutam usque ad solum, in castello Trajecto reperit, & eam proprio labore à fundamento construxit, & in honorem S. Martini consecravit. Et refert, quod ab antiquo Rege Francorum Dagoberto, castellum Trajectum cum destructa ecclesia ad Colonsensem parochiam donatum, in eo conditione, fuisset. &c.* Vt ita, statuta quidem sit ecclesia S. Salvatori, posteà verò consecrata in honorem S. Martini. D. Augustinus Doroverniæ ecclesiam S. Salvatori construxit, teste Beda, l. 1. hist. cap. 33. Id exemplum imitatus S. Willebrordus Trajecti, ut & S. Eligius Brugis; de quo v. l. 2. prod. fol. 415. cap. 22.

Anno Christi 696. Clodovæi III. Reg. Neustr. III. Rege Austrasiæ nullo, Drogonis Majoris domûs in Neustr. II. Pipini II. Majoris domûs Austr. IX. Imp. Iustinianus coactus mense Iulii abdicavit, exul factus. Imp. Leontius imperat ann. 3. mens.... dies... *Onuphr.* Huc facit illud chronici Marchianensis, fol 648. *Anno III. Clodovæi Regis, Leo Patricius, Iustinianum Regno privat; eumque, lingua, & naso truncatum, in exilio relegat.* Obit Reolus archiep. Rhemensis, V. suprà fol. 218. qui testamento D. Amandi subscripsit, Succedit Rigobertus Comes, patruelis Reoli, ex monacho Benedictino, teste Flodoardo, in historia Rhemensi, & Colvenerio, in catalogo episcoporum. Hic amicissimus fuit Pipini, ab eoque, quodcumque petiit, impetravit, ut scriptum libro superiore, cap. 22. fol. 430. cumque nemo Episcoporum toleraret adulterium Pipini, solus ausus fuit, de sacro fonte levare Carolum Martellum, Pipino natum ex Alpaide hoc anno, à quo tamen anno 718. est archiepiscopatu privatus. Meminit ejus, his verbis Flodoardus fol. 222. *Karolus, ut principatum bello adeptus est, hunc virum Domini Rigobertum patronum suum,* L. 2. c. 12. *qui (ut traditur) eum de lavacro sancto susceperat, episcopatu deturbavit, & cuidam Miloni, sola tonsura clerico, quod secum processerat ad bellum, dedit hoc episcopium. Hic Karolus ex ancillæ stupro natus, ut in annalibus Regum de eo legitur, cæteris, qui ante se fuerant, audacior Regibus, non solum istum, sed etiam alios Episcopatus regni Francorum laicis hominibus, & comitibus dedit: ita ut episcopis nihil potestatis in rebus ecclesiarum permitteret.* Alpaida nundum memini me ancillæ nomine uspiam legisse, ex justo in peccatum zelo, scribit id fortasse

Flodoardus, cui genus ejus fuit incognitum. Aulicum fuisse Do-
donem ejus fratrem, sequentia nos docebunt. Gerardus Novio-
magus Batavam facit, eamque nobilissimam; Aleidis Dodonem
comitem scribit Ardemiæ, pro quo legendum Ardennæ. Frede-
garius suprà nobilem vocat, & elegantem. Willebrordus hoc an o
secundâ vice Romam proficiscitur, teste Beda l. 5. cap. 12. his
Fol. 410. verbis: *Postquam verò per annos aliquot in Frisia, qui advenerant, do-
cuerunt, misit Pipinus (favente omnium consensu,) virum venerabilem
Willebrordum Romam; (cujus adhuc pontificatum, Sergius habebat,) po-
stulans, ut eidem Fresonum genti Archiepiscopus ordinaretur. Quod ita,
ut petierat, impletum est, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo no-
nagesimo sexto. Ordinatus est autem in ecclesia sanctæ martyris Ceciliæ,
die natalis ejus; imposito sibi à Papa memorato, nomine Clementis; ac
mox remissus ad sedem Episcopatûs sui, id est, post dies quatuordecim,
ex quo in urbem venerat. Donavit autem ei Pipinus locum cathedræ E-
piscopalis in castello suo illustri, quod antiquo gentium illarum vocabu-
lo Wiltaburg, id est, oppidum Wiltorum, linguâ autem Gallicâ, Trajectum
vocatur. In quo, ædificatâ ecclesiâ, reverendissimus Pontifex longè latéque
verbum fidei prædicans; multosque ab errore revocans, plures per illas
regiones ecclesias, sed & monasteria nonnulla construxit. Nam non mul-
tò pòst, alios quoque illis in regionibus ipse constituit antistites, ex eorum
numero fratrum, qui vel secum, vel post se, illò ad prædicandum vene-
rant: ex quibus aliquanti jam dormierunt in Domino. Ipse autem Wille-
brordus, cognomento Clemens, adhuc superest, longâ jam venerabilis æta-
te, utpotè tricesimum, & sextum in episcopatû habens annum, & post
multiplices militiæ cœlestis agones, ad præmia remunerationis superna,
totâ mente suspirans.* Quæ omnia addenda hoc loco putavi, ut om-
nibus innotescat Bedam contemporaneum fuisse Willebrordi, ne-
que ab eo ullo modo recedendum. Eadem fermè habet Wilhel-
mus Heda, verbis mutatis, subditque: *Apud Trajectum numerum
fidelium valdè adauctum accedens, illic superædificavit in fundo prioris
basilicæ sancti Thomæ Apostoli, juxta arcem, ecclesiam cathedralem, quam
& in honorem sancti Martini episcopi Turonensis dedicavit, una cum Suit-
berto, & sociis, anno DCXCVII. quam & matrem omnium gentium vi-
cinarum constituit, collocans ibidem canonicos cœnobitales, hoc est, com-
munem, & Apostolicam vivendi legem observantes.* Et paulò post fol.
27: *Obtinuit pro ecclesiâ, à principe Pipino, Trajectum, cum omni di-
strictu, & territorio suo, atque omni jure in proprium perpetuo possi-
dendum.* Tabulas ea de re, postmodum expedivit Carolus Mar-
tellus filius Pipini, quas suo loco sumus daturi. Porrò Wilta-
burgum, unde appellatum, scripsimus ad annum 690; cum verò
id dicit Gallicâ linguâ Trajectum dici, intelligit Ojecht/ contra-
ctè ex latino *Trajectum*, quo nomine tunc Franci, & Frisii cis-
Fol. 10. rhenani sunt usi, qui in Gallia, Gallicam linguam, eandem cum
Francia vetere, seu Flandrica nostrate, semper retinuerunt, ut
Fol. 327. multis ostendo in Flandria nostra ethnica, cap. 2. & cap. 21. Sic ex

Latino

Latino: vetus Trajectum, diximus, arcem eandem Outricht appellatam. Malè Bedam intellexit Sigebertus ita scribens hoc anno: *Willebrordus à Sergio papa, Clemens agnominatus, & ad prædicandum genti Frisonum, Episcopus consecratus, ex dono Pipini principis, sedem episcopalem statuit, in loco Vultabureh dicto, qui nunc Vultrajectum dicitur, à nomine gentis Vultarum, & Trajecto compositum, quasi Vultarum opidum. Nam Trajectum lingua Gallica, opidum dicitur.* Minimè id verum est, sed linguâ Latinâ oppidum situm ad ripam fluvii, qui trajici debet, dictum Trajectus, aut Trajectum; ut Trajectus Rheni, Trajectus Mosæ, à Romanis, dum ea loca obtinerent, v. librum citatum, cap. 19. Inde Galli contractè Ytrecht/ aut Ytricht/ undè hodieque Maestricht/ Trajectum ad Mosam. Quæ urbs, cum prima occurreret à Tungris, Mediomatricibus, Treviris, volenti proficisci Lugdunum, & Oceanum versus, dum deinde alius esset Trajectus Rheni, dictus ille: Vlterior Trajectus, & urbs Vltrajectum, vocabulo posteriore, cùm primum esset vetus Trajectum.

Anno Christi 697. Clodovæi III Reg. Neustr. IV. Rege Austr. nullo, Drogonis Majoris domûs Neustr. III. Pipini II Majoris domûs Austr. X. Annales Francorum Metenses, *Anno ab Incarnatione Dñi DCXCVII.* Chesne t. 3 fol. 767. *Pipinus princeps duxit exercitum contra Frisones, & Radbodum Ducem ipsorum, immitem, atque paganum, qui verba principis Pipini sæpè contempserat, & fines principatûs ejus crebris inruptionibus vexabat. Adunato igitur exercitu, juxta castrum, quod dicitur Dorestadum, castrametatus est. Cui occurrit, cum valida manu, & pugna commissa est. Vbi Frisiones superbâ manu Radbodi in aciem properantes, valida pugna commissa est, ubi Frisones magna clade percussi sunt. Fugatoque Duce eorum Radbodo, Pipinus victor extitit. Captis itaque innumerabilibus spoliis, victor ad propria reversus est. Hinc annis singulis, circumsitas gentes, cum exercitu, Pipinus fortiter proterit, & suæ ditioni subegit.* Meminit & Fredegarius antiquissimus author, tom. I. Chesne fol. 769: Cap. 102. *Pipinus contra Radbodum Ducem gentilem, Frisionum gentis, adversus alterutrum bellum intulerunt, castro Dorestate, illic belligerantes invicem. Pipinus victor extitit; fugatoque Radbodo Duce, cum Frisonibus, qui evaserant, idem Pipinus, cum multis spoliis, & præda reversus est.* Miræus in ann. Belg. fol. 229. anno 697. *Laubiensis ecclesia dedicatur VII. Kal. Septembris: ut Fulcuinus abbas Laubiensis, in sui monasterii chronico testatur.* Idem paulò post, fol. 231. de S. Vrsmaro: *Erat primus abbas Laubiensis, & simul episcopus, ad fidelium conversionem: cui in utroque munere, ex ordine suffecti sunt, Erminus, Theodulphus, Vlgisus, Amoluinus, & Abel, & omnes in Divorum numerum relati. Horum sex episcoporum, (ut & S. Hildulfi Ducis, qui fundum S. Landelino, ad monasterium Laubiense ædificandum, dono dedit, itemque Amelbergæ, quæ S. Gudilæ Bruxellensium patronæ mater exstitit) ossa adservantur Binchii, Hannoniæ opido, octo feretris argenteis inclusa, ex Laubiensi Abbatia ann. 1409. illuc translata. Eorum res gestas describit Fulcuinus abbas Laubiensis, in illius loci Chronico, quod ibi manuscriptum vidimus.*

S. Aia, Hildulfi Ducis uxor, quiescit in feretro argenteo Montibus Hannonia, in basilica S. Waldetrudis, quam ampliter dotavit.

Anno Christi 698. *Clodovai III Regis Neustr. V. Childeberti Reg. Neustr. I. Rege Austr. nullo, Drogonis Majoris domûs Neustr. IV. Pipini II Majoris domûs Austr. XI.* Annales Metenses suprà ad annum 694. de Clodovæo III: *Qui dum IV. annum in regno complevisset, innocentem vitam finivit.* Obiit itaque anno regni V. videlicet post quatuor annos completos. Pergunt ibidem dicti annales: *Pipinus nihilominus Regem pro eo (Clodovæo) fratrem ejus Hildebertum constituit, illis quidem nomina Regum imponens, ipse totius regni habens privilegium, cum summa gloria, & honore tractabat.* Gesta Regum Francorum. t. 1. du Chesne fol. 719: *Clodoveus Rex, puer mortuus est, regnavitque annos II. (l. IV.) Childebertus autem frater ejus vir inclytus, in regno statutus est, & Grimoaldus quoque, Pipini principis filius junior, in aula Regis, Major domûs effectus est.* Aliquot post annos, &c. ut arbitror, non nisi mortuo fratre Drogone, anno 708. Chronicon Fredegarii: *Non multo post multos verò annos, prædictus Rex Clodoveus, ægrotans, mortuus est: regnavit autem annos IV.* Et mox: *Childebertus frater ejus in regnum resedit, & regnavit annos XIII.* Lege XIV. chron. Marchian. fol. 649: *Anno Domini DCXCVIII. Clodoveo Rege mortuo, Childebertus frater ejus regnat annis XVII.* Lege XIIII. Sigebertus hoc anno: *Sanctus Lambertus, Pipinum principem increpare ausus, quòd pellicem Alpaidem, suæ legitimæ uxori Plectrudi superduxerit, à Dodone fratre ipsius Alpaidis, Leodii martyrizatur, & Trajecti tumulatur, eique sanctus Hubertus Episcopus subrogatur.* Apud Surium 17. Septemb. in appendice vitæ S. Lamberti, ad Godescalcum, fol. 178: *Pipinus princeps, cætera egregius, una malo tam multa bona corrumpebat, contemptâ legitimâ uxore, Alpaide pellici nimium addictus. De eo sanè hic author testatur, cùm nihil ad gloriam nihil ad potentiam, vel felicitatem ei deesset, nunquam ejus industriâ fortunam fuisse superiorem. Et tamen, cum multis esset auctus victoriis, seipsum vincere non potuit, molli libidinis telo prostratus. Id verò, cæteris ferè Episcopis dissimulantibus, Lambertus præ zelo domus Dei, ferre non sustinens, opportunè arguebat principem: qui si, ut in cæteris, ita & in hac, libenter audisset rectè monentem Episcopum, rectiùs consuluisset sibi.* Et paulò post: *Per id tempus, Pipinus princeps in Iopilam villam advenit. Venit etiam eò vir sanctus, ab eo tanquam pro regni tractandis negotiis evocatus. Ibi tum & Pipinus, & pellex animos iratos vultu sereno tegunt, alii iram dissimulant, alii lætitiam simulant, plerique pro suo quisque arbitratu, in varias se formas transmutant. Valdè autem pellex in id incumbebat, ut per aliquem posset Episcopi animum sibi conciliare, ut vel in præsentiarum abstineret à principis reprehensione. Apparatur convivium, Episcopus invitatur, lætantur aulici omnes. Princeps oblatum sibi à pincerna poculum, innuit Episcopo offerendum, benedictionis loco habiturus, si à consecrata manu, ipse poculum acciperet, quod Maximum Imperatorem olim noverat expectasse à beatissimo Martino episcopo.*

[illegible] Et c[illegible] quid qui[illegible] P[illegible] [illegible] pro[illegible] [illegible] [illegible], [illegible]bant a [illegible] [illegible] [illegible] por[illegible] Cu[illegible] [illegible] x[illegible] & con[illegible] tib[illegible] ut a [illegible] [illegible]ert[illegible] [illegible] quoque [illegible]em [illegible] num [illegible] [illegible] an[illegible] [illegible] manu p[illegible] accip[illegible] mi[illegible] & a[illegible] Princi[illegible] conver[illegible] [illegible] [illegible] rit[illegible] [illegible] quod ca[illegible] q[illegible] con[illegible] not[illegible] [illegible]nurere in[illegible] Deo comm[illegible]. Sur[illegible] à men[illegible] a[illegible] aula [illegible] re[illegible]edere & [illegible] [illegible]cunasta p[illegible]ur. [illegible] tamen [illegible] [illegible] mulieris, se[illegible] [illegible] recede[illegible] Ep[illegible], man[illegible] [illegible] suggeren[illegible] ne in[illegible] sua conjuge [illegible]edat. At E[illegible] ma[illegible] animi constantia: E[illegible] vero, [illegible] ô Princ[illegible] [illegible]testor Jesum spem vi[illegible] me[illegible], me [illegible] adult[illegible] communicaturum, [illegible] Ap[illegible]olo ne commisceamur fornicariis. Te vero [illegible] comm[illegible] [illegible] do[illegible] te [illegible] resipi[illegible] mo[illegible] fero [illegible] meo sane [illegible] [illegible] iram D[illegible]. Cernens era[illegible] p[illegible] ex, [illegible] v[illegible] Lambertus, [illegible] [illegible] [illegible], ne a P[illegible]no [illegible] omnia Do[illegible] [illegible], & o[illegible]um camino adden[illegible] [illegible] eum, ut ocyus eum to[illegible] è me[illegible]o. Ita er[illegible]o [illegible] co[illegible]natorum eadem & [illegible] d[illegible]men ulturus Do[illegible] totum se accen[illegible] ad perden[illegible]um san[illegible]um E[illegible]um [illegible]e Gode[illegible]s in vita [illegible] fol. 174: *A[illegible] lam parvi [illegible] nomin[illegible] minoris verò meri[illegible], [illegible] ma[illegible]um nomen, & ma[illegible]num meri[illegible]um, ex [illegible] & corpore S. Lamberti, pau[illegible] post [illegible]ram quæ Leodium di[illegible] fluvio Mo[illegible] alluitur, cum congestis co[illegible], [illegible] sa[illegible] tunc temporis morabatur.* Et fol. 175. *Pe[illegible] unus, cæteris immanior, & a[illegible] [illegible]lere, (quasi d[illegible] in loc[illegible], aliquid immemorab[illegible] sine laude, agere) [illegible] ta [illegible] fi[illegible] conscendit, [illegible] interioribus d[illegible] [illegible] ex[illegible] p[illegible]rat, [illegible] quod præc[illegible]uum scelus [illegible] obveniat, quod in la[illegible] præconio [illegible] ponat. Ad primum ictum oculorum, vidit [illegible]opum jacen[illegible]m, [illegible] crucifixum, & non reversus ims[illegible] instam in eo crucem, [illegible] m e[illegible] [illegible] cum D[illegible]o coll[illegible], ne locum nomi[illegible] nis [illegible] Tri[illegible] invocatione consecratum tran[illegible] eum [illegible]lo & [illegible] [illegible] vitæ, [illegible] et in v[illegible] m[illegible] omp[illegible]um.* In [illegible] vita S. [illegible], C[illegible] fol. 615: *Do[illegible], Dame* Tom.1[illegible] *st[illegible] P[illegible] Princ[illegible] erant et possessiones multæ, & in obsequio ejus [illegible]* Et paulo post: *Irruit, ad inter[illegible]ciendum beatissimum [illegible] Lambertum pontificem, in villa, cujus vocabulum est Leo[illegible]o, sita [illegible] flu[illegible] q[illegible] vocatur M[illegible]a.* Effigies S. Lam[illegible] [illegible]ta de[illegible] [illegible] G[illegible] [illegible]to, [illegible]: *Lambertus Pontifex [illegible]onsilio [illegible], om[illegible] sapientia do[illegible] & re[illegible] [illegible]studine præditus, fla[illegible]tur [illegible] [illegible]orum, [illegible] f[illegible], [illegible] fu[illegible] man[illegible] [illegible] cum [illegible] [illegible] arne [illegible].* A[illegible] in [illegible] E[illegible]. L[illegible] t. [illegible] 21. f[illegible] 12) [illegible] S. L[illegible] venerabil[illegible] pater [illegible], in [illegible] tri[illegible] mus: qui per omnia beati Lamberti [illegible]. & [illegible] fu[illegible] m[illegible] [illegible] con[illegible], Romam [illegible] [illegible] ru[illegible] vi[illegible] fervorem r[illegible]onis & con-*

& contemptum mundi, quem hortatu dilecti magistri conceperat, per eorum merita ad e[illegible]dum perduceret, seque Sedis præsulis oration[illegible] commendaret. Huic divina rev[illegible] Sergius P[illegible] Lambert[illegible] martyri [illegible] episcopalem, de quo v. [illegible] Miræus in Fast. Belgii, 3. Novembris fol. 6[illegible]9. *S. Hubertus [illegible] [illegible]8. Theodorico Gallia Regi balteum militarem reddidit, E[illegible] frat[illegible] juniori [illegible] patum cessit, & vitæ sanctioris studio totum se [illegible]. [illegible]mam professus, S. Lamberto, per Dodonem, A[illegible] fratrem [illegible] successor an. 6[illegible] a S. Sergio Papa est [illegible] & sto [illegible] m[illegible] decoratus. Traje[illegible]tum reversus Pipinum Heristallium monuit, ut e[illegible] de, uxorem P[illegible]rudem revocaret. Alpais itaque an. 6[illegible]8. Be[illegible] ecclesiæ, pœnitentiæ causâ, est inclusa, atque inde postea Or[illegible] tran[illegible]* Circa [illegible] tempora, *Andagine[illegible]e*, verba sunt Miræi in [illegible]. Belg. fol. [illegible] *In Arduenna, S. Ber[illegible]sus, S. Trudonis discipulus, in[illegible]avit: ut in Chronico Trudonensi ms. legitur. Id nunc S. Huberti dicitur, [illegible] cor[illegible] Waso, seu Walcandus E[illegible]opus, 824. ex urbe Leo[illegible]ensi eo transtu[illegible], & monach[illegible] pro clericis su[illegible]stituit.* Sequitur ibid. *Sub hujus seculi finem. & A[illegible]acen[illegible] manasterium, apud Hesdinum, Artesiæ opidum, per B[illegible]rtinianos monachos ædificari cœptum. A[illegible] by les Moines.* I[illegible] f[illegible]43. *Sub sexti seculi finem, & Denonsense cœnobium nobilium virginum, in [illegible] est Atrebatensi, secundo lapide a Valentianis, Hannoniæ opido, fundatum extitimo, à S. R[illegible]enfrede, prima [illegible] la[illegible] Abbat[illegible]a, [illegible] m[illegible]tre S. Re[illegible]in[illegible], quarum corpora [illegible]dem h[illegible]norifi[illegible] observantur.* [illegible] Hollandi Werenfridus, & A[illegible]elbertus, D. Willebrordi consodales. Molanus 14. Augusti ex historia in Vltraiectensi Bibliothe[illegible]ca descripta fol. 17[illegible]. vers: *In vico qui dicitur E[illegible]ste, natalis sancti Werenfridi, presbyteri, & confessoris. Qui cum B. Wille[illegible]do venit Trajectum, & primùm egregie [illegible]arsum, verbum Dei præd[illegible] [illegible]se [illegible] pois[illegible] mum apud Medenbl[illegible]k, & in Durenstadio; Postmodum [illegible] d[illegible] E[illegible] W[illegible]ebrordus, in medio insula Batuæ, quæ Rhen[illegible] [illegible]nis a[illegible]eo circumcingitur, locum ei Elste commendavit. Sed & ecc[illegible]am, in [illegible] Wester-voert, gubernandam suscepit. Cumque populum his duo[illegible] in locis, ad fidem convertisset, infinitis clarissimus miracul[illegible], tam in [illegible] quam in morte apud prænominatum vicum Vester-voer[illegible], in pace qui[illegible]vit, sed miraculosè in Elst est tumulatus, ubi de mor[illegible] ar[illegible] w[illegible]ris remediis frequentatur, in sui nominis collegiata ecclesia. Habet quoque in u[illegible] Tr[illegible]e[illegible]ensi, festum duplex, in privilegio a[illegible]um[illegible]tionis Deiparæ [illegible]nu. Cernitur ib[illegible]em ejus imago, ad ædes, quas Canonicus inhab[illegible]e fertur, inide depicta. Wester-voert est ex ap[illegible]sito Arnhemi, extra Batuam. Elste autem in Batua, ad mediam viam inter primas [illegible] urbes, Numa[illegible]am, sive N[illegible]omagum, & Arnhemum.* De A[illegible] Chronic[illegible] [illegible]m[illegible]odanum, [illegible] Bibliotheca Andreæ [illegible] tum a Swertio cum [illegible] A[illegible]eydis, fol. [illegible]. *Sanctus [illegible]us in loco, qui dicitur Egmonda, usque ad obitum suum, apud [illegible]em[illegible]am E[illegible]o[illegible]em, usque ad tempus Caroli bellicosi Ducis man[illegible]it, [illegible]m regionem ad Christianam fidem, ex magna parte perduxit, [illegible] eademque villa*

villa sepultus est. Super cujus sepulchrum fideles Ecclesiam construxerunt, quam à Danis sæpiùs constat esse destructam. Deo præordinante, cum providenti gratia inibi semper aliquis remansis, qui corpus honestè viri, honestè servavit, nec mirum, si humanis honorabatur exsequiis, qui innumeris miraculorum signis coruscabat. Molanus 25. Iunii, fol. 125. vers. *Adelbertus, primus Trajectensis ecclesiæ archidiaconus, post multorum paganorum conversionem, & laudabilem sanctæ vitæ consummationem, multis miraculis clarus, sepultus est Egmonda in Kenemeria, quæ etiam Hecmunda appellatur. Vbi sub Theodorico primo Hollandiæ Comite, corpus ejus de tumulo levatum est. Theodoricus autem junior, paternæ devotionis ferventissimus æmulator, ibidem monasterium construxit Ordinis sancti Benedicti, in honorem S. confessoris Adalberti, quod hactenus Egmond dicitur, in diœcesi Harlemensi. Hujus denique Theodorici filius, Egbertus Trevirensis præsul, per merita S. Adolberti, à valida febri absolutus, ejus vitam curavit describi, per Medelecenses cœnobitas, quæ exstat inter historias Sanctorum, mensis Iunii. Natalis enim incidit in diem vigesimum quintum dicti mensis. Est autem Egmondense monasterium, & vetustate, & dignitate, longè nobilissimum in Hollandia, in quo multi Principes tumulati, novissimam tubam exspectent, qui illud ad honorem Dei, munificè dotarunt.* Boscartius differt. 84. fol. 292. *Edelwaldum filium S. Oswaldi Regis, patrem S. Adelberti inter Reges Northumbrorum, aut Deirorum, non numerant Malmesburiensis, Huntendoniensis, Fasti Anglicani. Beda tamen lib. 3. Historia, cap. 23. Regem nominat, & in partibus Deirorum, regnum habuisse. Forsan quod potens Princeps inter Deiros esset, & proximus à Rege: solent enim Majores Principes interdum Reges, vel Reguli appellari, licet proprio Regi sint subjecti: vel quod filius Regis esset, & de stemmate Regio. Fuit verò vir pius, SS. virorum studiosus, fratres quatuor habens, omnes præclaros Dei sacerdotes, vita perfectione conspicuos, dignus tali filio pater. Kenemario potitio Hollandia inter Alemariam, Harlemum, & Leydam versus mare, ubi antiquos Caninefates habitasse, nonnullorum est sensus. Hanc S. Adelbertus Evangelicâ luce illustravit. Sub ea continetur Egmonda, insigne municipium Oceano propinquum, inter arenarios colles, portu littorali, quondam gaudens, si Cornelio Aurelio fides, in quo Divus Adelbertus ecclesiam construxit, quam solemni dedicatione sacram, augustamque reddidit D. Willebrordus, attestante Dousâ Annal. Hollandicorum metricorum, lib. 7:*

O sedes, ô Divi quondam domus Adelberti!
Guilbrordi ô privâ fana dicata manu!

Iperius de S. Bertino Sithivensi: Transiit athleta Domini nonas Septemb. anno 698. Consonat Sigebertus eodem anno: *S. Bertinus Abbas Sithivensis obiit.* Similiter Molanus. Bucherius in gestis Episc. Leod: *S. Bainus Morinorum Episcopus, cum S. Mouronto elevat corpus S. Amati, in Broylo, 4. Cal. Maij.* Huc referendum quod anno 664. superiùs attulimus de Heremaro villam suam Wormholt tradente D. Bertino, quòd præproperè antea attributum 5. Sept.

 fuerat

fuerat Childeberto, Grimoaldi filio, poſt mortem Sigeberti Regis Auſtr. ſub Clodovæo II Neuſtriæ Rege. In errorem hunc induxit nos Locrius, qui ad annum 665 Iperii locum citat anteà datum, fol. 190. & 191. ex originibus cœnobiorum Belgicorum, ordinis S. Benedicti auctore Miræo, cap. 21.

Anno 699. *Childeberti Reg. Neuſtr. II. Reg. Auſtr. nullo, Drogonis Majoris domûs Neuſtr. V. Pipini II Majoris domûs Auſtr. XII.* Leontius Aug. coactus menſe Iulio abdicavit, Imp. Tiberius Apſimarus imperat annos circiter 7. *Onuphr.* Sigeb: *Dodo interfector ſancti Lamberti, peſſimo languore cruciatus, à vermibus conſumitur, & ob intolerantiam fœtoris in Moſam fluvium demergitur; omneſque hujus culpæ complices infra annum, divinitus puniuntur. Percuſſor verò ſancti martyris, fratri ſuo congreſſus, alter ab altero perimitur.* Malè idem author hoc anno ſcribit obiiſſe Drogonem. V. anno 708.

Anno Chriſti 700. *Childeberti Reg. Neuſt. III. Rege Auſtr. nullo, Drogonis Majoris domûs Neuſtr VI. Pipini II. Majoris domûs Auſtr.*
Cap. 11. *XIII. Venerabilis Præſul Wulfrannus*, inquit Ionas, author coætaneus in ejus vita, apud Surium. Mart'j 19. fol. 213: *Cum tenuiſſet pontificatum Senonenſis urbis, cum licentia Regis Childeberti, & Pipini principis, ad prædicandum præfatæ Friſonum genti, ſicuti divinitus ſibi fuerat revelatum, animum convertit, qui erat annus Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimus, Pipini quoque principis annus XIII. Quod opus*
Cap. 3. *per annos quinque infatigabiliter peregit.* Ibid. fol. 211. *Nunc intimandum, qualiter dictus ſanctus præſul, ex præfata Friſonum gente, plurimam prædicando converterit partem ad Chriſtum. Siquidem ad præfatum Fontanellenſe monaſterium perveniens, de eodem loco cooperatores verbi, ſtrenuos, & ad prædicandum idoneos, utpotè actione ſimul, & eruditione præclaros aſſumens, preparatis omnibus, quæ navigantibus neceſſaria eſſe videbantur, in portu ejuſdem monaſterii, navim aſcendit, & per fluvium magnum Sequanæ, mare introiens Gallicum, navigavit in Friſiam, & genti illius, ac Duci ejus Radbodo, verbum Dei annunciabat, dicens, Deos non eſſe, qui manibus hominum facti eſſent: Dei materiam, lignum, vel lapidem, eſſe non poſſe: quorum reciſuræ, vel igne abſumerentur, vel in vaſa qualibet, humano uſui neceſſaria formarentur, & pedibus conculcata, in terram verterentur; Deum potiùs intelligendum majeſtate incomprehenſibilem, humanis oculis inviſibilem, omnipotentem, æternum, qui cælum, & terram, maria, & humanum genus creaſſet, regeret, & judicaturus eſſet orbem in æquitate: cujus ſedes æterna, non in vili, & caduco metallo, ſed in cælis eſſet credenda. Hæc, & his ſimilia proſequente inclyto Chriſti ſacerdote, unà cum comitibus, libenter audiebatur, multique quotidie nobilium, & infimorum, abrenunciatâ ſorde idololatriæ, fidei fonte abluebantur. Nec prohibuit prædictus Dux verbum, ut ſi, qui vellent audire, prædicarentur, inter quos, & filius prædicti Radbodi ducis credens, baptizatus eſt, impoſito ſibi nomine ſui genitoris, à præfato pontifice, & ab eo de ſacro fonte ſuſceptus, adhucque in albis poſitus, carne ſolutus, mundus, ut creditur, tranſivit è mundo.* Et poſt pauca ibid:

Ejuſdem

Ejusdem patris memorabile miraculum, sicut ab eis dedicimus, coram quibus factum est, ob ædificationem posterorum narrare, cur pigeat? Prædicante enim illo, & docente prædictum populum Frisonum, contigit quadam die puerum quendam ex ipsa gente Frisonum ortum, diis immolandum, duci ad laqueum. Orabat autem S. pontifex incredulum Ducem, ut hujus pueri sibi vitam donaret, nec hominem ad imaginem Dei factum, sacrificium execrabile dæmonibus immolaret. Vocabatur autem idem puer Ovo. Respondebat autem Dux patrio sermone, decretum esse lege perenni olim à prædecessoribus suis, omnique Frisonum gente, quemcumque sors elegisset, in eorum solenniis, diis offerendum, sine mora. At verò sanctus præsul, dum persisteret in precibus, & præfatus populi princeps ejus dignæ petitioni, satisfacere vellet, animosi gentiles, zelo vani errores devicti, sicut scriptum est: Zelus apprehendit populum ineruditum: unanimes frustrabant ejus precem, dicentes: Si tuus Christus de tormento mortis eum eripuerit, sit tuus, ejusque ævo perenni servus. Ad hæc S. pontifex non hominum, inquit, in hoc facto, sed Domini Christi fiat voluntas. Appenditur denique puer in patibulo, adspicientibus Christianorum, simulque gentilium turmis, per duarum ferè spatium horarum. Extemplò sacerdos Domini pro salute, & vita non solum illius, qui in tormento erat mortis constitutus, verum etiam pro obcæcatione populi, qui satanæ vinculis irretitus erat, flectens genua, hanc ad Dominum fudit orationem: Deus invisibilis, immortalis, & æterne, exorabilis tuis esto supplicibus: & sicut quondam Danielem liberasti de lacu leonum, ita hunc puerum, de faucibus eripe, illius sævi leonis, qui circumiens, quærit, quem devoret: ut de illius duplici salvatione populus hic incredulus, depositâ sorde idolatriæ, ad veritatis convertatur agnitionem, & per cunctas generationes, nomen tuum benedicatur in sæcula. Hac completâ oratione, ilico disrupta sunt vincula, quibus semivivi pueri guttur illigatum fuerat: sicque illæsus in terram ruit. Videbatur autem illi, ut post ipse narrabat, quasi sopore gravi teneretur oppressus, sanctique pontificis zonâ pectore circumligatus, sublevaretur omnis corporis status. Apprehensâque ejus manu, pontifex sanctus ait: In nomine Domini Iesu Christi exurge concite sanus. Quo dicto, ilico incolumis surrexit, nullum illatæ sibi pœnæ sentiens dolorem. atque ex hoc facto plurima Frisonum multitudo conversa est ad Dominum: credebantque, & baptizabantur, quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Prædictus autem Ovo, lavacri salutaris undâ perfusus, atque à præfato pontifice, Fontanellam perductus, literisque sacris eruditus, posteà diaconus consecratus, deinde sequenti tempore, à venerando pontifice Reginaldo urbis Rhothomagensis, presbyter ordinatus. Et quia erat in scriptoria eruditus, plurimos codices in prædicto scripsit monasterio, sed, & testamenta, & largitiones fidelium plurimas, quas ipsi loco felici munere conferebant. Ibique magno confectus senio, sub Ostrulphi Abbatis tempore, vitam Deo dignâ conversatione terminavit, magistri, & domini sui Vulfranni sacerdotis eximii imitando vestigia. Id [illegible] ex relatione ipsius Ovonis, se audivisse, scribit, in prooemio ejusdem vitæ, Abbati Fontanellæ Baino, de-

Cap. 6. dicatæ, his verbis: *Reverendissimo, atque sanctissimo Præsuli urbis Tarnana, Abbatique cœnobii Fontanellæ, Baino, ultimus servorum Christi servus Ionas. Iubet Apostolatûs vestri Celsitudo, ut almi patris, Senanum Archiepiscopi, meo studeam stylo condere vitam. Qui tempore regiminis sancti Ansberti abbatis Fontanellensis cœnobii, futuri præsulis Rothomagensis ecclesiæ, hoc adiens cœnobium, abruptis sæculi laqueis, militiam Christi perseverandi definitione suscepit, atque ad prædicandum Frisonum genti, eatenùs in ignorantiæ cæcitate sedenti, evangelii ministerii opus assumens, animum convertit. Nam penes nos superstes manet venerabilis vitæ presbyter, Ovo, ex ipsa Frisonum natione oriundus, qui vivâ voce narrat, quanta per eundem Pontificem sanctum, in eadem gente, Christus virtutum miracula operari sit dignatus.* Pergit Ionas cap 6. ibidem fol. 212. *Alios quoque duos adolescentes ex ipso Frisonum genere, qui similiter ritu profano dæmonibus erant immolandi, quorum unus vocabatur Turinus, alterque Ingomarus, deprecante claro Pontifice Vulfranno, præfatus Dux vita donavit, & eidem gratuito munere contradidit. Qui divinis mysteriis imbuti, atque in Fide confirmati, in sanctæque Trinitatis nomine baptizati, & à dæmoniaca servitutis jugo erepti, libertate perenni donati sunt. Sicque à prædicto pontifice, Fontanellam perducti, Hildeberto Abbati educandi traditi sunt. Qui sacris litteris & cœlesti disciplinâ eruditi, sub regimine, & dominio ejusdem cœnobii, usque ad vitæ suæ metas permanserunt.* V. ibidem plura admiranda, quæ Deo operante perpetravit S. Wulfrannus, ad Frisonum duritiem emolliendam. De nobili S. Wulfranni prosapia, sic habet idem author, cap. 1. fol 211. *Exordium nativitatis in territorio Vastinensi habuit, patrimonio nuncupato Mauriliaco. Fuit enim carnis origine nobilis, sed culmine mentis nobilior. Genitor quoque ejus, Vulbertus, in aula Regis Dagoberti, & filii ejus Clodovæi, militari operi ævum impendit: prædictus verò Dei famulus, in puerili ætate constitutus, ab ipsa, magistris catholicis traditus est, sacrarum literarum studiis inbuendus. Qui per omne pueritiæ vel adolescentiæ tempus exercens, usque ad virilem ætatem, ab hac intentione, animum non reflexit. Ex increscentibus meritis piæ intentionis, clericatûs habitum sumens, parentum hortatu, ac suffragii adminiculo fultus, in aula Regum juniorum Lotharii, & Theodorici, ecclesiastici ordinis cura delegatus, divinis studebat attentissimè inservire edictis, terrena videlicet transiliens, atque ad cælestia semper amanda, petenda, & quærenda, pervolans. Sub horum tempore Regum, electione populi Senonicæ urbis, consensuque, ac favore omnium, Pontifex eligitur, & benedicitur.* S. Wulfranno, S. Gengulphus scribitur fuisse in Frisia consodalis, ut est in veteri Hollandiæ chronico vernaculo, divisione 3. cap. 27. unde Molanus in fast. Belg. die 11. Maij, fol. 90. vers. *Legitur in vernaculis Hollandiæ chronicis. Wulfranno episcopo, Frisiis Christum annuntiante, S. Gengulphum equitem, & Burgundiæ Comitem, auctoritate, & mandato Regis Pipini, potentiâ sæculari cooperatum fuisse, eumque ob id, toto anno resedisse in Medenblic, & Episcopo petente, prima jecisse fundamenta Ecclesiæ in Oostwoude.* Addit

idem

Addit idem chonicon cap. citato, exoptasse aliquando S. Gengulphum, ut vel in Daniam usque, bona cum S. Vulfranni venia proficisci sibi liceret, ad martyrii palmam, pro conversione infidelium, promerendam, S. verò Vulfrannum ei respondisse. futurum id aliquando, sed alio loco, aliaque ratione; & paulò post, relicto Wulfranno, eum in Burgundiam, (quam het Walsche-landt author appellat) recessisse. Eo in itinere procul dubio S. Gengulphus, & Friam, seu Frisiam Flandricam invisit, ac Brugense, & Gandense Burgum, adsitasque Burgo utrique regiones, quorum variæ S. Gengulphum colunt patronum; atque imprimis ecclesia perantiqua parochiæ Ronselensis, propè Somergemium, cujus exstructorem fuisse S. Gengulphum, ex constanti traditione, retulit mihi nobiliss. D. Iacobus Adourne, ejus loci Toparcha; & rudera veteris ecclesiæ, adhuc exstantia, è lapide prorsus impolito, satis demonstrant ejusdem antiquitatem. Ionas ea quæ suprà scripsit, sub Pipino Rege contigisse affirmat, malè *Regis* nomine utens, pro *Ducis*; neque enim ad ætatem Pipini III pervenit. Ab adultero uxoris occisus, ut loquitur Molanus fol. 90: *Martyr migravit, & ab amitis suis Wildetrude, & Wildegosa, Varennæ est sepultus, in basilica, quam ipse construxerat, & dotaverat, in honorem sancti Petri. Indignam autem cadem cælestis vindicta est obsecuta. Nam clericus (adulter) cum facibus corporis, viscera etiam sua, in cloacam deposuit. Vidua verò, qua impurè dixerat, corpus Gengulphi. miracula non aliter edere, atque suum anum, inaudito divinæ animadversionis exemplo, obscænos crepitus, quoad vixit, edidit frequentissimè. Hæc ex historia diximus: quam etiam in carmina redegit Rosuidis, abbatissa Gandersheimensis. Hæc autem hæc adferenda putavimus, quia reliquiæ hujus martyris, multis miraculis claruerunt, in parochiali, & collegiali ecclesia sancti Gengulphi, oppidi Florinensis. Vnde dictæ ecclesiæ fundationem, & patroni miracula, peculiari libro Gonzo, quartus abbas monasterii sancti Ioannis Baptistæ Florinensis descripsit. Et natalem celebrant, hac die: adventum verò reliquiarum, sexta Augusti. Quas tamen dolent sibi anno quinquagesimo quarto, aut incendio, aut direptione periisse, in bello Henrici Regis Galliarum.* Fast. Mir. fol. 278. *S. Bonifacius presbyter creatur*, ex chronologia Nicolai Serarii, in historia sua Moguntina. Chronicon Marchianense, apud Beauchamps, fol. 452. *Clotsende igitur, filiâ beatæ Rictrudis, abbatissâ Marchianensi defunctâ, ab anno Domini 700. usque ad 1024. annum, per sanctimoniales est administratum cœnobium. Per tam longa temporum spatia, magnam rerum suarum jacturam pertulit Marchianensis Ecclesia, per fœminarum mollitiem; per barbarorum, & Northmannorum invasionem; per principum, & tyrannorum avaritiam, qui ecclesiæ agros, injustè, & violenter, suis agris copulaverunt.* Locrius fol. 81. *Anno 700. florent sancti Luglius, & Luglianus fratres, Hybernorum hic Rex, iste Archiepiscopus; qui, Theodorico Baino, Morinorum episcopo sedente, religionis ergò, patriâ emigrantes, Bononiam appulerunt, ubi signis variè, & splendidè editis, Ternanam concedentes, eandem*

dem ab incendio mirabiliter eripuerunt. Tum ex eorum vita, [illegible] a ab Andrea Herbio Canonico Attrebatensi: *Ad vallem, quæ Sytiedala dicitur, quatuor ab urbe Morinorum Teruannâ interpositis milliaribus, cantando per devia nemora, & inculta loca pervenerunt. Illis verò diebus, totius Morinensis Pontificatûs territorio, à Wandalorum exercitu depopulato, rari remanserant coloni: & qui supererant, magis in latrocinia, quàm in terræ culturâ, corpora sua exercebant. Tunc temporis enim tres fratres, latrocinio insignes, in prædicto territorio habitantes, unus videlicet Bovo, apud Butnetum: alter verò Esceelmus, juxta Fracsagium habitans; tertius scilicet Berengerus, secus villam Percetum nomine, refugium habens, in saltibus satellites plurimos habebant. Quos die, ac nocte, ad custodienda nemora, & viarum transitus mittebant, ut pertranseuntes vestibus, & aliis, quæ ferrent, despoliarent.*

Anno Christi 701. Childeberti Regis Neust. IV. Reg. Austr. nullo, Drogonis Majoris domûs Austr. VI. Pipini II Majoris domûs Austr. XIV. Sergius Papa obiit 6. Id. Sept. vacat sedes mens. 1. dies 20. Ioannes VI. creatus 4 Cal. consecratus 3. Cal. Novemb. sed. ann. 3. mens. 2. dies 3. *Onuphr.* Circa hoc tempus Childebertus Rex uxorem duxit, cujus nomen nondum memini me legisse, è qua natus ei fuit Dagobertus II, ejus in regno successor anno 711, aut 712. Liber argenteus MS. S. Amati apud Colven. in chron. Cameracense Balderici, fol. 408 *Anno 701. obiit S. Maurontius Levita. Anno* videlicet *IV. Childeberti Regis*, ut suprà attulimus è
Fol.233. chronico Marchianensi, ad annum 690, postquam monasterium Marchianense, per duodecim annos strenuè administrasset. Hoc anno Irmina, fundatrix & Abbatissa Horreensis apud Treviros, dat S. Willebrordo medietatem fisci Epternacensis, unde exstat hoc diploma apud Miræum: *DOMINO SANCTO AC VENERA-*
Notit. Eccles. c. 11. f. 16. *BILI IN CHRISTO PATRI WILLEBRORDO EPISCOPO IRMINA IN CHRISTO DEO SACRATA ABBATISSA. Dum ab omnibus non habetur incognitum, quod ego, suspirante misericordiâ Christi, pro consilio virorum Apostolicorum, patrum nostrorum, domini Basini, & domini Lietvini, Episcoporum, seu & pro consensu sororum nostrarum Christo servientem, quæ nobiscum sunt congregatæ Basilicas in nomine S. Trinitatis, vel in honore gloriosissimi virginis Mariæ, genitricis Domini nostri Iesu Christi, seu & beatissimarum Apostolorum Petri & Pauli, vel cæterorum Sanctorum, in villa mea propria, quæ vocatur Epternacus, sita super fluvio Sura, seu & monasteriolum ibidem, ad monachos peregrinos conversandum, pro divino respectu, vel pro animæ meæ remedia construxi: idcirco dono vobis, donatumque esse volo, memoratas basilicas Sanctorum, ad gubernandum vel dominandum. Item dono vobis, ad supradicta loca Sanctorum, portionem meam in ipsa villa Epternaco, hoc est, quantumcumque ex successione paterna vel materna mihi obvenit, tam in domibus, quàm ædificiis, mansis, mancipiis, vineis, campis, pratis, silvis, seu & pastores vaccarios, porcarios, vervecarios cum gregibus eorum, vel cum appendiciis suis; exceptis hominibus illis, quos per e-*

pistolas

pistolas nostras ingenuos relaxavimus. Similiter dono vobis, ad suprà dictas basilicas, vinea pedecuram unam in monte Viennensi, cum vinitore, nomine Alitfrido, cum omni peculiari suo. Actum Treveris, sub die Kalend. Novembris, anno IV. domini nostri Childeberti Regis. Ego Huncio in Christi nomine presbyter hanc chartulam donationis, jubente dominâ meâ Irminâ, perscripsi: & ipsa subtèr manu propriâ, unâ cum testibus, firmavit, & qui subscripserunt, in præsenti rogavit. Ego Irmina in Christi nomine hanc donationem relegi. Basinus Episcopus. Leodowinus Episcopus. Theodefridus presbyter. Waltharius diaconus. Gangbertus presbyter. Hudobertus presbyter. Theofridus abbas Epternacensis in Historia vitæ S. Willebrordi, quam Epternaci, & apud se, manu scriptam exstare refert Miræus in originibus cœnob. Benedict. Belg. cap. 22: *Dux excellentissimæ generositatis Pipinus, cum Blittrude contherali sua, æquè generosis orta natalibus, tertio Idus Maij, anno duodecimo Childeberti gloriosissimi Regis, dedit B. Willebrordo Epternacensis fisci medietatem integram, à Theodardo, egregii Ducis Theotharii filio sibi traditam. Irmina verò, Dagoberti Regis filia, hereditario jure, possessam, cum omnibus appenditiis, & adjacentiis suis, cum villa montis, sita in pago Tulbiacensi, in Kalendis Decembris addidit partem alteram.* Sic & utramque donationem adfert Wilhelmus Heda, fol. 27. ex Bochelii editione. Hæc verò Irmina, an Dagoberti I, filia sit, an verò Dagoberti II, filii Childeberti, inter Historicos non exigua concertatio est. Coccius in Dagoberto Rege, Argentinensis episcopatûs fundatore, eam semper appellat filiam Dagoberti primi, ex hoc ejus epitaphio, reperto in monasterio Weissenburgensi, in Alsatia inferiore: *Hic reconditum est integrum corpus B. Irmina virginis, filia Dagoberti Regis Francorum, fundatoris hujus monasterii.* Cap. 18. fol. 269. Adducit & diploma Regis Dagoberti, quo fundat, & dotat monasterium Weissenburgense, anno regni sui XIII. Verum, ut alibi scriptum, diplomata ista mihi sunt suspecta, quod capite, & calce, ab authenticis soleant differre; Trithemius quoque filiam facit Dagoberti primi, cujus verba hæc adducit Boschartius differt. 99. fol. 341: *Irmina virgo sanctissima conversationis, una ex filiabus Regis Dagoberti (primi) fuit, & Regum prædictorum (Clodovai, & Sigeberti) soror; huic pater adhuc vivens in urbe Trevirorum, in palatio suo antiquissimo, quod Horreum vocabatur, monasterium puellarum, sub regula S. Benedicti, ecclesiam in honorem B. Mariæ semper Virginis construxit, in quo congregationem monialium posuit, quibus matrem, & Abbatissam dedit eandem filiam suam, quæ multis in vita, & post obitum virtutibus, & miraculis claruit, cujus venerabile caput in Abbatia Spanheimensi habetur.* Huic volunt obstare diploma Leonis Papæ II. anni circiter 682. quod ex archivis Horreensis monasterii adfert Miræus lib. 2. dipl. Belg. fol. 243. ubi legitur: *Post discessum B. virginis Irmina.* Cap. 3 Integrum illud ita se habet: *EGO LEO VICARIVS S. PETRI PRINCIPIS APOSTOLORVM, meritis quidem impar, vice tamen ipsius, dignitate Romani fungens præsulatus, cœnobium Horreense,*

rienſe, à Modoaldo Treverorum Archiepiſcopo, ſubminiſtrante beatâ Modeſtâ, filiâ ſororis ejus, è regalibus horreis, à quibus & nomen accepit, ad divini cultûs officium reſtaurandum, poſt diſceſſum beatæ virginis Irminæ, quæ prima hunc locum provehendum ſuſcepit, tantâ reverentiâ, & honore opprimè donatum accepimus, ut matre iſtius congregationis vitâ excedente, nulla ab extraneis quocumque modo, ſed una ex ipſis ſubrogetur, Principibus eccleſiæ Treverenſis, ex conſulto faventibus, ſororibus electione potitis, ipſo quoque Præſule devotè annuente. Quod tantâ auctoritate ſubnixum, ut in æternum ſtabile permaneat, & fixum, in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, ſanctique prædeceſſoris Petri, & omnium electorum Dei, æterno ſervetur damnandus judicio, ſi quis Prælatus tanto hîc commorantes exinaniverit privilegio. Fiat, fiat, amen, amen. Poſt diſceſſum, hic interpretor: *poſt abitionem, ad aliud monaſterium*, nam more phraſi Pontificiâ hîc dicitur *vitâ excedere*, non *decedere*, & frequentia tum temporis monaſteria, baſilicæ multæ, condebantur à Dagoberto, Irminâ procurante, quæ, quia fundatrix, eorum Abbatiſſa dicebatur. Ita in eodem diplomate, aliæ baſilicæ dicuntur, conditæ: *In nomine Trinitatis*, aliæ: *in honore glorioſiſſimæ Virginis Mariæ*, aliæ: *beatiſſimorum Apoſtolorum, Petri, & Pauli, vel cæterorum.* Quamquam verò Irmina Abbatiſſa eſſet, nullis tamen votis adſtringebatur, unde apertè ſcribit: *In villa mea propria, &c.* Neque perpetuò eodem loco cogebatur reſidere, unde ſuprà ſcribitur Weiſſenburgi tumulata. Boſcartius differt. 99 fol. 349: *Ex hac donatione Irmina, ſuâ propriâ, & ſuapte auctoritate donantis, apparet, vel fuiſſe Abbatiſſam commendatariam, non religioſam, per tria vota eſſentialia, quales etiam priſcis ſæculis inter nobiles inveniebantur, vel coluiſſe inſtitutum Canonicum, in quo ſervatâ proprietate, in communi victu Deo ſervitur, ad normam Clericorum, in communi degentium, cujus normæ cœnobia ſæculum ſeptimum, & octavum amaſſe ſuprà diſſertat. octuageſima demonſtravimus: & hodie ſuperſunt Montibus Hannoniæ, Malbodii, Nivellis, Andaini, Suſtris &c. quamquam antiquo vivendi ritu non parum demutato.* Notandum, & Modeſtam, quæ abſente Irminâ, monaſterium gubernabat, nequaquam à Leone Pontifice nuncupari Abbatiſſam. Itaque vixerit adhuc Irmina tempore Willebrordi ſeptuaginta circiter annorum, cum recitatum diploma ſubſignavit, & Treviris ante mortem conceſſerit Weiſſenburgum. Frivolum omnino eſt, quòd eam quidam ſtatuerint filiam Dagoberti II, qui vixdum hoc anno fuit natus.

Anno Chriſti 702. Childeberti Reg. Neuſtr. V. Reg. Auſtr. nullo, Drogonis Majoris domûs Auſtr. VII. Pipini II Majoris domûs Auſtr. XV. Drogo ſedecim annos natus, ducit uxorem, quam chronicon Marchianenſe vocat *Auſtrudem, filiam Waratonis, quondam Majoris domûs Regis Hilderici.* Sub hoc Childeberto ſcribunt plerique Atrebati enutritum S. Vigorem. De quo ſic Miræus in Faſt. Belg. fol. 644: *In territorio Atrebatenſi natus, Childeberto Francis imperante, inter monachos Vedaſtinos, Atrebati eſt educatus. Pòſt Baioca, in*

Gallia

Gallia factus Episcopus, in monte Chrismati, basilicam edificavit; in qua, & conditus fuit. Idem habet latiùs Molanus, ubi ad editionem anni XVI. additur: *Agit de eo Arnoldus Wion l. 2. ligni vitæ, cap. 38. ubi dicit floruisse circa annum Domini* 560. Locrius de eodem agit circa annum 700. Apud Surium editionis Coloniensis, anni 1617 vixisse scribitur circa annum 600, at è vita ejus, apud eundem non est, undè quid certi colligatur. Vide alibi à nobis adnotata. Miræus in Fast. Belgii, fol. 633: *Oda, Boggis, Aquitanorum Ducis vidua, & S. Huberti Leodicensis Episcopi amita, an. 702. claruit, variasque ecclesias, suâ ditavit munificentiâ. Quiescit in vico Amaniensi, ad Mosam fluvium, primo lapide ab Huio, Leodicensis ditionis oppido, in collegiata Canonicorum S. Georgii æde, à se fundata. Ibidem quiescit B. Pompeius sacerdos, qui S. Odæ sacellanus fuit.* Teofridus postquam cap. 12. egit de oppido Epternacensi tradito S. Willebrordo, subdit cap. 13: *De adventu ejus in insulam Walachriam, ubi custos delubri eum vulneravit, ob destructum idolum, qui vexatus à dæmone per triduum, in æterna damnationis præcipitatus est baratrum.* Vnde credibile, hoc demum anno Willebrordum in Zelandiæ præcipuam insulam Walachram appulisse, non verò anno 694. ut habet Rhytmus vernaculus Stockii, quem citavimus in additionibus ad lib. 2. prod. Qui Willebrordum non nisi semel, notat in Frisiam venisse, ex Britannia, videlicet Westcappellam Walachriæ; cum certum sit, eum primâ vice anno 692. navi ex Anglia delatum in medium Rheni ostium, rectissimo itinere, Lugduno, vetus Trajectum usque; ut ostensum fol. 245. Secundâ vero vice anno 694. Româ redux, per Galliam, (invisâ fortaſsis etiam Britanniâ) in portum Iccium Britanniæ oppositum, & Gravelingam; ut dictum fol. 246. unde Brugis, Casanto, Oostburgo, Aldenburgo, Isendicâ, Quatuor officiis, Wasiâ, peragratis, venit Antuerpiam, atque inde per Campaniam Brabanticam, Trajectum Mosæ, ad S. Lambertum, ac denique Heristallum, ad Pipinum; à quo Trajectum vetus, Regis Frisiæ sedem, iterum missus, tantam messem invenit, ut illi parti Frisiæ citerioris, quæ nunc appellatur Hollandia, Vltrajectum, Geldria, Transisalana, &c. vicinisque locis, fidei lumine illustrandis, octo annos impenderit. Quibus expletis navi per litoralem Oceanum delatus (neque enim Hollandia, & Zelandia, ita aquis abundabant, & transmeabiles erant, ut nunc) applicuit se Walacriæ insulæ, ad eam partem, ubi posteà urbes Westcapella, & Domburgum appellatæ: universamque insulam, in qua nunc florentiſsimæ urbes: Vlissinga, Middelburgum, Vera, non multo spatio Christo lucratus est; ubi dejectis statuis Mercorii, Iovis, Neptuni, Herculis (quos Deos, à Romanis edocti, eo loco veteres Franci dudum coluerant) ac nominatim Deæ Nehaleniæ .i. novæ Lunæ, quæ perculiaris fuit Francorum, in templum, à se Domburgum .i. Burgum Dominicum, appellatum, intulit reliquias Sanctorum; de quibus fusè egimus, ex Beda, aliisque

Fol. 66.

aliiſque, in additionibus Flandriæ Ethnicæ ad calcem lib. 2. prodromi, fol. 44. uſque ad fol. 73. ubi varias Deorum ſtatuas, ac præſertim quatuordecim Deæ Nehaleniæ, edidimus, in æs inciſas; anno 1647. 5. die Ianuarii, mari præter ſolitum retrocedente, & Euro flante arenis diſperſis, primùm repertas. Porrò Walacras tum temporis Friſiæ nomine cenſitas, multiſque annis ſequentibus, docet nos Stockii rhytmus, ibidem citatus:

Die eerſt bekeerde
De Vrieſen / ende 'tgheloove leerde /
Tot Weſtcappelle .i. *Primò convertit Friſios, & Fidem docuit Weſtcappella.* V. quæ ante dicta, in addit. fol. 66. 67. &c. Sed & Friſios, vulgò Vrieſen/ eoſdem eſſe, quos Vrios, De Vryen/ in Flandriâ vocamus, ſumptâ utrobique à libertate denominatione (ut videlicet ex Vrij/ .i. *liber* adjectivè, factum ſit; Vrij/ & Vries ſubſtantivè, .i. *Homo liber*, unde & *Vria*, ſive *Fria*, & *Friſia* .i. *terra libera*) docet nos idem rythmus, citato loco, ad-
Fol. 66. ſtruens D. Willebrordum, verbum Dei annuntiaſſe:

Vanden Weſten van Vrieſlandt /
Ooſtwaert / door die Landen rechte /
Ontbiet dat hy quam t'Wtrechte /

.i. *Ab Occidentali parte Friſiæ, in Orientalem, per terras rectà, donec veniret Vltrajectum.* Videlicet à Gravelinga, extima Vriæ parte, quæ hodieque Het Weſtquartier / .i. diſtrictus Flandriæ occidentalis nuncupatur, ad Friſiam uſque orientalem, quæ nunc Hollandia, cujus partem tranſeundo, rectà veniebat Vltrajectum. Hinc notavimus alibi, vetus eſſe apud Hollandos proverbium:

Staet te Haerlem op het ſandt /
Ghy worpt een koe in Vrieſlandt.

.i. *Stans Harlemii in arena, projicis vaccam in Friſiam.* Quo Hollandia ipſa notatur eſſe Friſia, & hoc ævo ita appellata. Atque
Suprà fol. 244. hæc quidem diviſio Friſiæ citerioris, Bedæ Anglo etiam cognita, in occidentalem, & orientalem. Friſia quoque ulterior, ultra Flevum, tertium Rheni oſtium; videlicet, quæ nunc Friſiæ nomen etiamnum retinet, in tabula geographica Ortelii, dividitur in Occidentalem, ad Staveram, & Leeuwardiam, atque Orientalem, ad urbem Embdam. Neque aliunde, Hornani, Enchuſani, &c. hodieque Weſt-Friſii dicuntur, quam quod olim Rheno tantum flumine, ejuſque oſtio, à Stavera diviſi, reſpectu Embdæ, Occidentales eſſent. Affectarunt autem hi populi (primi Franci antea appellati cùm Romanos, Boloniâ, Veroviaco, Tornaco, Cameraco, Atrebato, expulerunt, Francorum nomine, latè per totam Galliam, cum regno Francico invaleſcente) Vriorum, ſeu Friſionum, aut Friſonum nomen, quod illud, æquè, ac Francorum, eſſet à libertate profectum. De quibus vide plura libro præcedente, cap. 5. 6. 22. 24.

Anno Chriſti 703. Childeberti Reg. Neuſtr. VI. Reg. Auſtr. nullo,

Drogonis

Drogonis Majoris domûs Austr. VIII. Pipini II Majoris domûs Austr. XVI. Chron. Marchian: *Ex Austrude, Drogo filium suscipit nomine Hugonem.* Annales Merenses, anno 693. tom. 3. Chesne fol. 266: *Austrudem* vocat *derelictam Bertarii, qui de Textriciaco prœlio, ut superius retulimus, aufugerat, nec multò post, à suis interfectus interierat.* Pergunt iidem Annales: *Hæc Drogoni peperit filium, quem vocavit Hugonem. Hunc religiosa, & strenua matrona, Ansfredis avia suo, relicta uxor siquidem Waratonis, ad nutriendum susceperat. Hæc igitur prudentia, & provida industria spiritu pleno, animum pueri cottidianis ammonitionibus corroborabat, ut sese, cum omnibus, quæ habebat, Dei servitio manciparet. Vnde factum est, ut sacrarum litterarum studio imbutus, cunctos suos sapientiâ, & religione anteiret. Secundumque sanctam suggestionem præclara nutricis sua, cœpit terrena cuncta despicere, & ad regna cœlestia viriliter anhelare.* Ibidem Drogo, dubito an rectè Dux Burgundionum appelletur, & an Rhemi, & Senones pertinuerint ad ejus Ducatum. Vide aliam Ducatûs Campaniæ interpretationem, anno 694. suprà fol. 255. Hoc fermè tempore, *Et Grimoaldus*, Drogonis frater, *ex quadam concubina, genuit filium nomine Theodoaldum*, teste Fredegario, Chesne tom. 1. fol. 769. Meyerus in annalibus, hoc anno: *Vulferus vir nobilis attribuit Winoco Abbi Woromholtensi, Vulferisele pagum.* Sub hoc tempus ad Hunocurtense monasterium hospites advenıunt ex Anglia, S. Liefardus, ejusque sorores, Valeria, & Polena; ubi post vitam sanctissimè exactam, cælo animam reddiderunt. Polenæ sic meminit Baldericus l. 2. cap. 10: *Transeamus ad monasterium sancti Petri, in villa Hunulcurt, ubi sanctam Pollinam requiescere, scripto reperi. Hoc nimirum illustris vir, Amalfridus nomine, cum uxore Childebertana, fundavit, deputatisque sanctimonialibus, filiam suam Aurianam præfecit, fuitque olim religione florens, & opibus, nunc autem, postquam viris militaribus beneficiatum est, ad paucos Canonicos derivatur.* Addit Miræus in Fastis Belg. fol. 582: *Canonicis posteà successére monachi Benedictini, qui, hodieque locum illum obtinent; & multis sæculis adservarunt corpus S. Liefardi Episcopi, & corpora sororum ejus SS. Valeria, & Pollina, seu Pollena; sed an. 1558. sævientibus bellis, omnia perierunt. Illorum tamen hodieque commemorationem in Officio Ecclesiastico faciunt, ut & S. Valeriam Canonici metropolitani Cameracenses celebrant per Collectam.* V. & Colvenerium in Balder. quæque antea à nobis dicta sunt, fol. 254. anno 694. Obit Sigefridus maritus Bertæ, frater Erchenoaldi Majoris domûs, & Adalbaldi mariti S. Rictrudis, postquam viginti annos matrimonio sanctè impendisset, de quo v. suprà anno 683. fol. 219; quem locum Chesne è vita S. Berthæ; hunc in modum prosequitur, fol. 665: *Fuit autem Dei electa Bertha unà cum Domino suo annis XX. mundiali Domino castis amplexibus adhærens. Nata sunt autem ex ea filia quinque. Prima Gertrudis, secunda vocabatur Deothilo, tertia Emma, quarta Gesa, quinta nuncupabatur Gesta. Completo autem vita cursu, dominus Sigefredus obiit, feliciter migrans ad Dominum*

Fol. 648. Cap. 102. 8. Octob. Tom. 1.

num. Sepultuſque eſt honorificè juxta Eccleſiam ſuam in villa ſua Blanziaco. Tum verò beatiſsima Bertha totam ſpem ſuam, Deo committens, ad omnipotentis Dei ſervicium ſe contulit, preciaſiſsimos apparatus depoſuit, ac ſacro ſe ſanctimonialis habitûs velamine, velare non diſtulit. Tunc etiam divinitus admonita ſagaci animo cogitare cœpit, qualiter in ſua poſſeſsione potuiſſet conſtruere Eccleſiam, in honore Ieſu Chriſti Domini noſtri, ejuſque genitricis beatiſsimæ, ſemperque Virginis Mariæ.

Anno Chriſti 704. Childeberti Regis Neuſtr. VII. Reg. Auſtr. nullo. Drogonis Majoris domûs Neuſt. IX. Pipini II Majoris domûs Auſtr. XVII. Drogoni, hoc, aut ſequenti anno, naſcitur filius natu ſecundus, ſi verum ſit quod habent Sanmartani fratres, quatuor ei filios ex Auſtrude genitos, ante obitum ejus fuiſſe, qui incidit in annum
5. Iunij, fol. 278. 708. Miræus in Faſt. Belg. ex Serario in hiſtoria Moguntina: *S. Bonifacius presbyter creatus anno 700. in Friſiam, evangelii prædicandi causâ, primùm venit ann. 704.* ubi, ut notat Boſcartius fol. 362. Diſſert. 103. ex Othlono, *manſit per duodecim annos, quibus non ſolum tyrocinia Apoſtolatûs, ſed eximia Apoſtolica facta edidit.* Circa hæc tempora quoque S. Hubertus, ut habet author vitæ ejus
3. Novẽb. coætaneus, apud Sur. fol. 14. apud ſubditos ſuos: *Inſtabat prædicans opportunè, importunè: tantaque eum gratia verbi, & dulcedine ſermonis, virtus Spiritûs ſancti donaverat, ut non modo è vicinis, verùm etiam è longinquis, & à ſe valdè ſemotis locis, ad eum populi concurrerent, ac de poteſtate faucibuſque diaboli ſe erui, atque in regnum Chriſti, gremiumque ſanctæ Eccleſiæ, per baptiſmi gratiam transferri gauderent: idolorumque cultum, necnon profanum earum obſervationis ritum, cum authoribus eorum reſpuerent: atque olim ſibi veneranda templa, terræ coæquarent, pulveremque eorum, veluti immunditiam, deteſtantes, per diverſa diſpergerent. Omnem namque Arduennam, hiſce cultibus hactenus mancipatam, in brevi ſacrilegâ ſervitute liberam, famulitio Domini ſubjugavit. Si qui autem, ceſſante generali idolorum cultu, ſupereſſent, qui more ſacrilego, aut pulveris eorum reverentiam haberent, vel cætera hujuſmodi obſervari debere, uſu nefanda putarent, hos ad ſe deductos, trienni pœnitentiâ plectebat: ſicque præliator Domini ſtrenuè adverſarias inſequendo, ac proterendo virtutes, imperium Domini in fines eorum longè, lateque ampliavit, ita ut Taxandria, & Brachbante, eorum detegendo inſidias, eos penitus annullaret, effigieſque eorum, populi Chriſti gratiâ illuminati, confringerent, & penitus abdicarent. Ab iis autem, à quibus deorum, immo dæmoniorum, templa ſubvertebantur, Chriſto Domino præclara in honore ſanctorum martyrum templa, per S. Hubertum conſtruebantur, & honorabantur. Sicque vir Domini circunquaque Chriſti prædicando myſteria, populos ab atra cæcitate levatos, lumine ſcientiæ reddidit conſpicuos: ut de eis veraciſsimè dici poſſet: Populus qui ſedebat in tenebris, lucem vidit magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis: regnoque Francorum à Deo donatus lucerna luminis, ei ſuperadderet ornamenta ſalutis.* Brachbanti mentionem non memini me legiſſe antiquiorem, authorem enim hoc tempore vixiſſe,

vixisse, ex ipsis ejus verbis patet, dum ait: *Mihi quoque, qui hac scripsi, tale quid accidit, &c.* Itaque Ducatûs Campaniensis, seu Campiniensis vulgò, multò est antiquior Brachbantensi, quem in sigillis Comitum, fol. 82. ostendimus priùs Comitatum fuisse.

Obit hoc anno Reinerus Abbas D. Bavonis Gandavensis, succedente Alberico. Sand. 58. Fland. Illustr. tom. 2. in auctuario tom. 1. ex chronico vetere MS. quod vivente Amando, Abbates constitutos, ait: Primùm Florbertum, de quo v. ad ann. 651. deinde Adelbertum, cujus successor anno 660. fuerit Fulco, Fulconis, anno 674. Wilfridus, hujus verò anno 690. Reinerus, cui Childesa dedit res suas, in Megmodonc, Fursito, Henninga, Hamma, & Anceliaria, ut ex eodem chronico Bavoniano adfert ibidem Sanderus. Fol. 169.

Anno Christi 705. Childeberti Regis Neustr. VIII. Rege Austr. nullo. Drogonis Majoris domûs Neustr. X. Pipini II Majoris domûs Austr. XVIII. Ioannes VI Papa obiit 7. Id. Ianuar. vacat sedes mens. 1. dies 18. Ioannes VII. creatus, & consecratus Kal. Mart. sed. ann. 2. mens. 7. dies 17. *Onuph.* Florent sanctitate Harlindis, & Relindis, ad easque S. Bonifacius quoque interdum divertit, ut suprà dictum de Willebrordo, ad annum 694. Molanus 12. Octob. fol. 223: *Erant fide rectâ instructa, charitate repleta, fraternitatis amantes, humilitate decora, religione laudabiles, largitate eleëmosynarum hilares. Quarum etiam curam habuerunt sancti episcopi, Willebrordus, & Bonifacius. S. Wilfridus Eboracensis in Anglia Episcopus, & ante Willebrordum Apostolus Frisiorum moritur,* ut scribit Miræus in chronico Belgico, & Annalibus ex Beda l. 5. c. 5. & Baronio. Verum si diligenter Bedam attendas, reperies obiisse demum anno 709, videlicet quatuor annis, postquam Synodo in Angliâ celebratâ, (quod accidit hoc anno, ut notat Baronius) sedi suæ restitutus esset. Verba Bedæ sunt l. 5. cap. 20: *Factum est, ut regnante Osredo filio ejus, mox Synodo factâ juxta fluvium Niddâ, post aliquantum utriusque partis conflictum, tandem cunctis faventibus in præsulatum sit suæ receptus Ecclesia. Sicque quatuor annis, id est, usque ad diem obitûs sui vitam duxit in pace. Defunctus est autem (quarto Idûs Octobris) in monasterio suo, quod habebat in provincia Vndalum, sub regimine Cudbaldi Abbatis.* Additur ibidem in Epitaphio: Fol. 254. Fol. 447.

Quindecies ternos postquam egit Episcopus annos.

Vnde Baronius colligit obiisse anno 709. scripsit enim Beda l. 3. cap. 16. eum sedere cœpisse anno 664. cui si addas: quindecies ternos .i. quadraginta quinque annos, habebis annum Incarnationis 709. præsertim cum idem Beda post Synodum hoc anno scribat eum quadrennio vixisse. Fuit verò Wilfridus in Frisia sub Aldegillo Rege anno Christi 680. ut Emmius annotavit, quem vide suprà ad annum Christi 690. Errat & Locrius hoc anno, sic scribens fol. 83: *Anno 705, aut fortè 700. ut nonnulli volunt, sancto Vindiciano ex Atrebatensi sede in cælestem assumpto, Hildebertus ponti-* Fol. 236.

fex conſecratur. Nam S. Vinditianum anno 710. interfuiſſe tranſ-
lationi S. Lamberti, mox apparebit.

Anno Chriſti 706. Childeberti Regis Neuſtr. IX Rege Auſtr. nullo. Drogonis Majoris domûs Neuſtr. XI. Pipini II Majoris domûs Auſtr. XIX.
Tiberius Imp. circa Cal. Aug. abdicavit, & occiſus eſt. Heraclius
Iuſtinianus iterum imperavit annos 6. dies... *Onuphr.* Drogoni
naſcitur tertius filius. Præter Hugonem primogenitum, trium fi-
liorum ejus meminerunt Annales Francici breves Marquardi,
Tom.2. Cheſne fol. 3: *Anno DCCXXIII. duo filii Drogonis ligati, & unus
mortuus, & Carolus infirmatur.* Sanmartani fratres quatuor Drogo-
ni filios ſtatuunt hoc ordine: *Arnoldum, Hugonem, Godefridum, Pi-
pinum.* Iidem ex Pipino, & Alpaide natum etiam, ſcribunt Childe-
brandum, cui filium ſtatuunt Nebelungum ejus chronici auctores,
quod eorum nomine Fredegarius deſcripſit, unde apud du Cheſ-
ne, poſt primam Fredegarii partem, ita majuſculis literis ſcriptum
Tom.1. reperimus: *Vſque nunc Illuſter vir Childebrandus Comes, A-
fol.773. vunculus Prædicti Regis Pipini, hanc Hiſtoriam, vel Geſta Fran-
corum diligentiſſimè ſcribi procuravit. Abbinc ab inluſtre viro
Nibelungo, filius ipſius Childebrandi, itemque Comite, ſuccedat
auctoritas.* Chronicon Vedaſtinum apud Locrium fol. 83. *Anno
706. Hatta primus Vedaſtinorum Atrebatium Antiſtes, de quo ad annum
688. egimus, ob inſignem prudentiam, raramque pietatem, quâ eo in lo-
co annos quindecim coruſcavit, etiam alterâ Blandinienſium, unde arceſ-
ſitus fuerat, honoratur Præfecturâ, dignus vel majoribus, niſi mors inex-
orabilis præclaros ejus conatus interrupiſſet.*

Anno Chriſti 707. Childeberti Regis Neuſtr. X. Rege Auſtr. nullo. Drogonis Majoris domûs Neuſt. XII. Pipini II Majoris domûs Auſtr. XX.
Ioannes VII Papa obiit 16. Kal. Novemb. Siſinnius conſecratus
10. Kal. Novemb. ſed. dies 20. obiit 8. Id. Novemb. vacat ſed.
menſ. 1. dies 16. *Onuphr.* Claruit hoc tempore S. Evermarus,
de quo ſic Boſcartius diſſertatione 90. fol. 319. de Friſiæ Apo-
ſtolis: *Fas non ſit ſilentio præterire B. Evermarum Martyrem, S. Wille-
brordi præclarum fætum. Is nobilis viguit Friſo regente Pipino, filio B.
Beggæ, & S. Willebrordo, per Friſiam prædicante, cujus ſalutaribus con-
cionibus, & monitis, è gentilium tenebris, in Chriſtianam lucem eſſe tra-
ductum, omnino eſt credendum.* In vita ejus apud Sur. ſic habetur:
1. Maij. *Temporibus Pipini principis, quem ex Begga Anſigiſus Dux ſuſcepit, bea-
tus Evermarus, cum primus nobili ſtirpe in Friſia ortus eſt. Quem à pri-
ma ætate ſibi conſecratum, omnipotens Deus ſancti Spiritûs gratiâ totum
perfudit. Creſcentibus autem unà, cum ætate virtutum meritis, totius ſan-
ctitatis ſpeculum effectus eſt.* Et mox: *Suſcepit igitur cauſâ Dei pere-
grinationem, ut poſſet alicubi, ceu ignotus obire martyrium. Venit autem
in Galleciam, ad S. Iacobum, ubi cum ejus ædem ingreſſus fuiſſet, ejuſq;
ſuffragia expetiiſſet, rediit in partes inferiores Galliæ, ubi ſancti quidem
recens, de hoc mundo ſubtracti clarebant miraculis, puta Foillianus mar-
tyr,*

tyr, Fursaus, & Vltanus fratres, Remaclus Episcopus, Trudo venerabilis confessor, & virgo Dei Gertrudis. Eorum ille suffragia, singulorum loca visens, piè, ac devotè ambiens, cum Trajecti etiam S. Servatium adire vellet, cum septem comitibus venit ad primos aditus sylvæ, quæ Rutsis nominatur: sed ne impendente jam nocte, in tenebris, per ignoti loci anfractus erraret, ad proximam villam, quæ Herstaplia dicebatur, diversit. Eam villam, homo crudelis Hacco nomine, sibi vendicabat, adjunctisque sibi sociis, hostis publicus barbarâ feritate, per sylvam illam, & vias publicas, iter agentes, aut interficiebat, aut despoliabat. Et mox: *Beatum Evermarum, qui cæteris honestiori habitu præstare videbatur, crudelis homo ferro necat: caduntur etiam comites ejus.* Boscartius de eodem fol. 319: *Perseverat ejus cultus etiamnum in Ecclesia Ruthensi collegiata, & vicinis Tungris. Annuatim sacra lipsana, ab Ecclesia Ruthensi in Tungrensem, solemni pompâ, & crebro vicinorum concursu inferuntur, & reducuntur, non ad parvam Frisiorum gloriam, qui ipsum Tungrensibus pepererunt. Dolendum sociorum patriam, nominaque, memoriæ non esse consignata. Patriâ Frisios Evermari conterraneos fuisse, ex societate posset conjici, & credendum eos cum ipso sempiternâ gloriâ frui, quamvis apud mortales in obscuro delitescant. Annum martyrii silent historiæ. Cùm verò, teste Molano, in Indiculo Sanctorum, martyrium subierint sub Pipino, filio Beggæ, consequitur cælos petiisse ante annum 715.* Nam anno 714. obiit Pipinus, ut ibidem patebit.

Anno Christi 708. Childeberti Regis Neustr. XI. Rege Austr. nullo. Drogonis Majoris domûs Neustr. XIII. Grimoaldi Majoris domûs Neustr. I. Pipini II Majoris domûs Aust. XXI. Constantinus Papa creatus 10. Kal. Ianuar. consecratus die natalis Christi, ineunte anno, sedit ann. 8. mens. 1. dies 20. *Onuphr.* Annales Metenses anno ab Incarnatione Domini. DCCVIII: *Drogo filius Pipini primogenitus defunctus est, & sepultus est juxta Mettensem urbem, in basilica B. Arnulfi confessoris. Cui in principatum, germanus ejus Grimoaldus, Pipino genitore suo ordinante, successit.* Ibidem paulò ante: *Pipinus juniorem filium suum, nomine Grimoaldum, Majorem domûs, cum Hildeberto Rege constituit. Fuit autem idem Grimoaldus vir mitissimus, omnique bonitate & mansuetudine plenus. Qui, ut à patre didicerat, Francos, cum summa vigilantia, & pietate regebat.* Sic ferè & Fredegar. Chesne tom. 1. fol. 769: *Grimoaldus junior cum Childeberto Rege, Major domûs palatii, super Francos electus est, fuitque vir mitissimus, omni bonitate, & mansuetudine repletus, largus in eleemosynis, in orationibus promptus.* Annales Francici breves Marquardi Freheri, Chesne fol. 3. *Anno DCCVIII. Drogo mortuus.* Alii Annales Petavii ibid. fol. 6. *Anno DCCVIII. quando Drogo mortuus, fuit tempore vernu.* Ita constanter habent omnes codices, pro *veru*, vel *verno*. Et Annales Tilii auctiores fol. 11. ibid: *Anno DCCVIII. Quando Drogo mortuus est.* Quæ omnia huc adducenda existimavi, contra Sigebertum, quem plerique hactenus auctores sunt secuti, ad annum 699. scribentem in hæc verba: *Drogo filius Pipini, Dux Campaniensium, moritur: Grimoaldus*

Tom. 3. Chesne fol. 267.

Cap. 104.

Tom. 2.

moaldus frater ejus, à patre Pipino, in aula Hildeberti Regis, Major do-
mus statuitur, eique filia Radbodi Fresonum Ducis in uxorem desponde-
tur. V. ante fol. 254. Inductus fuerit Sigebertus in errorem, è chro-
nico Marchianensi, ubi sic legitur fol. 649: *Anno Dñi DC.XCVIII.*
Clodoveo Rege mortuo, Childebertus frater ejus regnat annis XVII. An-
no verò Tiberii Imperatoris, Pipinus Grimoaldum filium suum, in aula
ejusdem Regis, Majorem domûs statuit: eique filiam Rabodonis, Frisonum
Ducis, in uxorem desponsavit. Vbi post: *Tiberii Imperatoris*, annum,
& alia omissa, existimo, atque à linea positum fuisse, quod se-
quitur de Pipino; huic enim authori solenne est, primos tantum
annos dare Regum Francorum; eaque prosequi, quæ singulis fer-
mè annis sequentibus evenerunt. Sic & de desponsatâ Grimoal-
do filiâ Radbodi, atque uxore ducta, Annales Metenses statuunt
primum, anno 711. quos vide. Miræus in chronico suo Belgico:
Fol.14. *S. Suitbertus Episcopus Coloniam venit, ad Plectrudem, Pipini conjugem,*
inde Iupiliam ad Pipinum, cum Alpaide pellice, ibi agentem: à quo Wer-
dam, hoc est, insulam impetrat. Quo loco monasterium ædificavit, quod
nunc est Canonicorum collegium, in oppido Werda, ad Rhenum, in diœ-
cesi Colonensi. Fallitur Miræus egisse hoc anno Pipinum Iopiliæ,
cum pellice sua Alpaide, deceptus à Pseudomarcellino, per Su-
rium, edito, 1. Martii, ubi sic de S. Suitberto, à Boructuariis re-
Fol. 12. verso: *Præcipitur ire Coloniam Agrippinam, ad Pipinum Ducem, & Ple-*
ctrudem ejus conjugem, qui ei aptum locum permanendi, cum suis con-
donarent. Igitur sanctus Suitbertus valefaciens Boructuariis, cum suis pres-
byteris, & clericis, ac nonnullis Christianis, per squalida, & devia loca,
in magno discrimine ferocium Saxonum, Coloniam usque, Deo comitan-
te, & dirigente vias suas, pervenit. Erat autem eo tempore serenissimus
Pipinus Dux habitans in Iopilio, cum Alpaide pellice sua: Plectrudis ve-
rò Dux eximia, & devota princeps, moram traxit Coloniæ Agrippinæ,
in palatio Ducum Agrippinensium, & Lotharingorum, quod per eam mu-
tatum, & consecratum est in claustrum sanctimonialium, intituláturque
ecclesia gloriosæ virginis Mariæ, ad Capitolium. Cùmque ea audivisset
adventum sancti Suitberti, magnifici præsulis, gavisa est gaudio magno.
Et mox: *Plectrudis consensu, & admissione venerabilis patris Annonis,*
Archiepiscopi Colonensis, direxit sanctum Suitbertum episcopum, cum
præfato Geraldo, nobili Palatino de Ardenna, sanato à peste anginæ, per
eundem sanctum Suitbertum, cum literis commendatitiis, ad illustrem Pi-
pinum principem, petens, & postulans obnixè, ut viro Dei Suitberto do-
naret vicum Werdam, in insula, seu litore Rheni, ut gentili Saxonico popu-
lo, illic cum suis prodesse, & præesse posset. Pipinus verò senex, prove-
ctaque ætatis, honorificè sanctum suscipiens Suitbertum, cum suis, aliquan-
to tempore, secum detinuit, ut verba vitæ ab eo audiret, eo quod pri-
dem à plerisque multa laude digna audierat. Tandem ut hilaris dator,
sitiens æstuanter conversionem gentilium, volensque cultum divinum au-
gmentare, ex Regali munificentia, benignè eundem vicum ei propter pro-
fectum, & firmamentum suorum principatuum donavit, addens, & offe-
rens

rens, ex copiosa thesauro sua, aurum & argentum multum nimis, quibus ecclesiam, sive monasterium ibidem, ad honorem Dei adificaret, & populum Barbaricum, fidei Christiana prorsus ignarum, verbo vita reficeret. Itaque vale dicto, cum nimia devotione, & gratiarum actione, Pipino principi, sanctus, & benedictus Suitbertus, redit Coloniam, ad sanctam Plectrudem, cujus potentia, & industria, cum multis laboratoribus, & camentariis Werdam veniens, cœpit statim prope Rhenum, fundare monasterium, in honore gloriosa Virginis Maria. Ego non aliam hanc donationem existimo, quam Cæsaris Werdæ, *In insula, sive litore Rheni*, de qua suprà ex Beda, factam, priusquam Pipinus Alpaida superinduxit, aç pleraque alia à Pseudo-Marcellino, dudum post hæc tempora literis esse mandata. Vndè factum, ut quidam ausi sint asserere, ad ultimum vitæ diem, Pipinum, Alpaida detinuisse, verumque esse, quod scribit Pseudo-Marcellinus ibid. fol. 13. Plectrudem, Pipino animam agenti, commendasse Drogonem, & Grimoaldum legitimos filios, ne iis præteritis, hæredem scriberet Carolum Martellum illegitimum; quod tamen alienum prorsus esse à veritate, sequentia nobis ostendent, quibus docebimur Drogonem, & Grimoaldum ante Pipinum obiisse. Verba Pseudomarcellini sunt hæc: *Cum in monasterio Werdensi vita calestis institutia quatidianum sumeret incrementum, cantigit, anno ab Incarnatiane Domini septingentesimo decima quarto, Pipinum de Herstallo, strenuum principem, & Majorem domûs Francarum, dolentem super innocente morte, sanctissimi Lamberti, Tungrensis episcopi, ad martem agratare. Accersitusque Suvibertus egregius pontifex, ad visitandum eum, per nobiles viros, perrexit priùs cum Willeico, & Theodarico discipulis suis, Coloniam, ad Plectrudem, illustrem ducissam Latharingia, sive Austrasiorum, consilium ob ea expetens, quidnam facere deberet. Qua eum religiosè suscipiens, & tractans, tandem retento Colonia pro Willeico presbytero sancti Suviberti apud se, causâ devotionis, & consolationis, (erat enim felix Willeicus, evangelicus sacerdos) misit sanctum Suvibertum, & Agilolphum, Coloniensem archiepiscopum, cum plerisque aliis pralatis ad Pipinum principem, conjugem ejus., ad informandum eum, si obiret, ne illustres legitimos filias, Dragonem, Ducem Campania, Grimoaldum Majorem damûs Childeberti, Regis Francia, exharedaret, haredem scribendo Carolum Martellum illegitimum, ex Alpaide pellice genitum, in detrimentum, & damnationem onima sua, & in confusionem sui, & totius Ecclesia, atque in scandalum suorum primatum, & subditorum. Et quia sanctus Lambertus Episcopus, eundem Pipinum de illicito connubio Alpaidis increpaverat, martyrium subiit. Venientes igitur prafati pontifices Ioppilam, ad agrotantem principem Pipinum, benigne ab eo suscepti sunt. Qui ipsum consalantes, & ad tolerantiam adversitatum temporalium, & infirmitatum corporalium confortantes, aiebant quad Deus electis suis iter asperum facit, ne, dum delectarentur in via, oblivisce-rentur eorum, qua sunt in patriâ. Tandem nacta oppartuno tempare, & congruo, inter catera, pro salute, & remedio onima sua, causam, pro qua* Fol. 248. & 249.

 venerant,

venerant, ei devotè, & salubriter pontifices exponentes, & de illicito matrimonio increpantes, statim eum indignatione repulsam patiebantur. Alpais verò legationem sanctorum pontificum, sciscitans, & comperiens, irata valde, pontifices obire celeriter præcepit, & ipsa interpellans importunè pro Carolo Martello, filio suo, apud Pipinum, impetravit cuncta pro eodem filio suo, quæ petierat. Pipinus verò eodem anno moriens, eundem Carolum Martellum, suorum principatuum, reliquit hæredem. Quod cernentes præfati pontifices, inglorii, & tristes, Coloniam redierunt, enarrantes præclara Plectrudi, omnia, quæ gesta erant in Ioppilio, à Pipino, consolantes eam, & ad tolerantiam patientiæ animantes. Hæc multis annis posteà, ac mortuo Rege Lothario, Ludovici Pii filio scripta, & conficta esse, vel ipsa vox *Lotharingia* confirmat, de quibus plura vide anno 692. fol. 244. & 245. Miror ab Haræo in Ducibus Brabantiæ, fol. 24. authorem hunc, qui de Pipini, in concubinatu, atque adulterio perseverantia, ad mortem usque, adeò infamem confinxit historiam, *Sanctum Marcellinum* appellare. Bruschius in Catalogo Episcoporum, totius Germaniæ, cap. 13. de Werdensis ecclesiæ Episcopis, ob hoc *Lotharingiæ* vocabulum, S. Svviberti vitam malè protrahit, ad annum usque 807, ita scribens: Primus *Suvibertus Abbas Anglicus, Benedictinæ professionis, vir intra vitæ sanctimoniâ præditus: audiens Saxoniam ad Christum esse conversam, & ibi desiderari pastores, qui populum in Christianismo instituerent: amore propagandæ doctrinæ, de Christo humani generis liberatore, venit per mare in Saxoniam: ubi à Carolo magno clementer exceptus, statim novo huic Episcopatui præfectus est, anno Domini 776. Præfuit teneræ adhuc, & pubescenti Ecclesiæ summo studio, cùm doctrinâ tum exemplis, per annos unum & viginti. Condidit auxiliis Caroli magni cœnobium, Cathedrali Ecclesiæ Carolinæ contiguum, pro Canonicis, sub Benedictina regula victuris: Expellitur tandem ab infidelibus quibusdam à gubernatione Ecclesiæ divinitus, & per Carolum Magnum sibi commendatæ, anno Domini 797. Dedit verò ei domino Bertroda Pipini Regis conjunx, & Caroli Magni mater, pagum Kheiserswerd, insulam Rheni, non procul à Colonia situm, in eo domunculam sibi construens, & Deo, summo zelo serviens, reliquum vitæ sibi exegit. Obiit autem anno Domini 807 ultima Aprilis. Sepelitur in templo, quod ipse, in eo pago, propè oratorium suum, sibi, & suis statuit, & erexit.*

Anno Christi 809. Childeberti Regis Neustr. XII. Rege Austr. nullo, Grimoaldi Majoris domûs Neustr. II. Pipini II Majoris domûs Austr. XXII. Annales Metenses, Chesne fol. 267: *Anno ab Incarnatione* Tom. 3. *Domini DCCIX. Pipinus contra Alamannos exercitum ducens, magnificè, de illis, omnique illa regione, triumphavit.* Hos Suavos nominat, eorumque Ducem Wilarium, vetus chronicon, antiquissimo codici legis Salicæ subjunctum, perductumque ad annum 799. Parisiis editum à Pithœo, an. 1588 ubi prorsus in principio: DCCVIII: *Quando dominus Pipinus perrexit in Suavis, contra Wilarium.* Et anno DCCX: *Idem Pipinus in Suavis contra Wilarium.* Childebertus hoc anno

anno Abbatiæ S. Dionyſii, dat villam, caſtrum Solemnium, in pago Fanomartenſi, in Hannonia ſitum, de quo extat diploma, in quo neſcio, an corruptiſsimus ejus ſæculi ſermo, an ſupina exſcriptoris negligentia culpanda ſit, Quare illud dabo iiſdem prorſus literis, quibus à Doubletio anno 1625, typis Michaelis Sollii, Pariſiis eſt excuſum: *CHILDEBERTVS REX FRANCORVM, VIR ILLVSTER. Se alequid ad loca ſanctorum, vel monaſterіorum, quæ pro oportunis locis ſanctorum pertenent, praſlamus, vel concedemus, hoc nobis ad laudem, & æternam retributionem, in Dei nomine profuturum confidemus. Igitur cognuſcat magnetudo, ſeu utilletas omnium, tam praſentium, quam futurorum, quod nos villa noſtra nuncupante Solemio, quæ ponitur in pago Falmarcinſe, ſuper fluvio Save, una cum omne mercato, vel adjacentias ſuas, & quicquid fiſcus noſter, tam de garantia, quam de merceria ibidem obtenuit, vel de qualebet couſtuma ibidem poſsiduit, etiam & oratorio ſuo ad Cruce, quin ſubjungit ab ipſo termino, de ipſa villa Solemio, quæ eſt conſtructa in honore ſancti Martini, cum omnebus ſuis, quæ ibidem aſpiciunt, ubi Madalgiſelus, ſervus noſter, cuſtos præeſſe veditur, id eſt, tam terris, domebus, ædificiis, acolabus, mancepiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve, decurſibus, peculiis, preſediis, gregis, & paſtorebus, farinariis, movilebus, & immovilebus dimus, & ad integrum, ut diximus, quicquid ad ipſa villa aſpicere veditur, & uſque nunc fiſcus noſter ibidem ſpectare potuit ad Baſileca Domni Dionyſii marteris, ubi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit, & ubi venerabelis vir Chilardus Abba praeſſe veditur, ut diximus, cum omni integritate ad ipſa villa pertenente, vel aſpiciente, plena & integra gratia in proprietario ſub immunetatis nomene, tum omnes redibitionibus ſibimet conceſſas ad opus ipſius Domni Dionyſii, vel omni congregationi ſuæ ibidem conſiſtente: ſicut viſi fuimus, ſibi conceſsiſſe à Deo per præſente preceptione decernemus ordenandum, quod in perpetuum volemus eſſe manſurum, ut neque vos, neque juniores, ſeu ſucceſſores veſtri, nec quilebet de judiciaria poteſtate de prædicta villa Solemio ſicut uſque nunc fiſcus noſter ſperare potuit ad parte prædicta Baſilice Domni Dionyſii, nec agentes ſui nulla repulſione, nec ullo impedimento exinde facere non præſumatis, ſed ut diximus ex noſtro munere largetatis ipſa villa Solemius, cum omnebus integretur vel ſolidetur, una cum adjacentiis ad ſe pertinentis, vel aſpicientis, unaquo cum ſuperſcripto oratorio S. Martini ad Cruce, cum eo quod ibidem aſpecitur pars ipſius Baſilece Domni Dionyſii, vel omnis ipſa congregatio, omne tempore ſub emunetatis nomene jure proprietatis, abſque cujuſlebet refragatione, aut impedimento habeat, ut quæ conceſſa atque indulta ad ipſa Baſileca Domni Dionyſii marteris, & futuris Deo auxiliante temporebus proficeant in augmentis. Et ut hac præceptio firmior ſit, manus noſtra ſubſcriptionebus ſubter eam decernemus raborare. Signum Childeberti Regis. Cancellarius Bralamo jubente domno Rege ſubſcripſit. Datum Corſiniſce, Martii die 12. anno vero XII regni noſtri. Mamarctus in Dei nomene recognovit fæliciter. Amen.* De Mamaccis, ut ſcribendum arbitror, ita reperio in Annalibus Me-

Fol. 688.

tensibus, Chesne tom. 3. de Pipino, post victum Theodoricum Regem: *Singulis annis Kalendis Martii generale, cum omnibus Francis, secundùm priscarum consuetudinem, Concilium agebat. In quo ob Regii nominis reverentiam, eum, quem sibi ipse, propter humilitatis, & mansuetudinis magnitudinem præfecerat, præsidere jubebat: donec ab omnibus Optimatibus Francorum donariis acceptis, verboque, pro pace, & defensione Ecclesiarum Dei, & pupillarum, & viduarum facto, raptuque fæminarum, & incendio, solido decreto interdicto, exercitui quoque præcepto dato, ut quacumque die illis denuntiaretur, parati essent in partem, quam ipse disponeret, proficisci. His peractis, Regem illum ad Mamaccas villam publicam custodiendum, cum honore, & veneratione mittebat. Ipse verò præcinctus robore, comitante divino auxilio, Regnum Francorum interiùs justitiâ, pace, exteriùs prudentissimis consiliis, atque invictis armorum præsidiis, auxiliante Domino, gubernabat.* Medietas fisci Epternacensis datur S. Willebrordo, à Pipino. V. anno 701. fol. 271. Vitâ decedit Wilfridus, ut suprà etiam dictum, anno 705. fol. 277.

Año 692. fol. 266.

Anno Christi 710. Childeberti Regis Neustr. XIII. Rege Austrasiæ nullo. Grimoaldi Majoris domûs Neustr. III. Pipini II Majoris domûs Austr. XXIII. Annales Metenses, Chesne fol. 267: Anno ab Incarnatione Domini 710 *Pipinus iterum contra rebelles Alemannos exercitum duxit, incensáque eorum regione, captivisque, & spoliis multis adeptis, victor ad propria revertitur. Eodemque anno aquæ inundaverunt valde. Suavos, hîc intelligendos diximus ad annum* 709. Hoc anno contigit celebris illa translatio S. Lamberti, Trajecto Leodium, & transmutatio sedis episcopalis, quam sic narrat apud Surium, auctor coætanus, fol. 14: *Anno autem ordinationis ejus duodecimo crebras, sibi prodidit oblatas, sub noctu quiete, visiones, quibus se commonitum fatebatur, uti à Trajectensi oppido ossa sancti levaret Lamberti, & in loco, quo celebratam ejus passionem nosset, iterum humandareduceret. Quarum admonitio ejus animum inæstimabili recreavit gaudio. Attamen in quodam meditullio positus, cùm neque visioni certam fidem tribueret, neque omnimodo ei diffideret, quod sibi occultum erat, judicavit à Domino quærendum. Nam indicto cunctis tam monasterialibus, quam & civitatis clericis, nec non & laicis, jejunio, quæ sibi voluntas de his agere præciperet, magnopere requirere studuit. Tandemque edoctus, ancipiti submotâ sententiâ, tertiodecimo anno sui præsulatûs catu clericorum sibi adjuncto, nec non populari agmine coacto, accitis etiam venerabilibus Episcopis, & sacerdotibus, tumulum venerandi viri adiit: ibidemque spirituales observantes excubias, divinitatemque pulsantes precibus, honorantes laudibus, rogabant, ut qui antistiti suo facienda mandaverat, quo perficerentur, cœptis annueret; secundosque proventus attribuendo, suam voluntatem, ut taliter fierent, cunctis palam ostenderet. Quorum piis votis omnipotentia Divinitatis annuere libuit.* Ibid. *Fabrica autem ejusdem basilicæ, qua beati viri condita sunt reliquiæ, qualiter ab eodem sancto viro Huberto ordinata sit, quia oculis videntium se offert, de ea aliquid dicere supersedi.* Episcopos qui interfuêre, sic enumerat

Tom. 3.

3 Novēb.

merat Ioannes Roberti, annotatione 75. in vitam S. Hoberti apud Adrianum de la Morliere, in antiquitatibus Ambianensibus l. 2. num. 15. in Catalogo Episcoporum Ambianensium fol. 168: *Annanem Archiepiscopum Rhemensem, Vindicianum Episcopum Atrebatensem, Garulphum Tornacensem, Erkenboldum Morinensem, Dominicum Ambianensem, & Willebrordum Vltrajectensem.* Ibidem facta dicitur illa translatio anno 709. quod & Bucherius annotavit. Verum, cum S. Hubertus suprà dicatur anno ordinationis suæ XII, divinitus ad id monitus fuisse, id verò demum anno XIII. peregisse, verosimilius mihi visum fuit, hoc anno evenisse. Adjungo nihilominus Bucherii disquisitionem, eadem de re, his verbis, disp. histor. num. 102. fol. 51: *Coranidis loco lubet hic annum, quo S. Lamberti corpus Trajecto, Leodium à S. Huberto translatum est, accuratius inquirere. Hunc enim diem, Leodium, ceu primum dignitatis, & felicitatis suæ parente agnoscere debet. Vita S. Huberti antiquissima, fidissimaque, & ex eâ Ægidius, translationem eam factam, voluns anno pontificatûs Huberti duodecimo nimirum completo: Nam Renerus habet, decimo tertio, scilicet inchoato. Ita enim auctores hi benignè conciliari possunt. Iam annos Pontificatûs Huberti, ab anno Christi 697. arcessivimus. Nam etsi Nicolaus velit eodem die, & Hubertum Romæ, Pontificali infulâ, & Lambertum Leodii martyrii laureâ coronatos, qui fuit 17. Septembris, anno Christi (ut credimus) 696; tamen ab insequenti primùm anno Huberti pontificatum inchoamus, tùm quòd illius rei Gadescalcus, Stephanus, & Renerus non meminerint: tùm verò quòd planè verisimile sit, Hubertum episcopatûs sui possessionem non adiisse, nisi vere anni 697. cùm Româ redux, à Trajectensi Clero, & principe Pipino, Iupilie, in hac diœcesi, ut plurimùm agente, tanquam legitimus Lamberti successor receptus est. Primo igitur anno S. Huberti à vere istius anni 697. deducto, duodecimus ejus exibit, inibitque decimus tertius vere anni 709. Iam Translationis ejus diem, ex tabulis Ecclesiasticis tenemus 28. Aprilis, qui aptissimè eo anno 709. Dominicus erat, qua tales solennitates, ut plurimùm peragi solent. Ergo 28. Aprilis, anno Christi 709. die Dominico, S. Lamberti corpus, unà cum episcopali dignitate, Trajecto Leodium, quod fœlix esset, ac faustum, translatum est. Vbi tertium suprà nongentesimum annum, ad finem decurrentem fœlicissimè perseverat.* Exinde dicitur S. Hubertus tradidisse publicum sigillum, urbi Legiæ, sancti Lamberti martyris imagine sculptum, atque hujusmodi inscriptione notatum: SANCTA LEGIA, ROMANÆ ECCLESIÆ FILIA. V. Baronium, & Molanum. De Annone Archiepisco Rhemensi, miror, unde scriptum sit, cum in ea dignitate tum fuerit Rigobertus; credo legendum, Milonem, quem Martellus subrogavit in sede Rigoberti, ut ex Flodoardo dictum, anno 696. MS. Despretz Colvenerii in lib. 1. Balderici, cap. 28. fol. 419: *Defuncta Gandavi Hattâ, primo Abbate S. Vedasti, die 17. Ianuarii 710. per S. Vindicianum subrogatus est in locum ejus, ad regendum S. Vedasti monasterium, S. Hadulphus, præpositus ejusdem loci, consecratus ab eo 30. Aug. anni jam*

Gest. Episc. Leod.

dicti 710. Locrius idem tradit, præterquam, quod ab Hildeberto, Vindiciani successore, scribat institutum Hadulphum, non à Vindiciano. In cœnobio verò Blandiniensi, Hattæ succedit Cælestinus. Miræus in Fast. Bel. de hisce Præsulibus, hoc modo, 1. Novemb. fol. 645: *Florberto Ioannes successit, qui anno 65[illegible]. obiit. Ioanni Baudemundus (vita S. Amandi, à Surio edita scriptor) est suffectus. Baudemundum excepit Atto, sive Hatta, qui & Atrebatense monasterium S. Vedasti, unà rexit: cujus loci primus Abbas nuncupatur. Hattæ successit Cælestinus, natione Scotus, & sic alii deinceps, ad nostra usque tempora. Hæc ex Blandiniensis Abbatiæ monumentis accepimus.* V. Sand. auct. t. 1. fol. 43. Ante hoc tempus Theodorico Baino Episcopo Morinensi succedit Erkenbodo, quartus Abbas Sithivensis. Chenu fol. 282: *Ebrenebo* aliàs *Erkenbodo, primò Abbas 4. numero Abbatiæ de Sithieu, hodie S. Audomari. Anno 710. & an. 716. Episcopus. Obiit anno 642. Iacet in Ecclesia S. Audomari, cujus dies celebratur 12. Aprilis.*

Anno Christi 711. Childeberti Regis Neustr. XIV. Dagoberti II Reg. Neustr. I. Reg Austr. nullo. Grimoaldi Majoris domûs Neustr. IV. Pipini

Cap. 104.

II Majoris domûs Austr. XXIV. Fredegarius, Chesne tom. 1. fol. 768: *Mortuus est his diebus Childebertus Rex, & sepultus Cauciaci, in basilica sancti Stephani martyris. Regnavit autem annos XIII. Dagobertus filius ejus sedem Regni patris sui accepit. Igitur Grimoaldus filiam Radbodi, Ducis Frisonum duxit uxorem.*

Tom. 3. Chesne.

Annales Metenses fol. 267. *Anno ab Incarnatione Domini DCCXI. Hildebertus obiit. Sepultusque est Cauciaco, in Basilica S. Stephani martyris. Qui gubernante Pipino, regnaverat annis XVI. Post cujus decessum, Pipinus solità pietate, filium ejus Dagobertum in Regem ordinavit. In illo tempore Grimoaldus, filiam Radbodi, Ducis Frisonum duxit uxorem.* Pro XVI. legendum XIV. Libellus pervetustus Pithœi de Majoribus etiam domûs Regiæ, Chesne tom. 2. fol. 2. *Childebertus verò Rex, mox ut migravit ad Dominum, Regnum ejus suscepit Dagobertus filius ejus, adhuc puer. Quo tempore Major domûs Grimoaldus Theudsindam, filiam Radbodi Ducis, in conjugem duxit.* Annales breves Pithœi ibidem: *Aquæ inundaverunt valde, & mors Hildeberti.* Chronicon Floriacense sic etiam habet: *Anno DCCXI. Childebertus Rex obiit.* De Rigoberto Archiepiscopo Rhemensi hoc inter alia refert Colvenerius, ad Flodoardum in Cathalogo Archiepisc. Rhem: *Sacravit Dagobertum II, Chilpericum II, & Theodoricum II, Reges. Obiit Albericus Abbas Bavonianus, Gandavi, succedit Welredus.* Ita Sanderus ex Chron. M.M. S. Bavonis,

Tom. 2. Flandr. Subalt.

in auctuario tom. 1. Flandriæ, fol. 53.

Anno Christi 712. Dagoberti II Regis Neustr. II. Rege Austr. nullo. Grimoaldi Majoris domûs Neustr. V. Pipini II Majoris domûs Austr. XXV. Iustinianus Imp. cum filio Constantino Id. Aug. occisus est. Imp. Philippus Bardanes imperat ann. 11. mens. 9. dies. 7.

Tom. 3. Chesne.

Onuphr. Annales Metenses fol. 267: *Anno ab Incarnatione Domini DCCXII. Pipinus iterum obstinatione Alamannorum motus, Rhenum*

transiens

transiens, cum valida manu, totam illam regionem subvertit, suaque ditioni subegit. MS. Despretz apud Colvenerium in Baldericum fol. 419: *S. Vinditianus mortuus est, Bruxellæ, die 11. Martii, anno 712.* Meminit mortis ejus sic Baldericus lib. 1. cap. 28. fol. 55. *Ad remunerationem sui laboris, die obita 5. Idus Martii, migravit ad Christum, sepultusque est in basilica, in loco videlicet, qui dicitur Mons sancti Eligii, ubi quondam ipse, cùm ægrotaret apud Brosellam, diœcesis suæ territorium, jussit se transferri, pro eo, quòd ibi beatus Eligius habitationis suæ fecerat diversorium, cui beatus Vindicianus familiari usu dilectionis inhæserat.* Miræus in Annalibus Belgicis: *S. Gudila virgo, Bruxellensium patrona, circa hoc tempus sanctissimè obiit, in vico Ham, propè Alostum sepulta, inde Mortesellam, tempore Caroli Magni, ac demum Bruxellas translata.* Idem ibid: *S. Hubertus an. 712. ecclesiam parochialem, vici Emal. prope Trajectum Mosæ, in honorem B. Mariæ consecravit: cujus rei testimonium exstat ibidem marmori insculptum his versibus, vetustissimo charactere exaratis:*

Basilicam sacer hanc, Hugbertus Episcopus, olim
Servitio Domini, populo spectante; sacravit:
Quippe Decembris erant, in primo Sole Kalendæ.
Annorum Domini, septingenti, ac duodeni.

Dagoberti II diploma producit Coccius in Dagoberto suo cap. 20. cui subscribit Pipinus, cum Carolo Martello, & Rigobertus episcopus, non Rhemensis, sed Moguntinus, quæ omnia suspecta. Neque in anno sinceritas, est enim septuagentisimi sexti, quo vixit adhuc Rex Childebertus.

Anno Christi 713. Dagoberti II Reg. Neustr. III. Rege Austr. nullo. Grimoaldi Majoris domûs Neustr. VI. Pipini II Majoris domûs Austrasiæ XXVI. Annales Metenses ibid: *Pipinus Princeps infrà principatûs sui terminos, ea, quæ pacis erant disponens, in nullam partem, eo anno, exercitum duxit.* Annales Belgici Miræi fol. 247: *S. Ursmarus Episcopus, & Abbas Laubiensis moritur hoc anno: ut Fulcuinus, illius loci Chronographus, & Sigebertus disertè testantur.* Molanus 18. Apr. scribit eum obiisse, *Pipini principatûs anno XXV.* Meyerus quoque in Annalibus: *DCCXIII. tertio decimo Kalendis Maias, Ursmarus Abbas Lobiensis, multò fulgidus sanctimoniâ, in humanis esse, desiit, successore Ermino, religiosissimo item viro.* De Oda Virgine Rhodæ, ita Miræus in Fast. Belg. fol. 701: *Ut patrona colitur, & quiescit Rodæ, quod amplum Brabantiæ est municipium, in diœcesi Silvaducensi. Dicitur* 27. Nov. *fuisse filia Regis Scotorum, & servandæ virginitatis studio, fugisse à facie patris, qui ad sæculares curas eam trahere conabatur. Obiit autem Rodæ circa annum 713. peregrina pro Christo, estque è terra elevata ann. 1103. per Otbertum Episcopum Leodicensem. Post quam elevationem, cùm multa ibi fierent miracula, nobilis matrona Hildevarò, Becæ, ac Rodæ domina, clericos, seu Canonicos, utroque in loco constituit, ac dotavit.* Orpium conditur à Pipino. Boscharts dissert. 94. fol. 327. *Pipinus quo infame sacrilegum homicidium expiaret, furorem divinum placaret,*

simul

simul publicum datum scandalum auferetur, monasterium Virginum construxit, in loco dicto Orpen, nunc Orpium, vernacule (Ollegjand) *in ea Austrasiæ parte, quæ modo est Gallobrabantia, Vestalibus ex Nivellensi cœnobio eò adductis. Ioannes quidem Placentius in Catal. Episcoporum Leodiensium, Divæus in historia Brabantiæ, aiunt, id cœnobium fundatum ab Alpaide, à Pipino jam semotâ, & pœnitente. Verùm non puto nobis sum pugnare; potest uterque esse fundator: Pipinus fundum conferendo, authoritate, consensu suo instituendo, prima fundamenta jaciendo: Alpais augendo, dotem comportando, primam fundationem promovendo. In ea Parthenone vixit sanctissimè, præfuitque Abbatissa S. Adelia, cujus lipsana in odaio Ecclesiæ Orpiensis etiamnum religiosè asservantur.* Item 328. vers: *Orpium verò situm medio fermè itinere, inter Thenas, & Namurcum, fuit olim pagus celebris, & potens; nunc, ad longè tenuiorem fortunam redactus. Sola Reliquiæ S. Adeliæ, ad quas ex viciniis, & longinquo, magnus est confluxus, hodie famosum faciunt.* De Hugarda sic idem etiam auctor, dissert. 85. fol. 329. vers: *Hugarda pagus celebris, ubi Alpais Collegium Canonicorum fundavit, distans duobus, plus minus leucis, ab Orpio, creditur denominata à custodia, quam incolæ assueverant Alpaidi exhibere, quasi* Hoeren guarde / *id est custodia meretricis; ita plurimos audivi illud nomen interpretari.*

Anno Christi 714. Dagoberti II Regis Neustr. IV. Rege Austr. nullo. Grimoaldi Majoris domûs Neustr. VI. Theodoaldi ejus filii I. Pipini II Majoris domûs Austr. XXVII. De Rigoberto Archiep. Rhemensi, Flodoard. hist. Rhem. fol. 216: *A Dagoberto denique rege præceptum immunitatis suæ obtinuit ecclesiæ, suggerens eidem Regi, qualiter ipsa ecclesia sub præcedentibus Francorum Regibus, à tempore domni Remigii, & Clodovæi Regis, quem ipse baptizavit, ab omni functionum publicarum jugo, liberrima semper extiterit.* Et mox: *Sed & à filio ipsius super hujusce auctoritatis corroboratione, & à cæteris sui temporis Regibus, immunitatis, ac teloneorum remissionis præcepta ecclesiæ suæ studuit obtinere. Item Theodorici Regis specialiter pro villa Calmiciaco, quam Grimoaldus vir illustris Ecclesiæ Remensi contulerat. Quarum adhuc regalium monimenta præceptionum in archivo sanctæ hujus Remensis conservantur ecclesiæ.*

Cap. 104. tom. 1. Fredegarius, Chesne 769: *Ægrotante quoque Pipino Iobii villâ, super Mosam fluvium, cùm ad eum visitandum idem Grimoaldus venisset, cùm ad orationem in basilica sancti Lamberti martyris processisset, à crudelissimo viro, impio, Rantgario nomine, interfectus est. Post hæc Theudoaldus filius ejus parvulus, in loco ipsius, cum prædicto Rege Dagoberto Major domûs Palatii effectus est.* Iobii-villa, etiam Iupilia dicitur, Ortelius in theatro: *Temporibus Lamberti præcipuè*

Heda fol. 32. *florebant Heristallum, & Iupilia, sub Pipinis, quæ non procul Leodio, ad utramque Mosæ ripam, loco amœno, & fertili, nunc in vicos abiisse videmus.* Pervetustus libellus de Majoribus domus, Du Chesne:

Tom. 2. fol. 2. *Grimoaldus à Rangario Frisone, in basilica S. Lamberti peremptus est, pro quo pater ejus Pipinus, Theudoaldum filium ipsius, quem ex alia conjuge habuerat, in honore patris constituit.* Alius ex concubina natus

scribitur

scribitur, ut ante dictum, & mox clariùs apparebit. Apud Hedam fol. 72. Theofridus Abbas Epternacensis in MS. vita S. Willebrordi: *Anno IV. Dagoberti Regis, hoc est an. Christi 714. sexto Nonas Martii. Pipinus, consulit venerabili Willebrordo villam in pago Masariorum, à praterfluente rivo Suestra nomen sortitam, per Plectrudem ab ingenuis coëmptam.* Miræus ad hunc locum in Annal. Belg. fol. 247. subjungit: *Suestra porrò, seu Susteră nunc est ditionis Iuliacensis oppidum, diœcesis Leodicensis, in quo hodie residet illustre virginum Canonicarum collegium à S. Willebrordo fundatum.* Vide origin. cœnob. Bened. Miræi cap. 22. & Hedam. Annales Francorum Tilii, & Petavii, eodem anno tradunt obiisse, Pipinum, & Grimoaldum, his verbis: *DCCXIV. Dominus Pipinus mortuus est, in mense decembri, & Grimoaldus similiter defunctus est.* Ann. auctiores Tilii, Chesne tom. 2. fol. 11. *DCCXIV. depositio Grimoaldi, depositio Pipini, in medio Decembris.* Antea tamen cæsus Grimaldus, seu potiùs Grimoaldus, ac de utriusque morte sic ordine Annales Metenses, tom. 3. Chesne, loco citato: *Anno ab Incarnatione Domini DCCXIV. ægrotante Pipino, in Iopila villa publica, qua sita est super fluvium Mosam, cùm ad visitandum eum Grimoaldus filius ejus properaret, & ad orationem in basilica S. Lamberti Martyris processisset, & diutiùs in oratione pronus persisteret, à nequissimo viro, nomine Rangario, gladio percussus occubuit. Pipinus verò Princeps de infirmitate convalescens, omnes qui in illo consilio fuerant, justâ ultione interemit. In locumque Grimoaldi, filium ejus parvulum, ex concubina natum, nomine Theodaldum, Majorem domûs, cum Dagoberto Rege constituit. Eodem quoque anno, Pipinus Princeps, iterum molestiâ corporali correptus, circumsitis Gentibus Francorum dominationi subactis, obiit 17. Kal. Ianuar. Rexit autem populum Francorum annis XXVII. & mensibus sex. Reliquitque superstitem filium, nomine Karolum. Defuncto autem Pipino, maxima conturbatio orta est, in gente Francorum. Nam majores natu filii ejus, Drogo, & Grimoaldus, ipso vivente, vitâ discesserant. Theobaldus verò, Grimoaldi ex concubinâ filius, adhuc puer erat. Qui etsi patri in principatu successerat, minimè tamen tantum Regnum dignè gubernare prævalebat. Karolus verò, quem solum pater dignum hæredem tanta potestatis superstitem reliquerat, novercales insidias graviter tolerabat. Plectrudis etenim relicta Pipini vidua, incomparabili odio contra Karolum succensa, custodiâ eum publicâ observari jubet. Vndè ille, divino auxilio liberatus est. Ipsa verò Plectrudis, dum nepoti suo Theodaldo favere desiderat, Karolum à legitimâ paterni imperii gubernatione prohibebat, ipsaque cum infantulo, muliebri consilio, tanti Regni habenas tractare præsumebat.* Chron. March. fol. 650: *Pipinus reconvalescens, omnes filii intersectores perimit.* Fredegarius post enarratam Grimoaldi cædem, sic etiam de Pipino, fol. 769, tom. 1. Chesne: *Sequenti tempore idem Pipinus Dux ægrotans, mortuus est, rexitque populum Francorum annos XXVII. reliquit superstitem Karolum filium, post obitum quoque ejus, Plectrudis matronâ præfata, suo consilio, atque regimine cuncta agebat, &c.* Et paulò post:

Karolus Dux, à præfata fœmina Plectrude, sub custodia detentus, Dei auxilio liberatus est. Libellus pervetustus de Majoribus domûs suprà
Tom.2. citatus: postquam egit de morte Grimoaldi: *Ipse quoque Pipinus*
Chesne f.2. *eodem anno, qui est Incarnationis Dominicæ DCCXIV. medio Decembri obiit, postquam principatum obtinuit, sub nominatis Regibus annis XXVII.* Corrigenda hoc anno fabula Pseudo-marcellini, de qua suprà fol. 281. ad annum 708. Contigit circa hæc tempora mors Alpaidis. Boscartius Disser. 95. fol. 331. *Probabiliter colligas Alpaidem vitam mortalem exuisse, vel in fine anni 714. quo obiit Pipinus: vel potiùs anno 715, quo regnante Plectrude, cum nepote Theobaldo Martellus incarceratus, inermis, matri succurrere non valeret; aut elapsus infœlicibus præliis quateretur.*

Anno Christi 715. Dagoberti II Regis Neustr. V. Danielis Chilperici I. Rege Austr. nulla. Theodoaldi Majoris domûs Neustr. II. Raginfredi Majoris domûs Neustr. I. ejusdem Theodoaldi Majoris domûs Austrasiæ, in locum Pipini I. Caroli Martelli Majoris domûs Austr. I. Philippicus Imp. coactus abdicavit 12. Kal. Iul. Imp. Artemius Anastasius imperat ann. 1. mens. 3. *Onuphr.* A morte Pipini, gravè bellum exarsit inter Austrasios, & Neustrasios, substituto à Plectrude, & Austrasiis, in locum Pipini Theodoaldo filio notho Grimoaldi, à Neustrasiis verò assumpto in Majorem domûs Neustrasiæ Raginfredo. De quo Fredegarius, Chesne tom. 1. fol. 769:
Cap.104. *Franci mutuò in seditionem versi, consilio inutili, commissâ acie in Cocia sylva, contra Theudoaldum, leudes Pipini quondam, atque Grimoaldum, injere certamen. Corruitque ibi immodicus exercitus. Theudoaldus itaque à sodalibus suis, per fugam lapsus, evasit. Magna, & valida perturbatio, & persecutio extitit, apud gentem Francorum.* Cap. sequenti:
Cap.105. *Eo tempore elegerunt in honorem Majoris domûs quendam Francum, nomine Raganfridum. Commotóque exercitu hostili, usque Mosam fluvium properant, cuncta vastantes, cum Radbodo Duce fœdus inierunt.* Erchenberti fragmentum, de Majoribus domûs: *Dagobertum filium Childeberti Regem statuunt, qui regnavit annos V. Major domûs Theodoaldus, filius Grimoaldi, post quem Regnifredus.* De Carolo Majore domûs, tempore Dagoberti II, ita legitur in vita S. Leufredi, apud Chesne tom. 1. fol. 689: *Servus Dei Leufredus, cum in cenobia suo turba Monachorum in lege Dei floreret, & grandi fervore ad supernam patriam anhelaret, pro quibusdam necessariis negociis evenit, ut nobilissimum Principem Karolum Majorem domûs adiret, qui eo tempore, quo Dagobertus Rex, Childeberti gloriosissimi Regis filius, Regnum Francorum tenebat, curam reipublicæ nobiliter administrabat. A quo honorificè susceptus est, & humanè tractatus, & quæcumque suggessit consecutus est. Nam & pro merito sanctitatis ejus, isdem Princeps familiarissimè eo usus est: & gavisus occasionē se invenisse, de anima sua salute, cum eo diutiùs tractabat.* Annales breves Freheri: *Pugna Francorum, & mors Dagoberti Regis DCCXV.* Alii Annales Tilii, & Petavii: *Dagobertus Rex mortuus est, & Saxones devastaverunt terram Hattuariorum.* Annales Metenses,

anno

anno 715. pergunt, loco antea citato, ubi de Plectrude. pro Theobaldo Majore-domûs Austr. bellum gerente, adversus Neustrasios, fol. 268: *Quod dum crudeliùs quàm aporteret astu fœmineo disponere decrevisset, iram Nenstrium Fran orum in nepotis sui interitum, & Principum, qui sum eo erant, celerster convertit. Super exercitum enim Theadaldi, in Cotia silva, repentino impetu inruentes, cade maxima trusidarunt. Theodaldus verò, eum paucis vix evasit. Qui non multo post tempore, vitam innocentem finivit. Cujus in locum Raginfridum Majorem domûs, sub Dagoberto Rege constituunt. Tuns Gens illa omnium beneficiorum invicti principis pariter oblita, in Austrasiam toto impetu properantes, usque ad Mosam fluvium, totam illam regionem vastaverunt. Fœdus quoque, sum Radbodo Duce Frisenum, sontra Carolum pacti sunt. Sed Dominus, qui dat, & non imprabat, Karolum de insidiis novercalibus eruens, palam eum, trepidantibus manifestum praduxit. Tunc veluti, sùm sol radios, eclipsim ad modicum passus, cuncto exerit orbi, sic Pipini Karolus dignissimus hæres, languentibus, & penè desperantibus de salute populis, robustissimus defensor illuxit. Vt autem apertè cunctanti, plebi apparuit, tanto favore, tantaque gratulatione, ab universis susceptus est, ac si dominator eorum Pipinus, ad eorum consalationem revixisset.* Fredegar: *Eadem tempore Dagobertus Rex obiit, regnavitque annos V. Franci verò Danielem quendam, slericum, cæsarie capitis crescente, in Regnum stabiliunt, atque Chilpericum nuncupant.* Erchenbertus loco citato, Chesne tom. 1. fol. 781: *Danihslem, quandam Clericum, cæsarie capitis crescente, Regem, Franci sanstituunt, quem Chilpericum nuncupant; quia deficiente prosapiâ Regum, illum quem propinquiorem Meroveis iuvenire poterant, statuêre: quia Meroves (ut aiunt) sicus antiquitus Nazarei, nullo sapitis crine inciso erant, regnavitque annis VI. Interim prædictus Carlus Prinseps, ad Austrasios paternarum sedium aufugiens, ibique Principatum arripiens, Regemque sibi nomine Chladharium sonstituens, multa bella, sum Chilperiso Rege, & suo Majore domûs, nomine Reganfredo, commisit, easque, ut voluit, superavit, & thesaurum patris sui, à Plectrude recepit, suusque Rex Chlatharius post non multum obiit. Theadoricum filium Dagoberti junioris, Franci in Regnum sibi statuunt, qui nutritus in Cala Monasterio erat.* Vnde patet erraſſe Sanmartanos, dum Chilpericum hunc statuunt filium Childeberti, Dagoberti II fratrem, fol. 101. tom. 1. en la maison de France. S. Switbertus, qui Pipinum ægrotantem visitavit, obiit Kal. Martii hujus anni, juxta calculum Boscartii, dissertatione 113. fol. 399. elatus à Willeico, Theodorico, Gerardo, discipulis suis. Porrò ex Fredegar. & Erchenberto. suprà sic Annales Metenses fol 268. Chesne: *Prima anno post obitum Pipini, Raginfridus, usque ad Mosam fluvium, Austrasios vastavit, & cum Radboda fœdus iniit, Saxonesque terram Hattariorum vastaverunt. Eodem tempore Dagobertus Rex obiit, qui regnavit annis V. Franci verò nimirum Danielem, quendam Clericum, cæsarie capitus crescente, in regnum stabiliunt, atque Chilpericum nuncupant.* Tom. 5.

Anno Christi 716. Danielis Chilperici Regis Neustr. II. Rege Austrasiæ nullo. Reginfredi Majoris domûs Neustr. II. Caroli Martelli Majoris domûs Austr. II. Constantinus Papa obiit 3. Id. Febr. vacat sedes mens. 1. dies 10. Gregorius II Iunior creatus 12. Kal. Apr. consecratus 12. Apr. sed. ann. 14. mens. 10. dies 22. Anastasius Imp. coactus abdicavit 14. Kal. Sept. Imp. Theodosius IV. Aeramitenus imp. mens. 7. dies 6. *Onuph.* Annales Metenses, anno Tom. 3. 716. fol. 268. Chesne: *Secundo autem anno post discessum patris sui Pipini, Carolus Austrasiorum sortitus est Principatum.* Mortuo videlicet Theodoaldo, & Plectrude Coloniam dimissâ, & à regimine remotâ, ut è sequentibus apparebit. Renatum tum bellum graviùs, quam antea inter Austrasios, & Neustrios, quod Neustrasii, & Carolus, ægerrimè ferrent pactum Neustrasiorum, cum Radbodo ethnico, Frisonum Rege, & summo antea Pipini inimico, De quo sic pergunt iidem Annales Metenses fol. 268: *Cùm audisset idem Chilpericus, cum Raginfrido, quòd Karolus solium patris magna jam ex parte conscenderat, invidiâ, immò terrore. ducti, exercitum adversus eum congregant: Radbodoni suggerentes, ut ipse ex una parte, super eum irrueret, ipsi verò ex altera parte, per Arduennam silvam, in Ripuarios exercitum ducerent, ut ipsum, ex utrisque partibus cohercerent. Karolus autem præcellentissimus Princeps, de adventu Radbodi certior factus, occurrit ei. Initóque certamine, magna ex utraque parte clades extitit. Dirimente nocte cædem, hostis uterque fuu sese mandavit. Karolo autem visum est ad resistendum hosti copias augere. Indè egressus, missos huc atque illuc dirigens, ad defensionem patriæ congregare exercitum, præcepit, ut oportuno tempore hosti occurreret. Dum hæc agerentur, nuncius advolat, & Chilpericum, cum Raginfrido, Arduennam silvam, cum innumerabili exercitu transisse manifestat. Tunc providus Princeps Karolus exercitum suum in multas partes dividens, insidiari utrique exercitus inter iniqua loca disposuit. Ipse verò, cum quingentis fermè viris, Arduennam silvam, Amblavâmque villam, ascensu superat, & de summo colle hostium castra, copiasque considerans, quid illis damni inferre posset, prudentissimâ meditatione tractabat. Erat autem exercitus grandis nimis, cooperiens planiciem, in qua Amblava villa publica sita est. Erat autem hora prandii, & exercitus Chilperici, æstivum, ut suadebat, tempus, in tentoriis, & umbraculis reficiebat corpora sua. Cumque invictus Princeps, summa de colle, imminenti lumine, omnia perlustraret, accessit ad eum quidam ex militibus, postulans ut sibi permitteret impetu singulari hostium cuneos perturbare. Cùmque hoc precibus vix tandem impetraret, arrepto cursu medium discumbentium irrupit agmen. Arreptóque eminus clypeo, gladium eduxit, & ab interioribus, ad exteriora cursum dirigens, omnes, quoscumque eminus invenit, trucidat, adforéque illis Karolum magnis vocibus proclamat. Concurrunt igitur undique, hostemque bacchantem trucidare nituntur. Ipse verò ad fidum præsidium domini sui capiendum celerrimo cursu properabat. Karolus cernens militem suum in extremis periculis vitæ positum, non passus est ipsum*

sum perire. Sed impiger socios arma capere jubet, periclitantique famulo audax liberator occurrit. Ereptumque hostem prosternens, innumerabilem inimicorum multitudinem in fugam convertit. Ex quibus plures ad Ecclesiam, quæ in eadem villa Amblava sita est, confugerunt. Quam cùm quidam in ipsius fuga alacritate ingredi properaret, unus ex persequentibus posteriorem pedem foris limen Ecclesiæ gladio celeriter amputavit, quem cùm socii pia mentis affectu, cur basilica septa macularet, arguerent, respondisse fertur, id quod Ecclesia contineret, se observasse, ne contingeret. Quod autem extra claustra illius celeritate cursus invenerat, jure se amputasse firmabat. Concessit autem serenissimus Princeps Karolus vitam his, qui ad Ecclesiam confugerant, eosque, post Hilpericum, ad planiciem fugientem, inlæsos abire permisit. Ipse verò detractis ab hostibus spoliis, in propriis se sedibus ad tempus continuit. Chilpericus verò, cum lasso exercitu, ad Coloniam urbem perrexit. Quam, cùm expugnare temptaret, & in ambiguo exitu certaminis perduraret, Karolique Principis adventum, die, noctuque, deserreret; acceptis ab oppidanis muneribus, regni sui tutamina non victor, sed profugus, celeritate, qua potuit, penetravit. Meminit & Fredegarius, tom. 1. Chesne fol. 770. de Neustrasiis, & Chilperico: *Iterato quidem tempore, commoto exercitu, contra memoratum Carolum dirigunt. Ex alia parte iidem, cum hoste Frisionum, venturo, Radbodum Ducem invitant. Contra quem, prædictus vir Karolus, cum exercitu suo consurgens, certamen invicem iniere. Sed non modicum, ibi perpessus est damnum de viris strenuis, atque nobilibus. Cernensque læsum exercitum, terga vertit. Chilpericus post hæc, & Raganfridus, adunatâ hostili plebe, Arduennam sylvam transeunt, ab alia parte præstolante Radbodo Duce, cum exercitu suo, hactenus Coloniam urbem super Rhenum fluvium pervenerunt, regiones illas pariter vastantes, munera multa, & thesauros, à præfata Plectrude accipientes, reversi sunt. Sed in via, in loco, qui dicitur Amblava, ab exercitu Caroli, grande perpessi sunt damnum.* Chilpericus tradit hoc anno monasterio S. Dionysii, forestum Roveritum, vulgò Rouvray, cum forestario Lobecino, universaque ejus familia, cujus rei, hoc exstat diploma, apud Doubletium, in arch. S. Dionys. prorsus barbaro-latinum, more illius seculi, quo & literæ, & disciplina omnis, interibat. Ejus initium ita se habet, fol. 689: *CHILPERICVS REX FRANCORVM, VIR ILLVSTER. Se alequid ad loca sanctorum de nostris muncrebus præstamus, vel concedemus, hoc nobis ad mercidem, vel stabeletate regni nostri, in Dei nomene pertenire, confidemus. Ideo cognuscat utiletas, seo magnetudo vestra, quod nos foreste nostra Roverito, cum omnem jure, vel termene suo ad integrum, quæ est in pago Parisiaco super fluvium Sigona, una cum illo forestario, nomene Lobecino, qui commanet in fisco nostro vetus Clippiaco, una cum mansus, quod in ipso Clippiaco tenire viditur, vel terras ad ipsius mansis aspicientes ad integrum ad basileca peculiares patronis nostri S. Dionysii, ubi ipse preciosus donnus in corpore requiescit, vel ubi donnus Turnoaldus Episc. custos præesse videtur, ad peticione inlustri viro Raganfredo Ma-*

Cap. 106.

jorim domûs nostro, plina, & integra gratia ad die præsente vise fuemus concessisse. Et ut hae praeceptia firmior habeatur, vel per tempora conservitur, manus nostra subscriptionebus subter eam decernemus roborare. Signum Chilpericus Rex. Raganfredus obtulit. Datum pridie Kal. Marcias, annum secundum regni nostri Compendio in Dei nomine fæliciter. Annales breves Freheri: *DCCXVI. Pugnavit Carolus contra Radbodum.* Annales Tilii, & Petavii: *DCCXVI. Quando Radbodus venit Coloniam, in mense Martij, tunc pugnavit Carolus contra eum.* Meyerus in Annal. hoc anno, fol. 8.: *Per eosdem dies, Sylvinus Episcopus Tolosanus, magnum pietatis exemplum, Alchiaci naturæ concessit. Stirpe erat Tolosas: in Morinis mirandâ enituit religione. Ex multis hominibus immundos ejecit spiritus, ejus sepulchrum Bioch[e]dis vestalis, auro calavit, gemmisque variis insignivit. Filia erat hæc, Adalsquari magna religionis viri, conditoris Alchiacensis cœnobii.* Ibidem in margine: *Petrus de Natalibus in Sanctologo suo, putat hunc Sylvinum fuisse Episcopum Taruanensem, traditque migrasse ad superos 13. Kalend. Martii. Prædicasse igitur in Morinis opinar.* Contrà constat Erken-
Fol. 285. bodum tum fuisse Episcopum, suprà ad annum 710. nominatum, quem ipse Meyerus tradit anno demum 742. è vita migrasse. Acta S. Bonifacii, ex Serario apud Miræum in Fast. Belg: *In pa-*
5. Iun. *triam, cœnobiumque suum rediit anno 716.* Postquam videlicet anno 704. in Frisiam prædicandi causa, ad S. Willebrordum venisset, unde bellis ingruentibus inter Carolum, & Radbodum decessit. Wilibaldus in vita S. Bonifacii, apud Sur. 5. Iunii, at satis incorrectè fol. 51. *Consentiente nauclero, aggressus est navem, nauloque impenso prospero ventorum flatu, pervenit ad Dorstat: ibique aliquamdiu commoratus, debitum Domino Deo exsolvit, die, noctuque, præconium. Sed quoniam gravi ingruente Paganorum impetu, hostilis exorta dissensio inter Carolum Principem, gloriosissimumque Ducem Francorum, & Radbodum Regem Frisorum, populos ex utraque parte perturbabat, maximaque pars Ecclesiarum Christi, quæ Francorum priùs in Frisia subjecta erant Imperio, Radbodi incumbente persecutione, ac servorum Dei factâ expulsione, vastata erat, ac destructa, idolarum quoque cultura exstructis delubrorum fanis lugubriter renovata. Tunc vir Dei prospectâ perversitatis nequitiâ, pervenit ad Trechit, ibique aliquantis expectatis diebus, advenientem Regem Radbodum allocutus est: & multis illarum circumvallatis, ac conspectis terrarum partibus, utrum sibi in futurum prædicationis uspiam patesceret, locus perquireret: proponensque animo, ut siqua in parte hujus populi ad Evangelium patesceret aditus, quod clarescere, & verbi Dei semina ministraret.* Et mox: *Sanctus vir, dum sterilem aliquamdiu Fresorum terram inhabitaret, & æstatis, autumnique, aliquantulum tempus præteriret: jam arida cœlestis rore fœcunditatis reliquerat arva, & ad natale, suis secum supradictis conviatoribus, solum migravit, ac monasterii sui secreta petens, etiam ibidem, secundi siquidem anni hyemem, tripudiantium fratrum amore, susceptus hyemando transegerat, ut Doctoris Apostolicam gentium vocem imitaretur, dicentis: „Ibi enim constitui hyemare.*

Anno

Anno Christi 717. Danielis Chilperici Regis Neustr. III. Rege Austr. nullo Raginfredi Majoris domûs Neustr. III. Caroli Martelli Majoris domûs Austr. III. Theodosius Imp. coactus abdicavit 8. Kal. Apr. Imp. Leo imperat ann. 24. mens. 2. dies 25. *Onuph.* Pergit Fredegarius, loco paulò ante citato: *Succedenti tempore Carolus commoto exercitu contra Chilpericum, & Raganfridum, direxit. Bellum iniere die Dominica in Quadragesima 12. Cal. April. in loco nuncupato Vinciaco, in pago Cameracensi, nimiâ cade invicem collisi. Chilpericus, & Raganfridus devicti, in fugam lapsi, terga vertentes evaserunt. Quos Carolus persecutus, Parisius civitatem properavit.* Annales Metenses tom. 3. Chesne fol. 269: anno 717: *Karolus Princeps more majorum Legatos suos ad Chilpericum dirigit, ea quae pacis sunt postulans. Et ne fortè nobilium Francorum cruor inter illos effunderetur, paternum sibi suadet restaurari Principatum. Compertumque omnibus esse dicit, genitorem suum Pipinum, omnibus Occidentalibus Francis olim, cum justitia, & pietate dominasse. Nec ullum aliquid aliud postulare, nisi ut praeesset his, quos pater suus, quondam justâ ditione gubernaverat. Quod ut audivit Chilpericus, & Raginfridus, magnâ indignatione repleti, non solùm sibi hoc imperium denegabant; sed id, quod sibi ex paterno Principatu contigerat, ipsum spoliare minitabant. Illumque, ut crastino die ad bellum prapararet, ammonebant, ut ibi divina justicia judicium subiret, & quis deinceps Regnum Francorum regere deberet, divina potestas declararet: Quo audito, Carolus Princeps, Ducibus, & Optimatibus superbi Regis, responsum manifestat. Ipse verò alacri animo bellum, quod Rex edixerat, cum Dei auxilio committere non tardabat. Crastino itaque die, cùm sol orbi refulsisset, uterque exercitus non aquâ multitudine, nec audaciâ, acie consertâ paratus, ad bellum constiterat. Nam Hilpericus, cum innumerabili exercitu, sed vulgari quidem, commixtâ plebe, Caroli adventum expectabat. Carolus verò Princeps, cum pauciori quidem agmine, sed probatissimis, ad certamen viris, aciem, in hostem dirigebat. Commissa est autem in illa die, crudelissima pugna. Qua diu sub incerta sorte victoria, utraque ex parte dimicavit. Tandem enim ambiguitas, suo succurrente Carolo divinâ misericordiâ* * *Chilpericus Rex, cum suis, in fugam versus est. Ragenfridus quoque, fugâ lapsus, socios suos cruenta cadi exterminandos dereliquit. Carolus verò Princeps, divino auxilio, victoriâ patratâ, spolia innumerabilia, suis fidelibus distribuit, & ad persequendum Chilpericum Regem, & Ragenfridum, iter agere cœpit. Persecutúsque est eos, usque in Parisius civitatem. Cunctáque illa regione subactâ, cum magna lætitia, & prosperitate, ad Orientales partes sui imperii est reversus, Coloniámque urbem ingressus, paternis thesauris, à Plectrude noverca sua, receptis, in solio Regni sui, dignissimus heres resedit.* Annales breves: *DCCXVII. Pugnavit Carolus contra Raginfredum, in Vinciaco, in Dominica die.* Annales Tilii: *DCCXVII. Quando bellum fuit Vinciaco, inter Carolum, & Ragenfridum, in die Dominico, die XV. ante Pascha.* Annales Pithœani incerti auctoirs, qui & Fuldenses, fol. 1. vers: *DCCXVII. Raginfridus, & Hilpericus Rex in Vinciaco,*

Fol. 770. tom. 1. Chesne.

die

die Dominica ante Pascha, cum Carolo pugnantes, terga verterunt, quos Carolus, fugientes, cadendo persequitur usque Parisios. Meyerus noster sic ex hisce chronicis, in Annalibus suis: *DCCXVIII. Factum est prælium Vinciacense, in Cameracensibus, quo victor Martellus, Chilpericum Regem, ac Ramanfredum magistrum equitum, in fugam conjectos, Lutetiam usque insecutus est. Factum est autem hoc prælium 13. Cal. Aprilis, die Dominico.* Obiit hoc anno S. Winocus, in cœnobio
6. Nov. Wormholtano conditus, teste Miræo, in Fastis; cœnobium id, nunc in urbe, ab eo dicta Berga S. Winoci. Miræus in Annalibus Belgicis, fol. 250: *S. Winocus Abbas moritur in cœnobio à se condito, hodie illustri Benedictinorum Abbatia, in opido Flandriæ, quod Bergas S. Winoci nuncupant.* Meyerus sic scribit anno præced. fol. 8: *DCCXVI. Octavo Idus Novembris obiit divus Winnocus Abba Worombeltanus, cujus reliquias, ne in Normannorum devenirent ludibrium, Bertiniani postea ad suum asportaverunt monasterium.* Redit hoc anno Wulfrannus præsul, jussu Martelli, in Frisiam. Beca fol. 9: *Anno Domini 717. Carolus Martellus Dux, & Major domûs Francorum, post obitum patris Pipini Ducis, primam donationem Ecclesiæ Trajectensi tribuens, contra Radbodum Regem, de novo rebellantem, crudele bellum egit, quem etiam occisis plerisque Fresonibus, potentissimè subjugavit. Hic igitur Carolus, dictus Martellus, Radbodum devictum iterato recepit ad veniam, pro eo, quod absque dolo promisisset acceptare baptismi gratiam. Eodem anno Vulfrannus Archiepiscopus Senonensis, per divinum oraculum admonitus est, ad Frisiam tendere, & beato Clementi, pro convertendis Frisonibus diligenter assistere.* A morte S. Vindiciani episcopi Cameracensis, varii brevi tempore successerunt, at quo quisque anno incertum. Baldericus lib. 1. cap. 34: *Beato Vindiciano, Hildebertus in episcopium successit. Cui Hunoldus. Hoc defuncto ad episcopale solium, Hadulfus eligitur, quem asserunt quidam filium fuisse sancti Ragnulfi martyris.* Et cap. sequenti: *Hic Hadulfus, in ecclesia sancti Petri Apostoli, quæ intra muros castelli Atrebatensis est, juxta monasterium sancti Vedasti, sepultus est. Hujus verò sanctitas procedente tempore, multis, mirisque portentis, ostensa est.* Ad quod caput ita Colvenerius in notis fol. 424. *Gazaus in historia ecclesiastica inferioris patriæ scribit eum fuisse 2. abbatem S. Vedasti; anno 710. & electum Episcopum, anno 717. ac monasterium administrasse annis 19. Episcopatum annis 12. atque ita rexisset, usque ad annum Domini 729.*
29. Maij. Molanus quoque: *Atrebati, Nobiliaco monasterio, depositio sancti Hadulphi, episcopi, & confessoris. Qui Attæ, primo Abbati, Abbas in dicto monasterio successit, anno septingentesimo decimo, & rexit eam ecclesiam annis novemdecim. Anno verò septingentesimo decimo septimo, acclamatione populi, favore cleri, & jussu Hilperici Regis, assumptus est ad episcopatum Cameracensem, sive Atrebatensem, undecimus à beato Vedasto. Voluit tamen episcopus à fratribus suis tantum Abbas vocari.* V, anno 729.

Anno Christi 718. Danielis Chilperici Regis Neustr. IV. Clotarii Regis

Regis Austr. I. Raginfredi Majoris domûs Neustr. IV. Caroli Martelli Ma-
joris domus Neustr. I. & Austr. IV. Pergit Fredegarius: *Deinde Co-* Tom. 1. cap. 107.
loniam urbem reversus, ipsam civitatem cepit referatam. Præfata Plectru-
dis thesauros patris sui, ei reddidit, & cuncta suo dominio restituit. Re-
gem sib constituit nomine Clotarium. Sic & liber pervetustus, de Ma-
joribus domûs: *Carolus Coloniam veniens, & thesauros patris sui, à*
Plectrude recipiens, Regem sibi Clotarium statuit. qui eo anno mortuus
est. Annales Pithœani habent: *Regem sibi constituit Lotharium, no-* Cap. 107. tom. 2. Chesn.
mine, non potestate. Fredegarius fol. 770: *Chilpericus itaque, & Ra-*
gonfredus Legationem ad Eudonem Ducem dirigunt, ejus auxilium postu-
lantes rogant, Regnum, & munera tradunt. Illi quoque hoste Vascono-
rum commoto, ad eos venientes, pariter adversus Carolum perrexerunt.
At ille constanter, & intrepidus, eis occurrere properat. Eudo territus,
quòd resistere non valeret, aufugit. Carolus insecutus eum, usque Pari-
sius, Sequanam fluvium transit, usque Aurelianensem urbem accessit, &
vix evadens terminos regionis suæ penetravit, Chilpericum Regem, secum
cum thesauris sublatis avexit. Chlotarius itaque Rex, eo anno obiit. An-
no insecuto, Carolus per Missos suos amicitias, cum Eudone Duce faciens,
ab eo prædictum Chilpericum Regem, cum multis muneribus recepit. Ve-
niénsque urbem Noviomo &c. Eadem ferè Annales Metenses año 717.
& 718, subjungendo fol. 269. tom. 3: *Suscepto autem Regno, Karolus*
misericorditer erga ipsum egit, sedemque illi Regalem sub sua ditione con-
cessit. Quænam illa fuerit, Regalis sedes in Austrasia, nondum quid
certi video statuendum, vide quæ suprà de Mamaccis fol. 284, quæ-
que infrà anno 752. dicenda sunt. Ab eo tempore, Carolus de-
posito à regimine, ac dignitate Majoris domûs, Raginfredo, &
Austrasiam, & Neustrasiam, solus gubernavit, tantum Regio no-
mine Childerico, ac sequentibus eum Regibus, permisso. Fragmen-
tum historicum, authoris incerti, ex Alberto Argentinense, apud
Chesne tom. 1. fol. 783: *Eodem tempore Carolus Dux, filius Pipini,*
in Austrasia semel, & iterum exercitu commoto, contra Hilpericum Re-
gem, & Raginfredum Majorem domûs, pro Principatu decertantes, Hil-
pericus, cum Raginfredo, terga vertit, Carolus victor extitit. Et paulò
post: *Carolus igitur Dux, victrici manu, Major domûs Palatii effectus*
est, Raginfredo deposito. Pergunt Annales Metenses: *Eodem autem an-* Fol. 270.
no, Karolus Princeps vastavit Saxoniam, plagâ magnâ, & pervenit usque
ad Wiseram fluvium. Omnique illâ regione subactâ, ad propria victor re-
vertitur. Sic & Annales breves: *DCCXVIII. Vastavit Karolus Saxo-*
niam, plagâ magnâ. Alii Annales Tilii, & Petavii: *DCCXVIII. Fuit*
autem tunc priùs Carolus in Saxonia, & vastavit eam plagâ magnâ, us-
que Wiseram. In Annalibus Metensibus sic etiam legitur hoc an-
no, fol. 270: *His temporibus, Winfridus, qui & postea, cùm Episcopus*
ordinaretur, Bonifacii nomen accepit, doctor Catholicus, natione Anglus,
primùm Romam, deinde, cum auctoritate Gregorii Papæ, in Franciam,
ad prædicandum verbum Dei venit. Idemque Bonifacius, à Præsule Sedis
Apostolicæ Gregorio, Mogontia, civitati metropoli Germaniæ, Archiepi-
Pp *scopus*

ſcopus ordinatur, & Legatus Germanicus, Romanæ Eccleſiæ, in Franciam
mittitur. Qui prædicatione ſuâ, multos populos, Turingorum videlicet,
Heſſionum, & Auſtraſiorum, ad fidem rectam, à qua diu aberraverant,
convertit. Monaſteria quoque monachorum, & virginum, primus in par-
Fol.278. *tibus Germaniæ inſtituit.* Acta S. Bonifacii, ſuprà citata: *Romam pro-*
ficiſcitur, & à Gregorio II. Pontifice an. 718. prædicandi, in Germania,
poteſtatem accepit. Mir. Faſt. S. Belg. Othlonus in ejus vita apud
Sur. 5. Iun. fol. 59: *Accidit, ut Monaſterii ſui pater, depoſito carnis*
ergaſtulo, vitam præſentem finiret. Cujus obitu fratres nimium contriſta-
ti, ſed à beato viro ſpiritualibus colloquiis lætificati, & ut regularis vitæ
normam conſervantes, patrem quemlibet ſpiritualem eligerent, omnimodo
inſtructi, omnes ipſum ſanctum, qui eo tempore Winfrid dicebatur, unicè
precabantur, ut paſtoralem ſuper eos ſuſcipere curam dignaretur. At ille
altiora quæque in animo gerens, non eorum preces, ullo ſuperbiæ faſtu
deſpexit, ſed quæ intentio ſua eſſet, humiliter pandens, quod ſcilicet de-
ſpectis cunctis patriæ facultatibus, atque honoribus, pro Chriſti amore,
proque aliorum ſalute peregrinari vellet. cum omnium charitate, & licen-
tia fratrum, vota ſua obtinuit. Et ut eiſdem votis, major authoritas eve-
niret, adiit etiam ipſius loci, Epiſcopum venerandum, nomine Danielem,
petens, quatenus ejus benedictione, & literis commendatitiis, ad Romam
profecturus, uti mereretur. Et paulò poſt: *Benedictione ſuſceptâ protinus*
valedicens fratribus, proficiſcitur per longa terrarum ſpatia, perque igno-
tas maris vias, donec collecta undique non modica multitudo ſervorum
Dei, eodem ſpiritu ferventium, ad eum conveniret. Hi ergò omnes una-
nimiter per ſingulos dies, multas Sanctorum Eccleſias adierunt, obſecran-
tes, ut opitulante Deo tutius Alpium juga tranſcenderent, Longobardorum-
que ferocitatem erga ſe leniorem ſentire mererentur. Cumque univerſa
ferociſſimæ gentis diſcrimina illæſi pertranſirent, atque limina beati Petri
Apoſtoli proſperè adirent, ſtatim debitas Chriſto grates perſolvunt, ibique
abolitionem peccaminum, atque itineris ſui fœlicem exitum deprecantes,
ſperata ſuffragia invenerunt. Nam poſtquam ſanctus vir, venerabilem ſe-
dis Apoſtolicæ præſulem, nomine Gregorium, qui ejuſdem nominis, ſecun-
dus tunc habebatur, allocutus, ei adventûs ſui cauſam manifeſtavit, &
quali deſiderio, diutiùs deſudaſſet, aperuit. Mox idem præſul hilari vultu
intuitus in eum, inquiſivit, an literas, ab Epiſcopo ſuo commendatitias,
detuliſſet. At ille concitus chartam, ex more involutam proferens, dedit
Apoſtolico. Apoſtolicus verò acceptis, lectiſque literis, & comperto, ſancti
viri deſiderio, ſedulum deinceps, cum eo colloquium habuit, reverenter
eum ibi commorantem retinens, pro qualibuſque Sanctorum reliquiis po-
ſtulabat, illi tradidit. Ipſas litteras commendatitias exhibet Baro-
nius ad annum Chriſti 719, his verbis, fol. 23. *Piiſſimis, ac cle-*
mentiſſimis Regibus, Ducibus univerſis, reverendiſſimis, & dile-
ctiſſimis Epiſcopis, religioſis, necnon Abbatibus, preſbyteris, &
ſpiritualibus filiis, Chriſti nomine conſignatis, Daniel Dei famu-
lorum famulus. Dum univerſis fidelibus devotione ſinceriſſimâ Dei man-

data

data sunt observanda, quantum sit hospitalitatis munus, quamque acceptabile Deo humanitatis officium viantibus exhibere, SS. Scripturis attestantibus demonstratur, dum & B. Abraham propter hospitalitatis misericordiam, sanctorum Angelorum præsentiam suscipere meruit, & venerando eorum colloquio perpotiri. Loth quoque, per hujusmodi ministerium pietatis, de Sodomorum flammis ereptus est, salvavit eum hospitalitatis gratiâ de flammarum interitu mandatis cælestibus obsequentem: ita & vestræ dilectioni proveniet ad salutem, dum harum portatorem religiosum presbyterum, Deique omnipotentis famulum suscipientes inveritis, dum charitatem ei, quam Deus, & diligit, & præcipit, exhibueritis. Recipientes ergò Dei famulos, eum recipitis, cujus majestati deserviunt, ita pollicentis: Qui vos recipit, me recipit. Hæc itaque concordi devotione facientes, & Dei mandata peragitis; & de divinæ promissionis oraculo confidentes, mercedem apud eum habebitis sempiternam. Incolumem eminentiam vestram, sempiterna gratia custodiat. Fuit verò hic Daniel Episcopus Ventæ civitatis, apud Saxones Occidentales, cujus mentio apud Bedam, lib. 5. cap. 24. Pergit loco paulò ante citato, Otlonus, de Gregorio II. *Illi committens in cunctis Germaniæ populis, curam prædicandi, tradidit Epistolam, cujus exemplar tale invenitur.* Sur. f. 60.

GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI, BONIFACIO RELIGIOSO PRESBYTERO. Exigit manifestata nobis religiosi propositi tui, piè in Christo flagrantis, intentio, & approbata sincerissimæ fidei tuæ perlata relatio, ut ad dispensationem verbi divini, cujus per gratiam, Dei curam gerimus, te comministro utamur. Experientes proinde, te ab infantia sacras literas didicisse, profectûsque indolem ad augmentum crediti cælitus talenti prospectu divini timoris extendere: videlicet gratiam cognitionis cælestis oraculi, in laborem salutiferæ prædicationis, ad innotescendum gentibus incredulis mysterium fidei instanti conatu expendere, collætamur fidei tuæ, & adjutores effici cupimus gratiæ prærogatæ. Igitur quia præmissi conatûs pium affectum, usque ad Apostolicæ sedis modestâ provisione perduxisti consultum, ut membrum ex membro proprii corporis, caput requirens, motum mentis probares, capitisque arbitrio humiliter te submittens, & ejus directioni, justo tramite properans, soliditati compaginis plenitudo existas: Ideò in nomine indivisibilis Trinitatis, per inconcussam authoritatem beati Petri Apostolorum principis, cujus doctrinæ magisterio fungimur, & locum sacræ sedis administramus, modestiam tuæ religionis instituimus, atque præcipimus, ut in verbo Dei (quo igne salutifero, quem Dominus mittere venit in terram, enitere videris) ad quascunque gentes infidelitatis errore detentas, properare, Deo annuente, potueris, mysterium regni Dei, per insinuationem nominis Christi Domini Dei nostri, veritatis suasione designes, & per spiritum virtutis, & dilectionis, ac sobrietatis, prædicationem utriusque Testamenti, mentibus indoctis consonâ ratione transfundas. Disciplinam denique sacramenti, quam ad initiandos Deo pravio credituros tenere studeas; ex formula officiorum sanctæ nostræ sedis Apostolicæ, institutionis tuæ gratiâ prælibatâ, volumus, ut intendas. Quod actioni susceptæ tibi deesse perspexeris, nobis, ut volueris, intimare curabis.

curabis. Bene vale. Data Idus Maij, imperante domino piissimo Augusto Leone secundo, à Deo coronato, anno tertio imperii ejus, Indictione 2.
Pergit Otlonus: *His literis acceptis, à venerabili Papa, profectus est inde ad Longobardorum Regem, Luitprandum, à quo honorificè susceptus, aliquandiu cum eo est hospitatus. Profectus verò exinde, ardua, & prærupta alpium juga transcendit, incognitosque Bagoariorum, & Germaniæ terminos perlustrans, in Turingiam devenit, considerans, & explorans in omnibus, instar prudentissimæ apis, ubi postmodum nectaream sanctæ fidei dulcedinem colligere posset. Cùmque per aliquot dies, in Turingia commoraretur, interim omnes illius provinciæ principes, verbis spiritualibus alloquens, ad sacra fidei agnitionem, totiusq; religionis tramitem revocavit. Sed & Sacerdotes, quos sceleribus variis deditos comperit, sermonibus Evangelicis admonens, ad institutionis Canonica normam correxit.*
S. Hagilolphus Episcopus Coloniensis martyrio coronatus anno 718. 9. Iulii, teste Boscartio, differt. 101. fol. 358. atque is fuit, qui cum S. Switberto, Pipinum scribitur visitasse, ac confunditur à Molano, cum altero Agilolpho, anni 748. 9. Iunii. Vterque author conferendus. Circa hoc tempus existimo à Martello ductam uxorem Suanechildim, unde paulò post natus sit Carolomannus, qui anno 722. diplomati ejus testis adhibetur; quod muneris Regum filiis, quamquam in prima ætate, ab aulicis, & prima nobilitate, solitum fuit deferri. Vide quæ dicenda sunt anno 722. Hoc tempore, quisnam fuerit Tornacensis, & Noviomensis Episcopus, nihil certi reperio apud authores. Chenu post Garulphum, cujus mentio facta, anno 709. ponit Crasmarum, quem constat vixisse, anno 564. fol. 50. Oudegerstius S. Vrsmarum, de quo v. anno 713. & præced. Episcopum malè vocat Noviomensem, qui tum idem cum Tornacensi, cap, 2. fol. 4. Crasmari verò hi successores à Chenu statuuntur: Framengerus, Minarus, seu Numianus, Guido, cum Enucio sancto, Eliseus, Edelphridus, Dido, Gilbertus, Plera, seu Pleron, Gandemarus, seu Andomarus, Ranegarius, Folcardus, seu Ficardus. Nec quidquam ampliùs; ut non tantum anni, quibus vixerint, sint incerti, sed ne conditio quidem uniuscujusque, ac vivendi ratio, nota sit. Suspicor aulicis, & quidem laicis, episcopia, ut plurimùm tradita, à quibus nihil memorabile, in favorem rei Ecclesiasticæ, sit gestum. Docet corruptissimum hujus seculi morem Hincmarus, in vitæ S. Re-
Fol. 185. 13. Ian. migii proëmio, apud Surium, his verbis: *Caroli Principis (Martelli) tempore, propter discordiam, & contentionem de principatu, inter eum, & Ragenfridum, & frequentia, ac civilia, immò, plus quàm civilia (quia intestina, & patricidalia) bella, in Germanicis, & Belgicis, ac Gallicanis provinciis, religio Christianitatis penè fuit abolita: ita ut Episcopis in paucis locis residuis, Episcopia laicis donata, & per eos rebus divisa extiterint: adeò, ut Milo quidam, tonsurâ clericus, moribus, actu, habitu irreligiosus laicus, Episcopia Rhemensium, ac Trevirorum usurpans insimul, per quadraginta circiter annos pessundederit. Cujus infelici tempore, de ista*

Rhemensi

Rhemensi ecclesia, non solum preciosa quæque ablata fuerunt, sed & ecclesia, atque domus religiosorum destructa, & res ab Episcopio fuère divisæ. Illi quoque pauci, qui erant residui, clerici, negotio victum quærebant, & denarios, quos mercimonio conquirebant, in chartis, & librorum foliis interdum ligabant.

Anno Christi 719. *Danielis Chilperici Regis Neustr. V. Rege Austrasiæ nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. II. Austr. V.* Annales breves Freheri: *Occisio Francorum, ad Suessionis civitatem, & mors Radbodi.* Annales Tilii, & Petavii: *DCCXIX. Radbodus mortuus est.* Annales auctiores Tilii: *DCCXIX. Quando mortuus fuit Radbodus.* Obitum Radbodi, sic describit Beca, loco citato, ad annum 717. ita pergens, fol. 9: *Per cujus* (Wulfranni) *denique prædicationem, idem Rex in fide Catholicâ diligenter edoctus est, & ad fontem baptisterii, simulatâ tamen devotione perductus est. Cùm autem idem tyrannus, unum pedem lavacro baptismatis intingeret, ut Christianæ fidei sacram professionem faceret, instigante diabolo, requisivit, ubinam major pars, vel numerus Frisonicæ gentis esset, an in cœlesti regione, an in gehennali damnatione? sanctus quidem Episcopus constanter asseruit, omnes Frisones incurrisse perpetuæ damnationis sententiam, qui dudum minimè susceperunt sacri fontis renatsivam gratiam. At idem Rex, hoc audiens, abstrahendo pedem à baptisterio, dixit: Malo cum antecessoribus meis paganis apud inferos habere contubernium plurimorum, quàm cum paucis Christianis tuis possidere regnum cœlorum. Itaque Radbodus Rex ludificatus est à diabolo, qui per miserabilem mortem, ab hinc, die tertia migravit, à seculo, post cujus interitum, beatus Clemens, liberè permissus est, ubilibet in Frisia, patenter Evangelium prædicare, catechuminos baptizare, neophytos confirmare, sacros Ordines celebrare, ac in pagis singulis, Ecclesias, seu basilicas dedicare.* Extincto hac ratione Radbodo planè existimo S. Wulfrannum ad monasterium Fontanellam rediisse, unde diverterat, pristino zelo accensus, Radbodi tandem ad Christum convertendi, qua spe frustratus, obiit S. Wulfrannus anno sequenti. Miræus in Annalibus Belgicis, fol. 25. hoc anno: *Radbodus Frisonum Rex moritur idololatra, unde* Rabaut / *sive* Rabbaut / *nostris, idem quod nequam.* Aimoinus lib. 4. cap. 51. editionis Paris. anni 1603, ita agit de Frisonibus, & Radbodo, 191. *Frisones, cum Rodbodo Duce, in eum consurgunt. Carolus quoque super ipsos Frisones irruit: ibique maximum dispendium, de sodalibus suis, perpessus est: atque per fugam elapsus abscessit.* Idem lib. 4. cap. 55: *Item (quod superiùs prætermisimus) gentem clarissimam maritimam Frisonum, nimis crudeliter rebellantem, unà cum Duce suo Rodbodo, præfatus Princeps, audacter navali evectione altum mare ingressus, navium copiâ adunatâ properat certatim debellare; Amstrachiam, & Austrachiam, insulas Frisonum penetravit: super Burdonem fluvium, Radbodum Gentilem, Ducem illorum, fraudulentum consiliorum, interfecit: exercitum Frisonum prostravit: fano eorum; & idolo contrivit: atque igne combussit: ac cum magnis spoliis, & præda, victor reversus est in regnum Francorum.* Confundit

fundit hæc author, cum iis, quæ sequentur, anno 729. Amstrasiam Douza Amelandiam intelligit, alii, teste Matthia van Hove, fol. 262. Amsteredamum. Winsemius, Westrachim Westergoe/Austrachim Oostergoe. *Burdonem*, fluvium Bornesse, interpretatur idem van Hove, qui ab hoc anno 919. deducit Comites Cliviæ, primumque statuit Graili, secundum Theodoricum. Videat, cui libuerit, seriem ad hanc usque ætatem. Acta S. Bonifacii, citata

Mir Fast. Belg.

5. Iunii: *Maio mense, Româ, in Germaniam venit, & S. Gregorium puerum, pòst Vltrajectensem Episcopum, in disciplinam suam accepit, an.* 719. Annales Fuldenses DCCXIX. fol. 2. *Bonifacius vir sanctissimus à Præsule Sedis Apostolicæ Gregorio, Mogontiaca civitati, Metropoli Germaniæ, Archiepiscopus ordinatur, & Legatus Germanicus Romanæ Ecclesiæ in Franciam mittitur. Qui prædicatione suâ, multos populos, Thuringorum videlicet, Hessarum, & Austrasiarum, ad fidem rectam, à qua diu aberraverant, convertit. Monasteria quoque Monachorum, & Virginum. primus in partibus Germaniæ instituit.* Otlonus in vita S. Bonifacii, Sur. 5. Iunii fol. 60: *Interea verò auditâ Radbodi Fresonum Regis morte, qui persecutionem magnam, per idem tempus in Christianos exercuit magno repletus gaudio, in Fresiam, navigando, devenit, ibique verbi divini semina spargens, plurimos ab errore idololatriæ retraxit. Sub eodem quoque tempore, per venerabilem Willibrordum, Trajectensis Ecclesiæ præsulem, buccina cœlestis doctrinæ, in Fresiam insonuit. Cujus studio, sanctus Dei famulus Bonifacius, omnimoda congaudens, & adhærens, per tres continuos annos laboravit, cum illo, tam in destruendis*

Chesne Tom. 3.

fanis, quàm in construendis Ecclesiis, omnibusque negotiis divinis. Annales Metenses: *Anno ab Incarnatione Domini DCCXIX. Karolus congregato exercitu. Rhenum fluvium transiit, Alamanniamque lustrat, & ad Danubium usque pervenit. Illóque trajecto, cum thesauris multis,*

Chesne Cap. 108. Tom. 1. fol. 770.

& matrona quadam nomine Plectrude, & nepte sua Sonihilde, adjuvante Domino, victor, ad proprias sedes revertitur. Ex Fredegario, apud quem hæc leguntur: *Per idem tempus rebellantibus Saxonibus, Carolus Princeps veniens, eos præoccupavit, ac debellavit, victorque revertitur. Secutis diebus evoluto anni circulo, coactâ agminum multitudine, Rhenum fluvium transiit, Alemannosque, & Suavos lustrat, atque Danubium peraccessit, illoque transmeato, fines Bajorenses occupavit. Subactâ regione illâ, thesauris multis, cum matrona quadam Bilitrude, & nepte sua Sonichilde, egreditur.* Duravit verò hoc bellum in Saxones, anno quoque 720, ut tradunt Annales, mox citandi. Fragmentum historicum, Chesne fol. 784. postquam scripsit anno 718.

Tom. 1.

Saracenos frustra Constantinopolim obsedisse, subdit: *Sequenti anno sanctus Bonifacius, à Gregorio Papa, Moguntiæ Archiepiscopus ordinatus est: quamvis antea Moguntini Episcopi suffraganei fuerint Wormariensium Episcoporum. Et auctoritate Apostolicâ, duos in sua parochia Episcopatus fecit, Witzeburgensem scilicet, cui sanctum Burchardum, & Eistetensem, cui Willebaldum, comprovinciales primos Episcopos ordinavit. Hic etiam Fuldense cœnobium in saltu Bochaniæ construxit, ubi postea,*

ſtà, cùm Freſonibus prædicaret, martyrii coronam adeptus, anno Domini DCCLIV ſepultus eſt.

Anno Chriſti 720. *Danielis Chilperici Regis Neuſtr. VI. Theoderici II Regis Neuſt. I. Rege Auſtr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neuſtr. III. & Auſtr. VI.* Conſtantinus VI Copronymus, Leonis III filius, imp. à patre 12. Kal. Maii appellatus, cum eo imperavit ann. 21. menſ. 2. *Onuphr.* Libellus pervetuſti ſcriptoris de Majoribus domûs, Cheſne tom. 2. fol. 2, de Chilperico Rege, Carolo ab Eudone tradito: *Quo non plus quinque annis regnante, Franci, Theodoricum, Dagoberti junioris filium, Regem ſuper ſe, ſtatuunt.* Chilpericum exiſtimo quinque annis completis, Regis titulo uſum, defunctum verò anno regni ſexto, nam Fredegarius, ſex eum annis regnaſſe ſcripſit, Cheſne tom. 1. fol. 770: *Poſt non multum tempus curſum vitæ, & Regnum amiſit, & mortuus eſt, regnavitque annos ſex. Quo mortuo, Theodoricum Regem ſtatuerunt in ſedem Regni, qui nunc locum ſolii regalis obtinuit, annis vitæ ſimul præſtolatis.* Sic & fragmentum Erchanberti, de Majoribus domûs, Cheſne tom. 1. fol. 781: *Danielem*, &c. ut anno 715. *Regnavitque annis 6. Interim prædictus Carolus Princeps ad Auſtraſios paternarum ſedium aufugiens, ibique Principatum arripiens, Regemque ſibi nomine Chlotharium conſtituens, multa bella, cum Chilperico Rege, & ſuo Majore domûs, nomine Reganfredo, commiſit, eoſque, ut voluit, ſuperavit, & theſaurum patris ſui, à Plectrude recepit, ſuuſque Rex Chlotharius poſt non multum obiit. Theodoricum, filium Dagoberti junioris, Franci in Regem ſibi ſtatuunt, qui nutritus in Cala monaſterio erat, regnavitque annis VI. Major domûs, ac Princeps Carolus. Qui jam utraque Regna viriliter gubernans, circumquaque, cum Regibus, ac Ducibus, bella ſemper ſuperando committens, donec eum omnes vincendo, qui ei contrarii fore videbantur, vincere conſtabat.* Sic ferè & libellus pervetuſtus, locum ſuprà citatum proſequitur fol. 2: *Quo tempore (* Theodorico Rege*) Carolus Major domûs, & Auſtraſiorum Princeps, multa bella contra Radbodum, & contra Lanfridum, contra Eudonem, & Bajoarios, contraque Saracenos impari manu iniit, & ſemper, Dei gratiâ, victor extitit.* Geſta Regum Francorum, Cheſ. t. 1. fol. 720. de Chilperico: *Mortuus quidem eſt poſt hæc, & Noviomo civitate ſepultus: regnavitque annos V. & dimidio. Franci verò Theudericum II Cala Monaſterio enutritum, filium Dagoberti junioris, Regem ſuper ſe ſtatuunt. Qui uſque nunc in Regno ſubſiſtit.* Miræus in Annal. Belg. fol. 251: *Theodoricus anno Regni ſui primo, 3. Martii, prædia monaſterii Sithienſis, ſeu Bertiniani confirmavit, petente S. Erkembodo Abbate. Ex Diplomate quod apud me exſtat.* Idem in Notitia Eccleſiarum Belgii, adfert hoc Theodorici 2. Diploma: *THEODORICVS REX FRANCORVM, VIR ILLVSTER. Gravionibus, ſeu & omnibus Agentibus, vel junioribus eorum. Venerabilis vir Erkembodus Abbas, de monaſterio Sithiu, (quod eſt in pago Taruanenſi; in honore S. Mariæ Genetricis Domini noſtri Ieſu Chriſti, nec non & SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, vel cæterorum*

Marginal notes: Cap. 107. — V. arte, fol. 292. — Tom. 2. — Cap. 3. fol. 18.

tererum dominorum Sanctorum constructum) ad nostram accessit praesentiam. Cujus petitioni ita praestitisse, & in omnibus confirmasse cognascite. Praecipientes enim praecipimus, ut quidquid constat proavum nostrum Clodovaeum, quondam Regem de ipsa emunitate concessisse Bertino, antecessori suo, vel postea ipsi avunculi, vel avus noster Clotharius, & Theodericus, Childebertus, & Chilpericus, etiam & confirmationes consobrini nostri Chilperici, quondam Regis jussu, & rationabiliter concesserunt, & confirmaverunt, vel de eo tempore, usque nunc recto tramite sunt conservata, ita & in postmodum, per nostrum praeceptum plenius in Dei nomine confirmamus inspectas ipsas praeceptiones suprascriptorum Principum, sicut per easdem declaratur. Signum gloriosi Regis Theodorici. Data, quando fecit Martius dies tres, anno primo regni nostri, Suessionis civitate, in Dei nomine feliciter. Velim vidisse ipsum Diploma authenticum, non enim capio, qua ratione Clodovaeus ejus proavus, Clotarius avus, &c. Chilpericus consobrinus &c. appellentur. Annales breves DCCXX. *Pugnavit Carolus contra Saxones.* Annales Tilii, & Petavii; DCCXX. *Quando bellum habuit Carolus contra Saxones.* Annales auctiores Tilii: *Carolus bellum habuit contra Saxones.* Acta S. Bonifacii è Serario collecta, ab Auberto Miraeo in Fast. Belg: *Radbodo Frisiorum Rege, idololatra, anno superiore defuncto, in Frisiam secundo ivit, & tribus circiter annis S. Willebrordo Episcopo cooperator fuit, ann. 720. 721. 722.* V. anno praecedente. Miraeus ibidem, de S. Wulfranno: *Obiit sanctus Antistes in Fontanella, dioecesis Rotomagensis monasterio, an. Christi septingentesimo vicesimo, inde postea, cum S. Wandregisilo, Gandavum ad Blandiniense monasterium translatus.* Et Meyerus noster in Annal: *DCCXX. Decessit D. Wulfrannus, Pontifex Senonum, cujus corpus adservatur Gandavi in monasterio Blandiniensi.* Trithemius de vitis Monach. ordinis S. Benedicti, teste Chesnu, in Episcopis Senonensibus, tradit *eum coronam accepisse aeternam anno 720.*

Anno Christi 721. Theoderici II Regis Neustr. II. Rege Austr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. IV. Austr. VII. Annales Fuldenses: *Carolus, Raginfridum persequens, Andegavis civitatem cepit, postea Saxones vastando, victor regreditur.* Sigebertus anno 722: *Carolus, Raginfredum persequens, Andegavis obsidet, eamque captam victo Raginfredo, ad habitandum concedit.* Hoc anno 4. Non. Iul. obiit S. Berta Blangiacensis monasterii fundatrix, *Annorum septuaginta novem*, ut ex vita ejus M S. nobis asserit Locrius, hoc etiam adjungens: *Superstite adhuc B. Berthâ, Deotila ejus filia, Blangiacensis monasterii regimen acceperat, atque in annos XXIX. prorogavit.* In arch. Ecclesiae Rhemensis exstant duo Theodorici Regis diplomata, quorum mentio anno 714. sub Dagoberto II fol. 288. Ejusdem est hoc diploma, apud Guilielmum Hedam, continens donationem Trajecti, & Fethnae, factam S. Willebrordo, hoc initio fol. 28: *EGO IN DEI NOMINE ILLUSTER VIR CAROLUS MAIOR DOMUS, FILIUS PIPINI QUONDAM, Cogitans casum humano*

nec indictum reliquit Wiranem Trithem. de illustribus viris sui Ord. lib. 3. Heda Deirorum Episcopum facit; est autem Deira provincia Nordanhumbrorum, teste Camdeno, qui in Britanniâ suâ, ubi agit de Brigantibus, Saxones (inquit *) Nordanhumbriæ regnum in duas partes diviserunt; Deiram scilicet, & Berniciam, quæ partes quanquam suos Reges, aliquandiu habuerunt: tandem tamen in unum regnum coaluerunt, vide Malmesburiensem.* Tum de Plechelmo: *Hunc Wiranus facium in Oldenzale quiescere, & inter primos Ruremundensis Ecclesiæ patronos haberi tradunt Molanus, & Cratepolius.* Ioannes Beca de eadem Ecclesia, sic in chronica sua, fol. 9: *Hæc utique sancta Trajectensis ecclesia meritò Regia plantatio dicta est, quæ multis Regalibus prædiis, ac Imperialibus privilegiis adornata est, in qua plures sacrosancti Patres pristinis floruêre temporibus, qui tam in morte, quàm in vita, multis miraculorum claruêre virtutibus. In hac quidem Ecclesia largè prebendati sunt, venerandæ dignitatis Canonici, qui in horis nocturnis, sive diurnis continuè non tacebunt laudare nomen Domini: In hac insuper Ecclesiâ, multa sanctorum corpora, de diversis sanctuariis, & reliquiis venerantur, in quâ nihilominus, duarum præpotentium Imperatorum consepulta viscera procondantur.*

Anno Christi 722. Theodorici II Regis Neustr. III. Rege Austrasiæ nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. V. Austr. VIII. Acta Bonifacii: *Episcopatum Vltrajectensem à S. Willebrordo delatum refugiens, in Germaniam rediit, & Christianam in ea religionem mirificè propagavit, an. 722.* Otlonus fol. 60. Sur. *Prædicto verò Pontifice* (Willebrordo) *blandis illum* Bonifacium *verbis increpante, & ad suscipiendum Episcopatûs ordinem instigante, diversisque pro hac spirituali contentione verbis invicem prolatis, hic sanctus vir in tanto agone positus, placitum tandem excusationis sermonem protulit, dicens: Onus regiminis, quod mihi indigno imponere cupis, sancte Præsul, suscipere non audeo, quia à beato Gregorio Papa, in Germaniam, ob evangelizandi causam directus sum, ipsiusque legationis gratiâ in has barbaras nationes adveniens, sponte me tuæ gubernationis imperio subjeci. Tantum ergo mandatum præterire, & aliud quodlibet negocium subire, nullatenus præsumo. Vndè Pater venerande, obsecro, ut in illas regiones, ad quas à præsule Apostolica missus sum, cum tua gratia simul, & licentia, transire merear. Hæc audiens sanctus Willebrordus, datâ benedictione, permisit eum abire.* Et mox: *Ille verò exinde proficiscens, pervenit ad locum, cui nomen est Amanaburg, Deum ubique habens conservatorem; cujus etiam virtute, atque protectione suffultus, quocunque perrexit, ubique sacra doctrina notitiam dilatavit. Cumque ingentem populum Domino in Fresia prædicando acquireret, multique ab ejus spirituali doctrina educati, ad agnitionem veritatis pervenirent, adeò, ut supradictum locum, cui gemini præerant germani Dietsh videl. & Dierorolf, Domino Deo auxiliante obtinens, collectâ non paucâ fratrum congregatione, monasterium construeret. Tunc etiam alias Germaniæ partes prædicandi causâ adiit, Hessones videl. in Saxonum confinia positos. Quos cum similiter à paganica superstitionis*

Fast.Belg. 5.Iun.

cultu magna ex parte converteret, multaque millia hominum baptismatis sacramento abluisset, misit quendam ex suis fidelem nomine Binnam ad Romam, cum literis, denuntians venerando præsuli Apostolico universa, quæ circa illum divina pietas egerit, quantaque multitudo hominum sancti spiritûs gratiâ illustrato, regenerationis lavacrum, ab eo susceperit. Sed & de rebus variis, quæ ad quotidianam regulæ Ecclesiasticæ necessitatem, populique noviter conversi curam, pertinebant, prudenti interrogatione conscripsit. Annales Fuldenses: *DCCXXII. Carolus Alamannos, & Bojoarios, armis, subegit.* Roteau in annalibus Hannoniæ Comitatûs, nuper excusis Montibus anno 1648. typis Ioannis Havaert, hoc monimentum adfert, anno 722. intra muros Ecclesiæ Cortissolre repertum, veteri lapidi incisum: *Hubertus Tongrensis Episcopus, postquam elevasset S. Walbertum, & S. Bertilam, elevavit S. Waldetrudem, præsente Carolo Magno Imperatore.* Quod aut fictitium, aut non nisi de Carolo Martello, qui summus belli imperator erat, intelligendum esse, ratio temporis nos evidenter docet, neque aliunde Carlomannus filius ejus, & Carolus Magnus nepos ejus, nomen illud sortitus est, quam à Carolo nostro Martello, ob fortitudinem singularem, Magno etiam appellato. Fratres Sanmartani hoc ei dant elogium, tom. 1. fol. 140. *Tant des faicts Heroïques, & si merveilleux, furent mis à chef, par ce Prince, qu'aucuns l'ont preferé à l'Empereur Charle Magne son petit filz, mesmes à ces deux aultres invincibles monarches, Alexander le Grand, & Iules Cæsar.*

Anno Christi 723. Theodorici II Regis IV. Rege Austrasiæ nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. VI. Austr. IX. Annales Fuldenses: *DCCXXIII. Iterum Alemanni, & Bajoarii pacis jura temerare nituntur.* Sigebertus anno 723: *Karolus Saxones debellat, Rigobertus Episcopus Remensis, à Carolo, suo in baptismate filiolo, ab Episcopatu deponitur, pro eo quòd illi contra Raginfredum eunti, urbem Remensem, præ timore Raginfredi, aperire noluit. Eucherius quoque Aurelianensis Episcopus, pro simili causa episcopatu privatus, & apud Sarchinium, Hasbaniæ vicum, exsiliatus, in cœnobio S. Trudonis, in sanctitate consummatus est.* Acta S. Bonifacii è Serario, apud Miræum 5. Iun. Fast. Bel. *Romam it secundò, & à Gregorio II creatus Episcopus, ad cœptos in Germanica vinea labores, ann. 723. redit, Germaniæ, & Galliæ Principibus per eundem Pontificem commendatus.* Ex Otlono, qui pergit loco anno præcedente citato, fol. 61. Sur: *Prædictus verò legatus cuncta sibi commissa fideliter complens, Apostolico præsuli missas detulit literas, aliasque ab illo super universis quæstionibus propositis, continentes responsa, Magistro suo deferens quantocius rediit. Cum autem sanctus vir delatas legisset literas, seque inter cætera invitatum ad Romam intellexisset, mox summum obedientiæ gradum contendens, clientum, fratrumque circumseptus agmine, Italiæ fines adiit.* Item: *Cumque Apostolico de his omnibus satisfecisset respondendo, tunc ille intimavit sancto viro, quia Episcopatûs gradum sibi imponere voluisset, ut eo constantiùs errantes quoslibet corrigere, & ad viam veritatis convertere posset, quo majori authoritate*

ritate Apostolicæ dignitatis fulciretur, essetque cunctis tanto acceptior in prædicandi officio, quanto plus clarescceret, quia ad hoc à præsule ordinatus esset Apostolico. Quæ omnia vir Dei sagaciter perpendens, simulque cavens quod scriptum est: Qui noluit benedictionem, elongabitur ab ea. benedictionis tantæ gratiam non recusavit. Adveniente ergò ordinationis ejus die, quæ erat pridie Kalendarum Decembrium, hoc est, in natali S. Andreæ Apostoli, imposuit ei venerabilis Papa, & Episcopatùs ordinem, & alterius nominis, quod est Bonifacius, dignitatem; nam antea Windfrid dicebatur. Deinde, ut eum ad obedientiam sibi, successoribusque suis exhibendam, nec non ad omnem sacræ fidei traditionem observandam arctiùs constringeret, exegit, & accepit ab eo juramentum, quod scilicet in antiquis exemplaribus invenitur ita scriptum. „In nomine Domini „Dei Salvatoris nostri Iesu Christi, imperante domino Leone „magno imperatore, anno septimo post consulatum ejus: sed „& Constantini, magni Imperatoris, ejus filii, anno quarto, In„dictione sexta: Promitto ego Bonifacius, Dei gratiâ Episcopus, „Tibi, beate Petre Apostolorum Princeps, vicarioque Tuo beato „Gregorio Papæ, & successoribus ejus, per Patrem, & Filium, „& Spiritum Sanctum, Trinitatem inseparabilem, & hoc sacra„tissimum corpus tuum, me omnem fidem, & puritatem sanctæ „fidei Catholicæ exhibere, & in unitate ejusdem fidei, Deo ope„rante, persistere, in quo omnis Christianorum salus esse sine du„bio comprobatur: nullo modo me contra unitatem communis, „& universalis Ecclesiæ, suadente quopiam, consentire, sed, ut „dixi, fidem, & puritatem meam, atque concursum tibi, & uti„litatibus tuæ Ecclesiæ, cui à Domino Deo potestas ligandi, sol„vendique data est, & prædicto vicario tuo, atque successoribus „ejus per omnia exhibere. Sed & si cognovero antistites contra „instituta antiqua sanctorum Patrum conversari, cum eis nullam „habere communionem, aut conjunctionem: sed magis, si value„ro prohibere, prohibeam: Si minus, fideliter statim domino „meo Apostolico renunciabo, Quod si, quod absit, contra hujus „promissionis meæ seriem aliquid facere quolibet modo, seu in„genio, vel occasione tentavero, reus inveniar, in æterno judi„cio, ultionem Ananiæ, & Saphiræ, incurram, qui vobis etiam „de rebus propriis fraudem facere præsumpserunt. Hunc autem „indiculum sacramenti, ego Bonifacius exiguus Episcopus manu „propriâ scripsi, atque ponens suprà sacratissimum corpus S. Pe„tri, ita, ut præsumptum est, Deo teste, & judice, feci sacra„mentum, quod & conservare promitto. Pergit Otlonus pòst pauca: *Eum literis transmissis, non solum Carolo Duci glorioso, qui per idem tempus Francorum regnum gubernabat, sed etiam universis Ecclesiasticis viris, Principibusque in Germania constitutis, muniendum commendavit.* Literæ ad Carolum hæ producuntur: *DOMINO GLORIOSO FILIO. KAROLO DVCI, GREGORIVS PAPA. Comperientes te in Christo dilectissime, religiosæ mentis affectum gerere, in multis opportunitatibus,*

tibus, debito salutis præmisso, notum facimus Deo dilectæ tuæ dignitati; præsentem fratrem Bonifacium, fide, & moribus approbatum, à nobis Episcopum consecratum, atque institutionibus sanctæ Sedis Apostolicæ, cui, Deo authore, præsidemus Ecclesiæ generali sollicitudine, informatum, ad prædicandum plebibus Germaniæ gentis, ac diversis in Orientali Rheni fluminis parte consistentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantiæ obscuritatibus præpeditis, necessariò destinare. Pro quibus eum gloriosæ benevolentiæ tuæ omnimodò commendamus, ut eum in omnibus necessitatibus adjuvetis, & contra quoslibet adversarios, quibus in Domino prævaletis, instantissimè defendatis, certissimè retinentes, Deo vos exhibere, quæcunque huic promptissimo impenderitis favore: qui sanctis Apostolis suis, ad lucem gentium destinatis, suscipientibus eos se suscipiendum prædixit: quorum institutionibus per nos informatus præmissus antistes, in sorte prædicationis procedit. Hæc verò ad Episcopos & Principes: *GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, UNIVERSIS REVERENTISSIMIS, ET SANCTISSIMIS FRATRIBUS COEPISCOPIS, RELIGIOSIS PRESBYTERIS, SEU DIACONIBUS, GLORIOSIS DUCIBUS, MAGNIFICIS CASTALDIS, COMITIBUS ETIAM, VEL CUNCTIS CHRISTIANIS DEUM TIMENTIBUS. Sollicitudinem nimiam gerentes pro speculatione credita, quia in umbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga Orientali Rheni fluminis, antiquo hoste suadente, errare, & quasi sub religione Christiana idolorum cultura eas servire cognovimus: aliquas verò, qui necdum Dei cognitionem habentes, nec baptismatis sacri undâ sunt lotæ, sed comparatione brutorum animalium pagani, factorem non recognoscunt; necessario pro utrorumque illuminatione, ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum literarum portitorem Bonifacium, reverentissimum fratrem nostrum Episcopum, ad easdem partes dirigere studuimus, ut & illis prædicando verbum salutis, vitam provideat sempiternam, & si quos fortè, vel ubicunque à rectæ fidei tramite deviasse cognoverit, aut astutiâ suasos diabolicâ, erroneos repererit, corrigat, atque sui educatione ad portum restituat salutis, eosque ex Apostolicæ sedis hujus doctrinâ informet, & in eadem Catholica fide permanere instituat. Cui, hortamur, ob amorem Domini nostri Iesu Christi, & Apostolorum ejus reverentiam, ut in omnibus solatia exhibeatis, eumque in nomine Iesu Christi recipiatis, ut scriptum est de suis discipulis: Qui vos recipit, me recipit, providentes insuper necessaria itineris ejus, comitesque tribuentes, cibum etiam, ac potum, vel si quid eguerit, largientes: ut uno labore, & sociâ voluntate opus sibi creditum pietatis, & negocium salutis, annuente Deo perficiatur, atque præmium laboris percipere mereamini, deque conversione errantium merces vobis adscribatur in cœlis. Si quis itaque huic Dei famulo, ad illuminationem Gentium ab hac Apostolica, atque Catholica Dei Ecclesia destinato, assensum, vel concursum præbuerit, exorantibus Apostolorum principibus, consortium mereatur sanctorum martyrum Christi Iesu. Si quis verò, quod non optamus, adversari ejus labori conatus fuerit, aut contrarius extiterit ministerio sibi credito, successorumque ejus, in eundem*

[illegible] *tionem. Memoratus autem* [illegible] *riosa sine quoque, in* [illegible] *& Bettinus in* [illegible] *viri Tenrem* [illegible] *mo* [illegible] *Tenram* [illegible] *Terra* [illegible] *deinde* [illegible] *scriptores* [illegible] T [illegible] C [illegible]

Anno [illegible] *Theodorici II.* [illegible] *nullo.* [illegible] *VII. &* [illegible] DCCXXIV. *Carolus* [illegible]

Cheine tom. 1. *vasalli* [illegible] *gerem* [illegible] *bus eo* [illegible] *Flandrorum* [illegible]

Idem tom. 1. *cerem* [illegible] *Ans* [illegible] *Anglis* [illegible] *Abbatis* [illegible] *atque* [illegible] *Ausum P* [illegible] fol. 2 [illegible] *eo literis* [illegible] *entium.* [illegible]

Sur. 5. Ian. [illegible] *tum Principem* [illegible] *literas et Romanos P* [illegible] *dom* [illegible] *atque* [illegible] *& antea praestare* [illegible] *reperit patres ex eis* [illegible] *bus* [illegible] *Aiunt namque* [illegible] *&* [illegible] *exer* [illegible] *pauci* [illegible] *rum* [illegible] *arborem* [illegible] [illegible] *arbor* [illegible]

servis Dei secum astantibus succidere tentavit. Ad ejusmodi autem arboris incisionem magna paganorum multitudo concurrit, cupientes in sanctum virum, velut inimicum Deorum suorum, inter ipsa incisionis opera irruere, & interficere. Sed dum arbor eadem paululum incideretur, mox quasi nutu divina agitata, in quatuor partes disrupta est. Quo viso pagani, qui illuc mente perversâ convenerant, abjicientes omnem malitiam, benedicentesque Deo crediderunt. Tunc sanctus Præsul, consilio inito cum Fratribus, ex illa ingenti arboris mole, Oratorium construxit, hocque in honorem sancti Petri Apostoli dedicavit. His itaque peractis ad Turingiam quoque profectus est, illiusque populi Principes magna ex parte, à Christiana Religione deficientes, corrigere studuit. Postquam enim religiosorum Ducum dominatio in eis cessavit, cessare etiam Christianæ Religionis intentio cœpit, falsique quidam Christiani, quorum nomina sunt Drothwin, & Bertheri, Canbereth, & Hunred, inter eos hospitantes, maximam hæreticæ pravitatis introduxerunt sectam. Qui scilicet, fornicatores, & adulteri, cum validissimum, adversus hominem Dei, excitarent conflictum, veris verborum oppositionibus confutati, dignam recompensationis sortiti sunt sententiam. Nam excommunicati, & expulsi sunt de Ecclesia. Cum autem prædicationis ejus fama undique emanaret, credentiumque multitudo excrevisset, Ecclesiæ instaurantur, Monasteria ædificantur. Tunc etiam congregatâ servorum Dei multitudine, constructum est monasterium, in loco, qui dicitur Orderf, sub honore sancti Michaëlis Archangeli. Qui scil. omnes Apostolico more viventes, labore proprio victum, vestitumque acquisierunt. Exstat & Epistola Gregorii II, hortatoria ad S. Bonifacium, pro Germanorum conversatione. t. 1. conc. Gall. Sirm. hujus anni, initio tali: *REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFACIO COEPISCOPO GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI. Credita, &c. Ut coronam percipias laboris insiste: pollicetur enim Deus perseverantibus in finem salutem. Nec te minæ terreant, nec dejiciant terrores: sed fixam in Deo tenens fiduciam, veritatis verbum denuntia. Erit enim ex adjutorio divino protectio, tantum sit bonum in voluntate opus. Igitur quantos ab errore converteris, syllabarum tuarum recensito textu cognovimus; læti, uberes Deo gratias agentes, de lucro animarum exultamus. Porrò pro Episcopo illo, qui nunc usque desidiâ quadam in eadem gente prædicationis verbum disseminare neglexerat, & nunc sibi partem quasi in parochiam defendit, Carolo excellentissimo filio nostro, Patricio, ut eum compescat suadentes, paternis litteris scripsimus, & credimus quòd hoc vitari præcipiat: ipse verò opportunè, importunè prædicare, quæ sunt salutis, non desinas. Igitur Thuringiis, & Germaniæ populo, ea quæ ad animæ respiciunt utilitatem, & salutem scribere, non omisimus: admonentes inter alia, ut construant Episcopia, & Ecclesias. Ipse enim, qui non vult mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur, & vivat, erit omnibus daturus incrementum. Deus te incolumem custodiat. Data pridie Nonas Decembris, imperante domino piissimo Augusto Leone, à Deo coronato, magno Imperatore, anno VIII. P. C. ejus anno VIII. sed & Constantino Magno imperante ejus filio*

Pol. 518.

filio, anno V. Indictione VIII. E qua epistola apparet, Carolum Turingos, vicinosque Germanos, tum temporis, Austrasiæ nomine, sub potestate sua habuisse. Coccius in Dagoberto Rege,
Fol. 56. adfert hujus anni diploma Theodorici Regis, hoc principio: *IN NOMINE S. ET INDIVIDVÆ TRINITATIS, THEODORICVS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA, REX FRANCORVM, VIRO ILLVSTRI LVITFRIDO, ALEMANNORVM DVCI. Si petitionibus, &c. Venerabilis Maurus de Monasterio Domini Leobordi, quondam Abbatis, in honorem Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & sancti Martini peculiaris patroni nostri constructo, Clementia regni nostri suggessit, quod antecessori suo domino Leobordo, quondam Abbati, qui ipsum monasterium, suo opere, à novo fundamento, ædificasse noscitur, inclyta memoria parens noster Childebertus, quondam Rex, ad oportunitatem ipsius monasterii, terram illam, quam de deserto, ipse ad excolendum, vel commorandum praeoccupoverat, &c. Pro futura mercede iisdem consensisset, &c.* In fine: *Dato Metis, in cœnobio sancti Arnulphi, ejusdem loci Episcopi: quòd est constitutum in suburbio, sub die Kalend. Maij, anno Dominicæ Incarnationis DCCXXIV. Indictione tertia, anno verò regni Domini Theodorici quinto. Ego Grimoldus Cancellarius recognovi.* Subdit Coccius: *Hactenus Theodoricus, cujus authographi mediâ membranâ sigillum erat ialigerum Regis oppressum, hoc verborum subscriptione:*

THEODORICVS DEI GRATIA REX FRANCORVM.

Annus Christi rectissimè quadrat cum anno Theodorici, at quia Childebertus scribitur Theodorici parens, rursus mihi diploma suspectum, ut cætera, ejusdem authoris.

Anno Christi 725. Theodorici II Regis Neustr. VI. Rege Austr, nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. VIII. & Austr. XI. De S. Bonifacio, apud Turingos, & Hessos, ita pergit Otlonus fol.
5. Iun. Sur. 63: *Prædicans ergò, & baptizans S. Præsul Bonifacius in Turingorum, & Hessorum regionibus, perspexit messem quidem esse multam ibi, sed operarios paucos, ad copiosam multitudinem credentium instruendam. Vnde in provinciam, patriamque suam mittens, exinde, tàm fœminas, quàm viros religiosos, scientiaque variâ imbutos, plures venire fecit, suique laboris onus, inter eos divisit. Inter quos erant præcipui viri, Burchardus, & Lullus, Willibalt, & Wunnibolt frater ejus, Witta, & Gregorius: fœmina verò religiosa, matertera scilicet sancti Lulli, nomine Chunihilt, & filia ejus Berothgit, Chunidrut, & Tecla, Lioba, & Walpurgis, soror Willibaldi, & Wunibaldi, sed Chunihilt, & filia ejus Berothgit valdè erudita in liberali scientia, in Turingorum regione constituebantur Magistræ, Chunitrud in Bagoariam destinata est, ut verbi divini semina, ibidem spargeret, Tecla verò juxta fluvium Moin, in locis Kibbingen, & Ochsnofaunt nuncupatis, collocavit. Liobam quoque ad Biscofesheim, ut illic multitudini Virginum congregatæ præesset, constituit.* Annales Fuldenses, & Pithœani: *DCCXXV. Saraceni ab Eudone in auxilium suum vocati, cum Rege suo Abdimora, Garumnam, Burdigalemque perveniunt, cunctis locis vastatis, & Ecclesiis, igne crematis, Basilicam quoque*

que

Ch. fine t.1.f.770.

que S. Hilarii, Pictavis, includunt. Fredegarius cap. 108: *Egressi cum Rege suo Abdymara namine, Garumnam transeunt, Burdegalensem urbem pervenerunt. Ecclesiis igne concrematis, populis consumptis, usque Pictavos pragressus est; ubi Basilica sancti Hilarii igne cremata, (quod dici doiar est) ad domum beatissimi Martini evertendam destinant. Contra quas Carolus Princeps audacter aciem instruit, super eosque belligerator irruit, Christa auxiliante tentoria eorum subvertit, ad prælium stragem conterendam accurrit, interfectóque Rege eorum Abdimara prostravit exercitum, proterens dimicavit, atque devicit, sicque victor de hostibus triumphavit.* Ann.Metenses hoc an. quod Fuldenses an.722: *Raginfridus quondam Major domûs, contra Karolum se erigere temptavit. Contra quem Karolus exercitu duxit, & illum in civitate Andegavis inclusit, filiumque ejus obsidem ducens, ipsum Comitatum sibi quamdiu vixit solitâ pietate habere, concessit.* De Raginfredo operæ pretium est, huc adferre, quæ tradit chron. Marchian. Silvii, ex editione Beauchamps fol. 655: *Karalus, Lugduno, alitsque civitatibus captis, Burgundiam sibi subjugat. Ragenfredus moritur. De morte hujus Ragenfredi, sic, in quibusdam Chronicis scriptum invenimus: Karalus Francorum Rex, commavens exercitum, Chilpericique, & Ragenfredi desiderans extinguere contumaciam, bellum adversum eas iterat; & auspice Christa, stragem occisarum permaximam eis reddidit ad Ablavam, Karali Ducis strenui industriâ. Vnde Chilpericus cum suo campari fugatus, eodem se tutatus est anno. Sed, sequenti anna Domini XXI. capitur ab invicta Duce Karolo. Raginfredus verà timare perterritus, cupiens se liberare à Karoli manibus, fugam arripuit, quàm potuit citiùs; & relinquens arvorum plana, & sui glabum exercitûs, per loca aquosa, & saltus, pervenire cantendit, munitianis gratiâ, ad quendam locum; qui dicitur, Theadorici-mansus; qui, beata, ac gloriosa Rictrudis est fundus. Namque in ipso dignoscitur loco, per prata, & uberrimos saltus; quandam Rex degisse Theadericus. Verùm, fuga dum intenderet, mortis timore perculsus, haud procul, milliari uno, à villa, qua Marcianas dicitur, aquis est involutus.* Iidem Annales Metenses anno DCCXXXII. hoc demum adferunt de Saracenis, quod suprà tradunt Annales Fuldenses, & Pithoeani; at Baronius libentius assentitur Pithoeo, anno 725. num. 9. Caroli diploma adfertur ab Heda, ex arch. eccl. S. Salvatoris Vltraject. fol. 30 hoc initio: *EGO IN DEI NOMINE INLVSTER VIR KAROLVS MAIOR DOMVS, FILIVS PIPINI. Cagitans casum humana fragilitatis, qualiter peccata abluere possim, & donante Deo ad aterna gaudia pervenire. Idcirco trada à die præsenti, per hanc paginam testamenti, pro redemptione anima mea, danatumque in perpetuum esse volo, in loco nuncupante Marithaime, ubi castrum fuit, ad Basilicam, qua est constructa in honore Salvatoris Domini nostri Iesu Christi, & beata Maria genitricis Dei. Sed & beatarum Apastalorum Petri, & Pauli, omniumque Apastolorum, sanctiq. Ioannis Baptista, vel caterorum Sanctorum, noscitur esse ædificata, qua est sita in pago Bathuâ, villam Iuris nostri nuncupatam Elsile, in ipso*

loco Marishaime, quantumcunque ibi habuit, vel possedit Everardus, dum ipse infidelis Regi apparuit, & in Regis Francorum infidelitate, foris patriâ, ad infideles se sociavit, & propter hoc, omnes res sua, in fisco Regali fuerunt redacta, quas gloriosus Rex Hildebertus, genitori nostro Pipino, de suo Fisco, & ex largitatis sua munere, concessit, mihique genitor meus Pipinus jure hæreditario in proprietatem concessit, suprà nominatam villam Elifle, qua alio nomine Marishaime vocata, quicquid suprà dictus Everardus ibi possedit, unà cum mansis, terris, casis, domibus, sylvis, campis, mancipiis utriusque sexus, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mobilibus, & immobilibus, totum, & ad integrum; hæc omnia tradimus, ad præfatam Ecclesiam, & quicquid Everardus habuit in Bathuâ, vel possedit; eâ ratione, ut Dominus Willebrordus Episcopus, præfatas res, in jus, & Dominium suum recipiat, suorumque successorum, in Dei nomine, ad possidendum, ita ut ibidem omni tempore proficiat, in augmentum, pro remedio anima mea. Si quis verò, quod futurum esse non credo, contra hanc traditionis chartam, aliquam injustam interpellationem facere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, & à liminibus sanctæ Dei Ecclesia efficiatur extraneus, & sit anathematizatus, sitque maledictus, eâdem maledictione, qua descendit super Dathan, & Abyron, quos terra vivos absorbuit; & quod repetit, evindicare non valeat, sed præsens traditio ad instar testamenti, à nobis facta, omni tempore firma, & stabilis permaneat. stipulatione subnixâ. Actum Tulpiaco Castro publico, mense Iulio, nona die; anno sexto, regnante glorioso Rege Francorum Theoderico. Signum Karoli illustris viri, qui hanc traditionem fecit, & affirmare rogavit. Signum Saleconis Comitis. Signum Folcarii Comitis. Signum Bergetesionis Comitis. Signum Maginharii Comitis. Signum Luidolphi. Signum Odonis. Signum Agilenis. Signum Herigeri Comitis. Signum Erkenfredi Comitis, qui Advocatus fuit Episcopi, & hanc traditionem, manu suâ, cum domino suo, suscepit. Aido clericus, jussus à Domino meo Karolo, scripsi, & subscripsi hanc testamenti chartam, in Dei nomine feliciter, Amen. Ad hoc diploma, sic Miræus in donationibus Belg. fol. 351: *Elifle, aliàs Helifte, hodie Elst vicus, medio itinere inter Arnhemum, & Noviomagum: ubi, re Catholicâ stante, resedit Collegium Canonicorum, reliquias S. Werenfridi presbyteri observans, qui fuit unus ex comitibus S. Willibrordi. Tulpiacum, vel Tolpiacum, nunc Zulick, oppidum inter Coloniam, & Marcodurum.* Hujus quoque anni est diploma Robingi, Domini, aut Marchionis Antuerpiensis, in Cod. don. Miræi cap. 6. fol. 27: *Credimus mercedis lucra conquirere, si aliquid de rebus nostris, pro peccatis nostris redimendis, sacerdotibus Dei conferimus. Igitur, EGO IN DEI NOMINE ROHINGVS, ET CONIVX MEA BEBELINA, Donamus Apostolico domino, & patri nostro Willibrordo Episcopo, donatumque in perpetuum esse volumus, hoc est, ecclesiam, qua constructa est infrà castrum Antuerpis, super fluvium Scalde, quam dominus Amandus Pontifex, in honore SS. Petri, & Pauli Apostolorum principum, vel cæterorum Sanctorum construxit, & nos pro ipsa ecclesia, vel quidquid ibidem aspicere videtur, venerabili*

venerabili viro Firmino, Abbati de monasterio Quercoledora, locellum nostrum nuncupatum Tumme, in concambia dedimus. & nos postea, à die praesenti, jam dictam ecclesiam, unà cum terris, domibus, adspicia, accolabus, mancipiis, mansis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, adjacentiis, appendiciis ibidem aspicientibus, farinariis, gregibus, cum pastoribus, mobilibus, & immobilibus, re acquisita, & inacquisita, totum, & ad integrum, quidquid dici, vel nominari potest, tam de dote, quàm de comparato, vel de qualibet re, ad nos noscitur pervenisse, nos à die praesenti, suprascripto domino Willibrordo donamus, atque tradimus: & illud telonium, quod ad partem nostram ibidem venerat, hoc est, illam tertiam partem ad integrum ei concessimus, atque donavimus: in ea ratione, ut ibi thus, vel luminaria debeant esse procurata, & presbyteri, qui ibi serviunt, pro peccatis nostris, Domini misericordiam debeant exorare: & ut ipse suprascriptus Dominus Willibrordus, ipsam ecclesiam, vel quidquid ibidem aspicere videtur, seu ipsum telonium habeat, teneat, atque possideat, dandi, vel commutandi, vel quidquid exinde facere voluerit, liberam, & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Si quis verò, (quod futurum esse non credo) heredum, vel praeheredum meorum, vel qualibet opposita persona, contra hanc donationis chartulam venire tentaverit, & eam infringere conatus fuerit, primitus iram Dei omnipotentis incurrat, & sanctorum Angelorum, & à liminibus ecclesiae alienetur, partemque habeat cum Iuda, & ultione Ananiae, & Saphirae, vel lepra Giezi pereuntiatur: insuper inferat fisci juribus auri libras duas, argenti panda quinque. Nec si quid repetit, evindicare valeat, sed firma, & immobilis haec donatio perennibus temporibus permaneat stipulatione subnixâ. Actum publicè est hoc Weimcdo, regia villa, cùm fecit Octoberdies viginti, regnante Theodorica Rege anno sexto. In quem locum pro *Tumme* legendum putat Miraeus *Turne*, *vel Deurne, olim Turninum, ubi olim coenobium fuit, in quo S. Fredegandus aliquando monachum egit.* Ibid. aliud ejusdem est diploma fol. 30. *IN NOMINE DEI, EGO ILLUSTER VIR ROHINGUS, ET CONIUX MEA BEBELINA, Donamus ad sacrosanctam ecclesiam, Petri, & Pauli Apostolorum, quàm dominus Amandus Pontifex in Antwerpo construxit, ubi Willibrardus Episcopus praeesse videtur, donatumque in perpetuum esse volumus, hoc est, villam nostram, quae est constructa in pago Renensium, super fluvium Nutta, quae mihi de paterno jure legibus obvenit, in loco nuncupato Preprusdare., cum omni integritate, & in alio logo de materno jure, ad me pertinente, vocato Winlindechim, medietatem de casis, domibus, ecclesiis, mancipiis, & omnibus pertinentiis tradimus, atque transfundimus.* Nutta est Netha fluviolus. *Winlindechim, Wijneghem, vicus altero lapide ab Antuerpia, paulò supra Turninum.* Teste Miraeo. Ejusdem anni ab eodem adfertur ibid. Testamentum S. Willebrordi, cap. 8. fol. 31. *In Christi nomine. Oportet Christianos viam veritatis agnoscere, per quam Creatori sua dignè meritis suis servire possint, ut oblatio eleëmosynarum eorum, & devotio perveniat ad salutem, ipso Summo dicente: Date, & dabitur vobis, &: Facite*

eleëmosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Idcirco, EGO IN DEI NOMINE CLEMENS WILLIBRORDVS EPISCOPVS, *Cogitans casum humanæ fragilitatis, qualiter peccata mea possum abluere, & donante Domino ad æterna gaudia pervenire, dono à die præsenti, donatumque esse perennibus temporibus volo, hoc est, ad monasterium Epternacum, quod est constructum super fluvio Surâ, in pago Bedensi, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & SS. Petri, & Pauli Apostolorum, & S. Iaannis Baptistæ, vel cæterorum Sanctorum, ubi ego ipse Clemens Willibrordus, custos, vel gubernator praeesse videor, & si Christo places, corpus meum ibidem requiescere debet. Hoc est quod dono, vel trado, ad ipsum sanctum locum Epternacum, omnem rem, vel villas, seu mancipia, quæ mihi ingenui Franci, pro amore eorum, & salute, tradiderunt, vel condonaverunt. Similiter illas res, quas dominus Pipinus mihi condonavit, vel delegavit, seu matrona sua Plectrudis, sive filius suus, dominus noster Carolus, Major domûs: quas res ipsas dominus Karolus, & genitor Pipinus, tam me vivente, quàm de ista vita migrante, pro eorum mercede condonaverunt. Et illas alias res, ex parte denomino, vel homines, qui mihi eas tradiderunt, vel delegaverunt, id est, ut hae scriptura solemniter, pro temporum serie, confirmare debeas: & hi sunt homines, nominibus hic nominati. Rohingus mihi condonavit, vel tradidit ecclesiam aliquam, quæ est constructa in Antuerpo castello, super fluvio Scalde, in pago Renensium, cum appendiciis suis, villas denominatas his nominibus, Bacunalde, Winuelincheime, Furgalare, & in ipso castello tertiam partem de illo teloneo. Et Heribaldus clericus, mihi candonabat, & tradidit ecclesiam aliam in pago Marsum, ubi Mosa intrat in mare, cum appendiciis suis, & marisćum, unde berbices nascuntur. Et Angilbaldus mihi condonabat, vel tradidit villam, quæ vocatur Wadradach, in pago Taxandro, super flumine Duthmala. Et Ansbaldus mihi condonabat, vel tradebat omnem portionem suam, in villâ, quæ vocatur Busloth, in pago Taxandrio. Et Bereshinda, Deo sacrata femina, mihi condonabat, vel tradebat, omnem portionem suam, in villa Bobanschot, in pago Taxandrio. Et Henricus mihi condonabat, in villa, quæ vocatur Pieplo. Et Engelbertus mihi quondam donabat, vel tradebat mihi omnem portionem suam, in villa, quæ vocatur Hineslosen, in pago Taxandrio. Item quod Engelbertus mihi condonabat, vel tradebat villam, quæ vocatur Alpheim, in ipso pago Taxandrio. Item Ansbaldus clericus, mihi condonabat, vel tradebat villam, quæ vocatur Diosna, in pago Taxandrio, super fluvio Digena. Et Thietbaldus mihi condonabat, vel tradebat ecclesiam aliquam, quæ est in villa Montnahim, quæ Avaride vocatur, cum appendiciis suis. Et illuster vir Hedenus mihi condonabat, vel tradebat omnem portianem suam in villa, quæ vocatur Aimstadi, super fluvio Wielheo, in pago Turingasnes. Superiùs nominatas, vel scriptas res, ego Clemens Willibrordus, trado, atque transfundo, ad illam casam Dei, superius nominatam Epternacum, vel ad illam sanctam congregationem Fratrum ibidem Deo servientium; eâ verò ratione, ut quidquid de iisdem rebus superiùs nominatis, facere decreverint, in omnibus habeant potestatem faciendi,*

faciendi, ut & ibidem omni tempore pro nostra mercede, vel seniore nostro Carolo, Majore domûs, seu eorum hominum, qui mihi suas res tradiderunt, proficiant in augmentis. Et illud placuit nobis inserendum. Si fuerit ullus de heredibus, vel proheredibus meis, seu qualibet opposita, aut extranea persona, seu judiciaria potestas, qua contra hoc testamentum, vel donationem meam, quam ego Clemens Willibrordus Episcopus, sanâ mente, plenaque consilio, & devotione integrâ fieri jussi, venire, aut agere, vel eam infringere voluerit, & si ista charta ei ostensa, ad relegendum fuerit præsentata, se ipse exinde compescere noluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, & sanctorum Angelorum, & ab omnibus ecclesiis, vel consortio Christianorum efficiatur extraneus, & habeat partem cum Iuda, qui Dominum tradidit, & cum Dathan, & Abyron, quos terra vivos deglutivit: & insuper inferat, cum socio fisco auri libras decem, argenti pondo quinquaginta coactus exsolvat, & quod repetit, evindicare non valeat. Actum anno VI regnante Theodorico Rege. Pagus Bedensis hodie **Bitburgh**/ Bacuualde, **Boccholt**/ Furgalara, **Dogheleaer**/ Duthmala, **Dommelt**/ fluvius. Bodanschot, **Boeschot**. Pieplo **Poppel**. Alpheim, **Alphen**. Diosna, **Diessen**/ vici Brabantiæ, inter Antuerpiam, Sylvamducis, & Bredam.

Anno Christi 726. Theodorici II Regis Neustr. VII. Rege Austr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. IX. Austr. XII. Sirmond. tom. 1. conc. Gall. adfert Gregorii II epistolam, ad S. Bonifacium, qua ad varias ejus interrogationes, respondet: *REVERENTISSIMO, AC SANCTISSIMO FRATRI BONIFACIO COEPISCOPO, GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI, Desiderabilem mihi à te missus Denual religiosus presbyter attulit nuntium, cùm te sospitem narravit, & in ministerio, pro quo missus es, favente Deo proficere nuntiavit. Detulit etiam à te missas litteras, ubi indicasti, quòd ager Dominicus, qui incultus jacebat, & spinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuæ doctrinæ exarante, semen verbi suscepit, & fertilem messem protulit fidelitatis. In iisdem litteris quadam subnexuisti capitula, sciscitando, qualiter teneat, vel doceat hæc, sancta Apostolica Romana Ecclesia. Bene satis, quia beatus Petrus Apostolus, & Apostolatûs, & Episcopatûs principium extitit, & consulenti tibi de statu Ecclesiæ, non ex nobis, quasi ex nobis, sed ejus gratiâ, qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas, qualiter tenere debeas, Apostolici vigoris doctrinam dicimus. Igitur in primis legebatur, in quota progenie propinquorum matrimonium copulatur. Dicimus quod oportuerat quidem, quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere societatem. Sed quia temperantiâ magis, & præsertim in tam barbara gente plus placet, quàm districtio censuræ, concedendum est, ut post quartam generationem jungantur.* Vide ibidem undecim alia consulta. Concludit verò epistolam, hoc modo: *Collocutionem, & mensam communem cum eis agere non recuses. Plerumque enim contingit, ut quos correctio disciplina tardos facit ad percipiendam veritatis normam, convivitorum sedulitas, & admonitio blanda, ad viam perducat justitiæ. Idipsum*

Idipsum autem, & in illis proceribus, qui tibi adjutorium praestant, observare debebis. Hae ergo, frater carissime, ex Apostalica Sedis vigore scripta sufficiant. De reliquo; Dei imploramus clementiam, ut qui te illis in regionibus vice nostrâ, ex Apostolica auctoritate pergere fecit, & in opacam silvam, lumina veritatis, per os tuum micare praedestinavit, opitulationis sua misericordissimum tribuat incrementum: quatenus de fructu operis, & ipse valeas praemia percipere, & veniam peccatorum invenire. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data X. Kalendas Decembris, imperante domino piissimo Augusto Leone, à Deo coronato magno Imperatore, anno X. imperii ejus: sed & Constantino magno Imperatare, regni ejus anno VII. Indictione. X. Chron. Pithoei, & Fuldens. DCCXXVI. *Carolus Sarcenis, cum manu valida occurrens, & auxilio Dei fretus, Regem earum, cum infinita multitudine prostravit, devictisque hostibus in triumpho regreditur.* Ad hunc annum Baronius refert hoc Fredegarii, cap. 110. Chesne tom. 1. fol. 772: *Eo tempore bis à Roma, sede S. Petri Apostoli, beatus Papa Gregorius claves venerandi sepulchri, cum vinculis sancti Petri, & muneribus magnis, & infinitis, Legatione, (quod antea nullis auditum, aut visum temporibus fuit) memorato Principi destinavit. Eo pacto patrato, ut ad partes Imperatoris recederet, & Romanum Consulatum, praefato Principi Carolo sanciret. Ipse itaque Princeps mirifico, ac magnifico honore ipsam Legationem recepit, munera pretiosa contulit, atque magna praemia, cum suis sodalibus missis, Grimonem Abbatem Corbeensis Monasterii & Sigebertum reclusum Basilica S. Dionysii Martyris, Romam ad limina sancti Petri, & sancti Pauli, destinavit.* Foedus videlicet, tum à Pontifice cum Carolo ictum, adversus Leonem Imperatorem iconoclastam.

Anno Christi 727. Theodorici II Reg. Neustr. VIII. Rege Austrasia nulla. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. X. Austr. XIII. Chron. Pithoei, & Fuld: *DCCXXVII. Carolus Burgundiam petens, Lugdunum, & civitates reliquas suae ditioni subegit.* Fredeg. cap. 109: *Procedente alioquin anno sequente, egregius bellator Carolus Princeps, regionem Burgundiae sagaciter penetravit, fines leudibus suis probatissimis viris, industriis ad resistendum gentibus rebellibus, & infidelibus, statuit. Pace partâ Lugdunum in Gallia suis fidelibus tradidit. Firmata foedera inducetaria, reversus est victor fiduialiter agens.* Et paulò post: *Sagacissimus vir Carolus Dux, commoto exercitu partibus Burgundiae, dirigit, Lugdunum Galliae urbem, majores natu, atque praefectos ejusdem Provinciae, sae attiani, & reipublica subjugavit, usque Massiliensem urbem, vel Arelatum, suis Iudicibus constituit, cum magnis thesauris, & muneribus in Francorum Regnum remeavit, in sedem Principatus sui. Itemque rebellantibus Saxonibus paganissimis, qui ultra Rhenum fluvium consistunt, strenuus vir Carolus Dux, commota exercitu Francorum, in loco, ubi Lippia fluvius Rhenum amnem ingreditur, sagaci intentione transmeavit, maxima ex parte regionem illam dirissimam stravit, gentemque illam saevissimam ex parte tributarios esse praecepit, atque quamplures obsides ab*

eis

eâ accepit. Sicque (opitulante Domino) victor remeavit ad propria. Bucherius in chronologia rerum geſtarum ab Epiſcopis Leodienſibus, anno 727: *S. Hubertus Epiſcopus, & Patronus Leodienſium moritur 3. Cal. Iunii, ſeu 30. Maij, feria ſexta, ſuccedit in Epiſcopatu filius ejus Florebertus.* At Sigebertus: *Anno 735. obiit S. Hucbertus, ſuccedit Florbertus.* Contra quem ſic Bucherius diſp. c. 6. fol. 51: *Mortem S. Huberti in annum Chriſti 727. incurrere duobus argumentis evincimus. Primùm, in fine vitæ S. Huberti expreſſè dicitur, ſanctiſſimum ejus corpus anno à morte ſextadecimo, Carolomanni autem (filii Caroli Martelli) tertio, elevatum. Satis conſtat Carolomanni hujus, ut & fratris Pipini, annos ab anno 741. & quidem 22. Octobris (quo deceſſit eorum pater Martellus) oriundos, ita tertius eorum annus ab 22. Octobris anni Chriſti 743. inierit. Cum igitur ea tranſlatio facta ſit 3. Novembris, anno item tertio Carolomanni, planè ad eumdem Chriſti annum 743. referenda erit. Quod & littera dominicalis ejus anni confirmat, nam eam tranſlationem die Dominicâ factam, eadem vita S. Huberti expreſſè definit. Iam deme de annis 743. ſexdecim completas, habebis annum 727. quo mortuum Hubertum ſupponimus. Alterum efficacius argumentum eſt; planeq́ annum illum tranſlationis à morte ejus ſextum decimum, non labentem, ſed completum accipiendum eſſe, confirmat. S. Huberti diſcipulus, & comes, dum Magiſtri vitam ſcribit, ait eum deceſſiſſe feriâ ſextâ. Et veteres noſtri Annales, in iiſque Placentius, aiunt ejus mortis diem eſſe 3 Calendas Iunii, ſeu 29. Maij. Ergo obiit littera Dominicali E. Ea convenit anno 727. quo Hubertum corpore exutum ſtatuimus.* De morte ejus quæ refert diſcipulus ei contemporaneus, ac teſtis oculatus apud Surium 3. Novembris, lubet ad verbum proferre, quò ceremoniarum eccleſiaſticarum vetuſtas omnibus innoteſcat, *Cum* (inquit) *ſciret imminere tempus, quo anima ejus ergaſtulo corporis abſolvenda foret, diſcurrens per memoriam ſanctorum, & loca orationum, per eorum interceſſionem, Domino commendabat ſuam reſolutionem. Nam veniens ante ſepulchrum beati Lamberti, in Baſilicam, quam ipſe condiderat, & pia oſſa inibi terra mandaverat, orationi diutiſſimè incubuit, ſolitoque fonte lachrymarum genas rigavit, oculis lachrymis perfuſis, aramque deoſculans, fratribus circumſtantibus ſemet humiliter commendavit. Progrediensque inde, baſilicam, quam ipſe ſub honore beati Petri principis Apoſtolorum Dño dicaverat, oraturus adiit. Inde etiam ante altare, quod in honore beati Albini, in eadem baſilica Domino conſecraverat, diutiùs curvatis genibus orationem profudit: Moxque ab oratione ſurgens, dixit: In memoria æterna erit juſtus &c. Converſuſque ad parietem, & protenſis per eum brachiis, locum ſepulchri ſui permenſus, ait: Hic defoſſa humo locus meæ ſepulturæ paretur.* Et paulò poſt: *Per idem verò tempus, licet vocationis ſuæ, haud neſcius, rogatu tamen quorumdam illuſtrium virorum, Brachbantum perrexit, baſilicam novo opere conſtructam, Domino dedicaturus. Cumque quò rogabatur, utpotè nomen, laudemque Domini propagaturus, lætabundus adveniſſet, & domum illam, ſicuti petebatur, ſanctificaturus eſſet, diſcipulorum quidem*

officio præpositus, ejus voluntatem, atque possibilitatem, requirere studuit, dicendo: Vis ne pater, longò protrahi officii moras, an ne succingi? At ille, cujus cor perfectionem semper desideraret: Nil, inquit, remaneat imperfectionis: quin proni vales, & morosè, & cum integritate cuncta compleantur. Cœpto ergo officio insistens, adjunctis presbyteris, & diaconibus, necnon omni Ecclesiæ gradu, cum magno illud honore, & reverentia, sicuti, & revera idem officium postulabat, ad finem usque perduxit, domumque illam, tam in hostiarum oblatione, quam & sacerdotali benedictione, necnon incensâ super aram thurificatione acceptabilem Domino prorsus reddidit. Tum: *Ingressus convivii domum, oratione super mensam fusâ, epulas benedixit, eulogiasque omnibus dedit. Ipse autem ad prandendum, quasi pransurus, discubuit: sed cibo carnali non indulsit. Cum verò pranderetur, oculis creberrimè ad astra subrectis, superorum, inferorumque creatorem tam animi intentione, quam verborum prosecutione, assiduè benedicere studuit. Interea die ad vesperam vergente, occasuque Phœbea lampadis tenebras vocante, vir Domini à mensa surrexit, iterque carpere delegit.* Item: *Ipse consueto orationum operi constanter insistebat, sacrumque officium, septeno numero dicatum, antequam lux diurna fieret, Domino persolvebat. Iamque se aurora die sexta feria, paululum decrescentibus furva noctis tenebris, roseo repræsentabat splendore, cum nos torum ipsius circum ambientes, unaque nobiscum egregius filius ejus Florbertus, præstolabamur gloriosam ipsius migrationem. Conversus autem sacer pontifex, circumstantibus, ita prologui cœpit: Mei prædilecti, atque amantissimi filii, apud Christum jam nunc pro meis intervenite fragilitatibus. Iam enim terminus irrevocabilis vitæ mea adest, quo jubeor luteum hoc habitaculum linquere, & rationem ante judicem, actuum meorum positurus, apparere. Et quia tanto imparem me examini, obsistente meorum mole peccaminum, persentio, utpote cui exeunti vitiorum acies phalangesque tristes occurrent: precor, precum vestrarum clypeos opponite, & ut pium Christi majestatem propitiam habere merear, deposcite. Hæc beato viro, juxta quod scriptum est: justus in principio sermonis accusator est sui, prologuente, persentiens pallidæ mortis proximam jam esse præsentiam, manibus ad cœlum elevatis, & veste rugatâ oculis à lacbrymarum fonte siccatis, dixit: Oppandite eis velamen, quia depositum animæ, quod nunc usque fragili vase retentum est, oportet tandem resolvi, atque ab eo liberum egredi. Canebatque symboli verba, quo continentur fidei sacramenta, dicendo: Credo in Deum Patrem omnipotentem, &c. Itemque orationis Dominicæ verba serendo, Pater noster, qui es in cœlis. Inter quæ verba, spiritum efflavit, angelicisque admixtus cœtibus, & evectus manibus, cœlum penetravit, sanctorum jungendus agminibus,* &c. *Eo spiritum reddente, evangelium Christi perlegitur: & eo perlecto, quæ mortuis, pia officia sepulturæ præstantur. Etenim corpus ejus ablutum lymphis, atque circundatum peplis, loculo superponunt, atque elatum, è loco ejus obitus, qui vocatur Fura, Leodium transfertur. Quæ loca à se differunt millibus triginta. Sane per omne corpus reversionis, piæ oves, funebria, exuviasque, sui audientes deferri pastoris, ex omnibus*

mibus villis, & locis confluentes, ultimum vale dicturi, adveniunt. Omnis atas, uterque sexus, curvus arator, pannosusque bubulcus, dolorem lachrymis confessi, accedentes, atque eminus salutantes, pugnis etiam pectora verberantes, proclamabant. Heu, heu, quid nobis jam nunc restat salutis, &c. *Cum autem prope eundem locum advenissent, plebis multitudo, gradusque omnis Ecclesiasticus, cum reverendo habitu obviam sancti processere exequiis, ferentes Crucis vexilla, sanctorumque patrocinia, necnon candelabra lumine radiantia, sed & aromata in thymiamateriis redolentia, psallentes, qua moris est talibus officiis decantari, carmina. Sanctissima membra in B. Petri basilicam intulere, quam ipse beatus vir sua construxit munificentiâ, ibique facibus accensis, pervigilem noctem ducentes, Davidicisque canticis operam dantes, usqueque sol jubare suo poli, terraque faciem perfunderet, perseveravêre psallentes. Post hac autem induunt eum, prout erat solitus indui divino altari assistens, subuculâ scilicet, atque lineâ planetâ.* &c. *Adstantes, genibus curvatis, cervicibusque submissis, plantis ejus grata oscula libant, & quia doctrina ejus segues executores fuerint, proclamant, ob idque sibi indulgentiam dari suppliciter postulant. Deinde officia, prout res postulat, super eum peragunt, cantionemque aptam depromunt, odoramentisque, & lampadibus, cum omni honestate, ut res funebris postulat, praeuntibus, loculo, quo ipse pradixerat, humandus inducitur.*

Anno Christi 728. *Theoderici II Reg. Neustr. IX. Rege Austrasiæ nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XI. Austr. XIV.* Chron. Pith. & Fuld. DCCXXVIII. *Eudo Dux moritur, & Carolus Aquitaniæ provinciam, absque bello recepit.* Fredegar. cap. 109. *In illo diebus, Eudo Dux mortuus est. Hac audiens præfatus Princeps Carolus, inito consilio Procerum suorum, denuò Ligerem fluvium transiit, usque Garumnam, vel urbem Burdegalensem, vel castrum Blavium veniens, occupavit; illamque regionem cepit, ac subjugavit, cum urbibus, ac suburbano castrorum. Victor, cum pace remeavit, opitulante Christo, Rege regum, & Domino dominorum.* Annales Metenses id demum accidisse volunt anno 731. Chronicon S. Bavonis M. S. apud Sanderum, tom. 2. Flandr. Illustr. in auctuario tom. 1. *Wilrado Abbati S. Bavonis Gandavi defuncto, hoc anno successor datur Hildebertus.* Idem Sanderus t. 1. ex codice membranacio Blandiniensi tradit, ad annum usque 730. monasterio Blandiniensi, vulgò S. Petri, præfuisse Baudemundum, qui anno 683. testamentum S. Amandi scripsit; non tamen hunc credo, tum Abbatem fuisse, sed potiùs Ioannem, qui cum Episcopis, aliisque Abbatibus eidem testamento subscripsit; quod ibi prætermissum à Miræo, hoc loco adnotandum judicavi. Series Abbatum Trudonensium Brugis, vulgò Eeckhoutanorum, item Truncinienfem propè Gandavum, nobis intercepta est rabie Normannicâ, circa annum 865. ut adnotatum libro præcedente, de qua plura suis locis. Fuisse & hoc tempore Turnini propè Antuerpiam monasterium S. Fredegandi, scripsimus paulò ante, at quando vir ille sanctus huc venerit, nihil

Fol. 54. Fol. 218. V. ante fol. 218. Fol. 414.

Fol. 317. 17. Iulii v. fol. 172. nihil certi reperio, Molanus socium conjicit fuisse Foillani, & Fursæi, non est tamen inter eos, qui anno 651. à Miræo enumeramur. Martianis tum temporis cœnobium erat non nisi monialium, ut nobis tradit Buselinus l. 1. c. 41. fol. 206. *A beato Clotsende, quam post S. Ionatum, & beatam Rictrudem hoc ascceterium antistitam habuit, quod temporis effluxit (id Hucbaldo annos trecentos & decem; anonymo miraculorum S. Rictrudis auctori, trecentos & viginti duos; chronico Martianensi trecentos & viginti quatuor complexum est) fœminarum in hoc loco imperium, minus ab auctoribus laudatum, sibi vendicavit, quarum unius tantùm, Iuditha scilicet nomen proditur; qua nullâ re aliâ laudem merita, quàm S. Ionati corporis ex humo refossi in locum editum levatione. His itaque per Flandria Comitem Balduinum cognomento Barbatum, exturbatis monasterio, res omnis rursus ad Monachos revocata est, iisque Lietvinum, aut Leduvinum antistitem dare placuit.* Elnone quoque, vulgò in S. Amandi; & Walleri; & Halnone, seriem Abbatum desideramus. Lobiis prælatus tum erat S. Erminus, quem ferunt Caroli Martelli victoriam de Chilperico, & Raginfredo prædixisse, cumque aliàs Caroli exercitus Lobium reficiendi causâ appulisset, dum monachi psalmis cantandis intenderent, atque hic nominatim versus caneretur: *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis*, Erminum à Carolo extra Ecclesiam evocatum, præposito suo jussisse, ut Carolo indicaret, se psalmis, & orationibus occupatum, ac nominatim, cani versum prædictum, eoque audito, Carolum cum exercitu inde recessisse. Vide S. Ermini vitam, Gallicè scriptam, ab Ægidio Maulde, cap. 4. & 6. en la chronicque de Lobes. fol 146. 161.

Anno Christi 729. Theoderici II Reg. Neustr. X. Reg. Austr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XII. Austr. XV. Ann. Pith. & Fuld. DCCXXIX. *Carolus navali evectione regnum Frisonum ingreditur, interfectisque quamplurimis, Popponem Ducem eorum interimit, subversisque lucis, ac fanis, victor cum præda magna revertitur.* Vide ex

Fol. 301. Aimoino ad annum 719. hucque referendum quod ibi allatum est. Obit S. Hadulphus episcopus Cameracensis, de quo suprà men-

19. Maij. tio facta est. Molanus: *Post gloriosam autem conversationem, sepultus est Atrebati, sive Nobiliaci, in ecclesia sancti Petri: ubi cum ejus imagine hæc exstant carmina;*

Hic jacuit sanctus speculum virtutis Hadulphus,
Qui vigil Atrebatum rexit ad astra chorum.
Dulcis ave: nostris veniam pater objice culpis,
Grataque dilecto dona repende gregi.

Cæterum dicta sancti Petri ecclesia sita est intra septa monasterii. Estque ex ea corpus sanctum translatum ad digniorem ecclesiam, quæ est sancti Vedasti. Natalem habet die decima nona Maii, ex institutione Engrammi episcopi. Is enim cum sanctitas beati Hadulphi, multis, mirisque portentis ostenderetur, sacrum corpus levavit die 31. Augusti, & verbo facto ad populum, solennia beati Hadulphi notificavit. Eadem ferè Locrius

ctius fol. 88. qui sic in margine: *Engramnus, seu Gelrannus sedebat anno 958.* Item: *Ejus* (Hadulphi) *thecam nostro tempore R. D. Phil. Caverelius Abbas egregio opere reparavit, argentoque texit.* Pergit sic de episcopali successione Baldericus cap. 36. *Post Hadulphum, Trauvardus substituitur in sedem.* Ad hunc exstat epistola D. Bonifacii, suo loco adferenda anno 746. In monasterio autem Vedastino, successor nominatus Madelbaldus, teste Locrio, apud quem fol. 89. ita chronicon Vedastinum: *Madelbaldus, quem alii Madelbertum vocant, ut Hadulpho familiaris, ita pietatem ejus, & prudentiam è vicino æmulatus, prafectusque ideo rebus Monasterii, statim à morte Hadulphi, accessione tanta dignitatis diu latari non potuit; cui quasi partos honores mors invideret, eum ab initâ dignitate vix exacto anno, celeriter nobis eripuit, &c.* Anno Dominicæ Incarnationis 729. facta translatio S. Wandregisili, à S. Baino episcopo urbis Teruanensis, & Fontanellensis cœnobii Abbate, ab ecclesia S. Pauli, in ecclesiam S. Petri, ut est in vita ejus apud Sur. 22. Iulii, ab æquali conscripta. Idem adfert Molanus 20. Iunii. Verum teste eodem Molano, erat eo anno Morinensium Episcopus Erkenbodo, ut suprà à nobis notatum, anno 710. fol. 285. 286. Molanus quoque ipse de eo, ita scribit 12. Aprilis è chronico Ioannis Iperii fol. 67. vers. *Abbatia in Sithiu, vir omni bonitate conspicuus, regimen, quartus inchoavit anno septingentesimo decimo, cui etiam chartas, seu privilegia quatuor acquisivit: post sexennium verò in episcopum Teruanensem est sublimatus. In quo, & simul in abbatia, per annos viginti & sex resedit. Estque cum magna reverentia sepultus in monasterio S. Audomari, sive in basilica sancta Maria, quam Audomarus pridem dedicaverat, in qua nunc resident cathedrales Canonici sancti Audomari; qui sepulchrum in prafata sua ecclesia ostendunt: corpus in summo altari, caput verò in particulari vase reconditum conservant. Festum translationis ejus celebrant sexto Idus Septembris.* V. anno 742.

Anno Christi 730. Theoderici II Reg. Neustr. XI. Reg. Austrasia nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XIII. Austr. XVI. Ann. Pith. & Fuld. DCCXXX: *Saraceni collecto exercitu, Avenionem urbem capiunt, & circumquaque regiones devastant.* Paul. diaconus lib. 6 cap. 14. tradit à Carolo necata trecenta quinquaginta millia Saracenorum hoc bello, Francorum verò millia tantum, & quingentos esse desideratos. Anastasius Bibliothecarius in Gregorio II habet trecenta septuaginta quinque millia. V. Baronium, aliosque hoc, & præcedente anno. Fredegarius cap. 109. *Rebellante gente validissimâ Ismahelitarum, quos modo Saracenos vocabulo corrupto nuncupant, irrumpentesque Rodanum fluvium, insidiantibus infidelibus hominibus, sub dolo, & fraude, Mauronte quodam, cum sociis suis, "Avennionem urbem munitissimam, ac montuosam, collecto hostili agmine ipsi Sarraceni ingrediuntur, illisque rebellantibus, eâ regione vastatâ." At contra, vir egregius Carolus Dux germanum suum virum industrium Hildebrandum Ducem, cum reliquis Ducibus, & Comitibus, illis partibus,*

cum apparatu haſtili dirigit. Quippe propere ad illam pervenientes, ma-toria inſtruunt, undique ipſum oppidum, & ſuburbana praeoccupans, munitiſſimam civitatem obſident, aciem inſtruunt, donec inſecutus vir belligerator Carolus, prædictam urbem aggreditur, muros circundat, caſtra ponit, obſidionem coacervat, in modum Hiericho, cum ſtrepitu bellicum, & ſonitu tubarum, cum machinis, & reſtium funibus, ſuper muros & adium mœnia irruunt, urbem munitiſſimam ingredientes ſuccendunt, hoſtes inimicas ſuos capiunt interficientes, trucidant, atque proſternunt, & in ſuam ditionem efficaciter reſtituunt. Protractum fuit hoc bellum in annum etiam ſequentem, ut mox apparebit. Carolomannus, & Pipinus hoc tempore, bonis artibus inſtruuntur, & educantur, in monaſterio S. Dionyſii, ut eſt in diplomate Pipini, anni 755. Madelbaldo in regimine monaſterii Vedaſtini ſucceſſor datus eſt Ragenfridus, de quo ſic chron. Vedaſt. apud eundem Locrium, loco citato: *Ragenfridus ſuffragiis communibus in Abbatem electus, Madelbodo (ob conſimiles ad benè regendum virtutes) ſuffectus eſt, anno dumtaxat eo fœlicior, ſed reverà parum fœlix, qui ne tota quidem biennio dignitatem expertus, mortis conceſſit neceſſitati; anna, quo ſalus mundo illuxit 732. ambo obſcuriores, ob præfecturæ breviſſimum tempus.* Ibidem: *Anno 730. Tragnardus B. Hadulpho in Atrebatenſem cathedram ſuccedit. Is Synodo Moguntinenſi interfuit.* Gazæus quoque Trauvardum, ſeu Tragnardum ſcribit conſecratum hoc anno, ut notat Colvenerius in Baldericum. Circa hæc tempora quoque in pago Atrebatenſi, propè Heſdinum, originem habet Prioratus Alciacenſis. Molanus 17. Febr. ex monumentis Bertinianis: *Alciaco monaſterio, in pago Ternanenſi, ſancti Silvini, epiſcopi Toloſanæ civitatis, & confeſſoris. Qui in Morinis miranda enituit religione, abſtinentiâ, & ſpirituum immundorum ejectione; apud quos etiam obiit. Ut non ſit mirum ab Uſuardo, & aliis quibuſdam, nominari epiſcopum Teruanenſem. Claruit autem uſque ad Vinciacum, Caroli, & Ragenfredi bellum, potiſſimum in Alciaco, ubi abbatia eſt, ejus nomen habens, fuitque in ea ſepultus, à monaſterio Centulenſi.* De bello inter Carolum, & Ragenfredum vide ante fol. 304 anno 721. fol. 315. ann. 724. &c. Alciacum è Prioratu in Abbatiam evaſiſſe, ſcribit Iperius anno 1072. ſoletque Alciacenſibus Abbas præfici è numero monachorum Bertinienſium, qua de re exſtat reſcriptum Innocentii III pontificis. Decretalium, libro V. vide quæ ſuprà Meyerus anno 716. fol 294.

Anno Chriſti 731. Theodorici II Reg. Neuſtr. XII. Reg. Auſtr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neuſtr. XIV. Auſtr. XVII Gregorius II Papa obiit 3. Id. Febr. vacat ſed. dies 21. Gregorius III creatus 3. Non. Mart. conſecratus 15. Kal. Apr. ſed. ann. 10. menſ. 8. dies 24. *Onuph.* Hoc anno etiam *Ragenfredus moritur,* teſte Sigeberto. Chron. Pith. & Fuld: *Carolus, aſſumptis armis, urbem Avenianem, obſidione vallat, inſtructiſque machinis capiens, magnam Sa-*
5. Iunii. *racenorum ſtragem effecit.* Otlonus in vita S. Bonifacii, Sur. fol. 63:

Cum

Cum (Bonifacius) *millia hominum, tam per se, quam per suos provinciales, ad fidem sacram perducta, baptismatis unda diluisset, jam defuncto, beatæ memoriæ, Gregorio secundo, sedis Apostolicæ præsule, & tertio Gregorio eandem sedem obtinente, iterum beatus Bonifacius Romam legatos misit, qui apud præsulem prædictum, prioris amicitiæ fœdera renovantes, omnem familiaritatis gratiam, quàm ab antecessore suo habuisset, expeterent, omnemque subjectionem, Apostolicæ sedi debitam, à se promitterent, conversionem quoque plurimorum, in Germania habitantium, intimarent. Postquam verò legati supradicti Romam venientes, venerabili Papæ talia denunciabant, statim Deo gratias retulit. Deinde non solum omnia familiaritatis, & amicitiæ jura à S. Bonifacio postulata promisit, sed etiam ea, quæ minimè petiit. Idem Archiepiscopatûs pallium direxit: epistolam quoque continentem diversa, pro quibus interrogatus fuerit, Præsuli sancto remisit.* Epistolæ exemplar Otlonus tale subjungit: *REVERENTISSIMO, ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFACIO COEPISCOPO, AD ILLVMINATIONEM GENTIS GERMANIÆ, VEL CIRCVMQVAQVE IN VMBRA MORTIS MORANTIBVS GENTIBVS, IN ERRORE CONSTITVTIS, AB HAC APOSTOLICA SEDE DIRECTO, GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI. Magna nos habuit gratulatio, lectis sanctissimæ fraternitatis tuæ literis, cùm in ejus relecta serie fuisset repertum, Domini nostri Iesu Christi gratiâ, plurimos te à gentilitate, & errore ad veræ fidei agnitionem convertisse. Quod quia divinâ institutione docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuisse lucratum, in talis commerciis lucro, cum tota plaudimus ecclesia. Hinc jure tibi sacri pallii direximus munus, quod beati Petri Apostoli authoritate, suscipiens, induaris, atque inter Archiepiscopos unus, Deo authore, præcipimus, ut censearis. Qualiter autem eo utaris, ex mandato Apostolico informatus cognosce. Itaque dum Missarum solennia geris, vel Episcopum te contigerit consecrare, illo tantummodo tempore eo utaris. Quia verò turbas, Domini gratiâ, in eisdem partibus, ad rectam fidem asseruisti conversas, ideoque nequire te occurrere omnibus, quæ salutis sunt, impendere, aut intimare, cùm jam longè, latèque, gratiâ Christi, ejus fides in illis propagetur, præcipimus, ut juxta sacrorum Canonum statuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore Apostolicæ sedis debeas ordinare Episcopos, piâ tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas Episcopatûs. Presbyterum namque quem præterito asseruisti anno ad nos venisse, nostroque judicio fuisse à suis nefariis absolutum actionibus, credas, neque nobis confessionem aliquam fecit, nec à nobis, ut suos expleat libitus, absolutus est. Sed si eum errori deditum repereris, hunc Apostolicæ sedis vigore, ut juxta sanctorum Canonum censuram corrigas, & emendes, præcipimus; vel si quos forsan tales inveneris. Ille enim veniens, Presbyter sum, ait, & commendatitias ad filium nostrum Carolum literas expetiit. Nullam illi aliam concessimus licentiam: quem vitari, si pravè conversatur, cum reliquis, volumus, eosdemque quos à paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuò baptizes in nomine sanctæ Trinitatis, mandamus.*

Inter

Inter cætera agrestem caballum aliquantos comedere adjunxisti, plerosque, & domesticum. Hoc nequaquam fieri deinceps sanctissime frater sinas, sed quibus potueris, Christo juvante, modis, per omnia compesce, & dignam eis impone pœnitentiam. Immundum enim est, atque execrabile. Pro obeuntibus quoque consuluisti, si liceat oblationes offerri. Sancta sic tenet Ecclesia, ut quisque pro suis mortuis verè Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum faciat memoriam: & quamvis omnes peccatis subjaceamus, congruit tamen, ut sacerdos non nisi pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat. Non enim pro impiis, quamvis Christiani fuerint, tale quid agere licebit. Eos etiam, qui se dubitant fuisse baptizatos, vel qui à presbytero Iovi mactante, & immolatitias carnes vescente, baptizati sunt, ut baptizentur præcipimus. Progeniem suam unumquemque, usque ad septimam generationem observare decernimus: & si valueris, devitandum doce, ne cui uxor obierit, ampliùs quàm duabus debeat copulari. De his verò, qui patrem, vel matrem, vel fratrem, aut sororem occiderint, dicimus, ut toto vitæ suæ tempore, corpus Dominicum non suscipiant, nisi in suo exitu pro viatico: abstineant etiam se à carnis comessatione, & potu vini, donec advixerint. Iejunent 2. 4. & 6. feria, ut sic defluentes possint diluere commissum scelus. Hoc quoque inter alia crimina agi in partibus illis dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis sua venundent mancipia. Quod ut magno opere corrigere debeas, frater, commonemus, ne sinas fieri ultrà. Scelus enim est, & impietas. Eis ergo, qui hoc perpetraverunt, similem homicidæ indices pœnitentiam. At quoties Episcopum consecraveris, duo, vel tres conveniant tecum Episcopi, ut Deo sit gratum, quod geritur: & eis convenientibus, ipsisque præsentibus, consecres. Hæc te, frater Charissime, diligenter observare volumus, & studio pietatis cœptum negotium salutis exequi, ut de lucro apportato valeas, à Domino Deo nostro, mercedem percipere, in æterna beatitudine. Privilegium verò, juxta quod petisti, facientes, his junctum direximus, optantes te Domini Dei nostri præsidio, de conversione errantium, plenissimum apportare lucrum. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Pergit ibidem Otlonus: *Redeuntes ergò nuntii, & gratiosa Præsulis Apostolici dona, scriptaque reportantes, lætissimum efficiunt sanctum Bonifacium. Vnde & debitas Deo laudes, gratiasque agens, duas mox Ecclesias Domino construxit, unam quidem in Frideslar, quam in honore Principis Apostolorum, S. Petri consecravit: alteram verò in Hamanaburch, quam in honore S. Michaëlis Archangeli dedicavit. Duo quoque monasteriola, duabus subjungit Ecclesiis, hisque non minimam Deo servientium concionem subrogavit, ubi huc usque laudis, & servitutis divina officia peraguntur. Quæ postquam gesta sunt, S. Bonifacius Bagoariorum terras, quibus per idem tempus Hugbertus Dux præerat, adiit, prædicationisque studium, apud eos diligentissimè exercens, tanto divinæ æmulationis zelo armatus est, ut quendam schismaticum, hæreticâ pravitate plenum, nomine Ermwolfum, juxta Canonum decreta, damnasset, atque ab Ecclesia expulisset. &c.* Huc, & ad annos sequentes, pertinent hæc acta S. Bonifacii, in Fastis Miræi fol. 279.

Incerta

Incerta sedis Archiepiscopus à Gregorio III etiatur, & solitis in laboribus graviter desudat, anno 732. & seqq. Chronicon Blandiniense, apud Sanderum Fland. Ill. tom. 2. in auctuario tom. 1. *Post Baudemundum regimen hujus nostri cœnobii suscepit Ferrecus, anno videlicet 731. Multa devota persona tradiderunt bona sua monasterio, sub isto Abbate.* Addit Baudemundum cum Ferreco rexisse monasterium illud 95. annis, teste Sandero ibid. Verum hæc non conveniunt cum traditis à Locrio ad annum 706. & à Miræo anno 710. & ut verum dicam, incertissima sunt, quæ è Chronicis: Bavoniano, & Blandiniano proferuntur. Ex Blandiniano sic pergit Sanderus: *Anno Incarnationis verbi 753. & anno 7. Regis Theodorici mortuo Ferreco. Hatta Abbas quintus cœpit regere hoc cœnobium, una cum cœnobio S. Vedasti.* De Hatta v. quæ suprà anno 710. fol. 285. 286. Sed & annus 7. Theodorici Regis, est Christi 726. & Christi 753 est Pipini Regis 11. ut suis locis ostendetur. Sequitur ibidem paulò post: *Calestinus genere Scotus, sextus Ecclesia Blandiniensis Abbas, defuncto Attâ, constitutus est. Eam Abbatiam, ait Chronographus Bland. multis rexit diebus, usque ad id tempus, quo dissentio inter Carolum, & Ragenfridum facta est. Cum autem diu inter eosdem Principes gravis de regno pullulasset disceptatio, & quidam adhærerent Carolo, quidam verò Ragenfrido: contigit, ut in tali fieri solet negotio, quosdam susurrones, invidiâ diaboli instigatos, adversus Abbatem memoratum Calestinum, adire Principem Carolum, queeum in multis, falsò accusantes, dixerunt nonnullas epistolarum scedulas transmisisse Ragenfrido, qua sibi, suoque regno forent noritura. Qua de re, multimodâ accensus irâ, privavit eum à cœnobiali monachorum caterva, ac de eadem, quâ morabatur, expulit provincia; villas quoque, qua subjacebant dominio monasterii Blandiniensis, suos divisit per vasallos, absque reverentia Dei. Monachi verò ejusdem monasterii, patris sui solatio, destituti, omnique corporali subsidio penitus alienati, circumcirca velut oves sine pastore, sunt dispersi. Ab illo tempore, usque ad illud, quo, diva memoria, Rex Ludovicus, Caroli Imperatoris magni filius, sceptri imperialis adeptus est gubernacula, locus ille ad nihilum pœne est redactus.* Ibidem in margine: *Ejectus est Calestinus à Carolo Martello, circa annum Domini 765. & obiit perigrinus Rotornaci. Post expulsionem Calestini* (ait Chronicon) *Abbatis nostri, & monachorum dispersionem, bonorumque dissipationem, comperio, quemdam Abbatem, nomine Scoranum, Abbatiam hanc tenuisse in beneficium, anno 768. multosque sub ipso res suas monasterio, & beato Petro tradidisse, fortè causâ restitutionis.* Dissentio inter Carolum, & Raginfredum exorta est anno 718. ut paulò ante ostensum; duravitque ad annum circiter 723. Itaque eò potius referenda, Fol. 300. 304. 308. quæ superiùs sunt allata de Cæelestino.

Anno Christi 732. Theodoricus II Neustr. Reg. XIII. Rege Austr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XV. Austr. XVIII. Ann. Pith. & Fuld: *Carolus Gothorum fines penetrans, Narbonem obsidet, Rege Saracenorum Athimâ intus incluso.* Fredegarius cap. 109. *Victor*

igitur, atque bellator insignis, intrepidus Carolus, Rodanum [illegible], cum exercitu suo transiit, Gothorum fines penetravit, usque Narbonensem Galliam peraccessit, ipsam urbem celeberrimam, atque metropolim eorum obsedit: super Adice fluvio munitionem in gyrum, in ma[illegible]um arietum instruxit, Regem Sarracenorum, nomine Athima, cum [illegible] suis ibidem recludit, castraque metatus est undique. Chronicon Vedastinum apud Locrium. *Gosilenus mortuo Regenfrido surrogatur, atque Vedastino cœnobio quintus Abbas inauguratur. Annos octo monasterio præfuit.*

Anno Christi 733. Theodorici II Neustr. Reg. XIV Rege Au[illegible]asia nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XVI. Austr. XIX Ann. Pith. & Fuld: *Saraceni de Hispania, audientes urbem obsessam, armati superveniunt, contra quos Carolus dimicans, Regem, cum populo, usque ad internitionem delevit.* Fredegarius cap. 109: *Hæc audientes majores natu, & Principes Sarracenorum, qui commorabantur eo tempore in regione Hispaniarum, coadunato exercitu hostium, cum alio Rege, Amor nomine, machinis, adversus Carolum viriliter armati, consurgunt, præparantur ad prælium. Contra quos præfatus Dux Carolus triumphator occurrit, super fluvio Birra, & valle Corbarie Palatio.* Beda finem imponit historiæ suæ, cum S. Willebrordus 36. annum ageret in episcopatu Vltrajectino. Ab anno videlicet 696. vide fol. 260. Bedæ libros sibi ex Anglia in Germaniam mitti, D. Bonifacius ad infidelium conversionem postulavit. Vnde hæc ejus epistola à Baronio adfertur anno 731: *DILECTISSIMO, AC REVERENDISSIMO FRATRI CVTHBERTO ABBATI, ET VNIVERSIS FRATRIBVS SANCTÆ CONGREGATIONIS EIVS, BONIFACIVS EXIGVVS SERVVS SERVORVM DEI, In Christo fraterno caritatis salutem.* &c. *Rogamus, ut aliqua de opusculis sagacissimi investigatoris scripturarum Bedæ monachi, quem nuper in domo Dei, apud vos vice candela ecclesiæ, scientiâ scripturarum fulsisse audivimus, conscripta nobis transmittere dignemini: & si vobis laboriosum non sit, ut donum unum nobis, grande solatium peregrinationis nostræ, transmittatis.* Item: *EGBERTO ARCHIEPISCOPO, BONIFACIVS EXIGVVS EPISCOPVS LEGATVS GERMANICVS, CATHOLICÆ, ET APOSTOLICÆ ROMANÆ ECCLESIÆ, Florentem in Christo immarcessibilis caritatis salutem,* &c. *Inhianter desiderantes flagitamus à vobis ad gaudium, ut memores nostri eo modo, quo, & ante mecum fecistis, aliquam particulam, vel scintillam de candela Ecclesiæ, quam illuxit Spiritus sanctus in regionibus provinciæ vestræ, nobis destinare curetis; id est, ut de tractatibus, quos spiritualis presbyter, & investigator sanctarum scripturarum Beda, reserando composuit, partem qualemcumque dignemini mittere. Maximè autem (si fieri possit) quod nobis prædicantibus habile, & manuale, & utile esse videtur, super Lectionarium anniversarium, & Proverbia Salomonis, quia commentarios, super illa, eum condidisse, audivimus.* Eâ tempestate S. Willebrordus multum versatur Epternaci, monasterii illic à se conditi primus Abbas. Bertel. fol. 157. postquam egit de Epternaco, ei

co ei tradito à Pipino, & Irmina: *Mox inibi perquam insigne monasterium, sumptibus, & liberalitate Principum præfatorum adjutus, ædificavit, quod sacrosanctæ Trinitati, divorum Petri, & Pauli Apostolorum, nec non Ioannis Baptistæ consecravit, inque consecratum, præfatis monachis introductis, Abbatis oneri humeros supposuit, suum interim nihilominus Archiepiscopatum, ejusque curam, in nullo negligens, sed utrique opportunam pastoris impendens operam, undè sua sanctitate indefessa, magnum Christo conquisivit populum.* Quis verò sit fiscus Epternacensis ita tradit idem author: *A prætore, Iudice, Scabinisque septem, in cives omnimodam authoritatem habentibus, discretione, & prudentia Prælati deputatis, pacificè regitur: illius namque est & justiciam creare, operum præfectos, pro suo arbitratu ordinare, & omnia ad politicam regulam pertinentia terminare, uti certas, justasque, cum vini, tum olei, cervisiæ, frumentorumque mensuras constituere, quæ, uti etiam mensura salis, & ulnæ longitudo in monasterio tractantur, servantur, & ab ipsis mercatoribus accipiuntur. Quare vectigal, quod mercium nomine mercatores (ut præsertim in nundinis) de pacto solvunt, soli cœnobii Prælato debetur, tradíturque. Est autem istud oppidum adeò antiquum, ut Luxemburgo (quod tamen antiquissimum) ducentis sit annis, & sexaginta circiter antiquius.* Tum de capite S. Sebastiani, inter alias reliquias, Bedæ suprà memoratas fol. LXXIII, à Sergio Papa tradito D. Willebrordo, sic idem author prosequitur: *Celeberrimum est Epternacense monasterium, quod ideò frequentius à diversis undequaque confluentibus peregrinis, eò, à viginti, aut triginta miliaribus, solius devotionis ergâ venientibus, maximèque in Pentecostes feriis, visitatur. Vnde divorum ibi quiescentium ope, & apud Deum intercessione adjuti, læti plurimi, propria, & grates pro beneficiis per divorum intercessionem, à Deo collatis, devotè exsolvunt. Inter cæteras reliquias, quæ in hac Ecclesia servantur, loco magni, & pretiosi thesauri gloriosissimi Martyris Sebastiani, caput monstratur, quod sancto Willibrordo, Româ discedenti, Sergius Papa munificè donavit. Illud, ut pestis grassari uspiam incipit, à devotis personis, cum honore, parique pietatis affectu, frequenti omnium congressu visitatur, ac uno ore rogatur, quatenus ejus interventu populus iste Christianus, per divinam gratiam ab imminenti mortis periculo liberetur, quam petitionem Divina majestas ob sancti martyris præclaro merito elargitur.* Atque hinc est, quod S. Sebastiani summa sit existimatio apud Belgas. In add. lib. præc.

Anno Christi 734. Theodorici II Neustr. Reg. XV. Reg. Austr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XVII. Austr. XX. Annales Pith. & Fuld: *Saraceni à Carolo in bello superati, qui gladium effugere poterant, ascensis navibus demersi sunt in mari.* Ered. ita pergit loco superiùs citato: *Illisque mutuo confligentibus, Sarraceni devicti, atque prostrati, cernentes Regem eorum interfectum, in fugam lapsi terga verterunt. Qui evaserant, cupientes navali evectione evadere, in stagno maris natantes, sibimet mutuo conatu insiliunt. Mox Franci cum navibus, & jaculis armatoriis super eos insiliunt, suffocantesque in aquis interimunt:*

Sirmondus in notis ad Conc. Gall. fol. 621: *Exstat inter S. Galli veteres chartas, hujusmodi subscriptio: Feci mense Iunio 5. Kalendas Iulias, in anno XV. regnante domino nostro Theodorico rege, supra Carolum Majorem domûs.*

Anno Christi 735. Theodorici II Neustr. Reg. XVI. Rege Austrasiæ nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XVIII. Austr. XXI. Ann. Pith. & Fuld: *Franci, Carolo Duce, Sarracenos proterunt, prædam magnam ducentes, & captivorum multitudinem.* Fredegarius ibid: *Sicque Franci triumphantes de hostibus, prædam magnam, & spolia capiunt.* Sanderus in Gandavo cap. 4. lib. 4: *Anno 735 elevatio prima SS. Landoaldi, Vincianæ, Amantii, Adriani, & aliorum Sanctorum facta est in Ecclesia S. Petri de Wintershove, Kal. Septembris, à S. Florberto, dignæ memoriæ Leodiensi Episcopo, præ multitudine miraculorum, quæ ibidem fiebant, super illis divinitus admonito.* Sub Abbate Wilrado.

Fol. 351.

Anno Christi 736. Theodorici II Neustr. Reg. XVII. Reg. Austr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XIX. Austr. XXII. Ann. Pith. & Fuld: *Regionem Gothicam, Carolus cum Francis, ingrediens, urbes famosissimas Nemausum, Agathen, & reliqua castella cepit, destructis muris, & mœnibus earum, usque ad fundamenta.* Fredegarius: *Copiosa multitudine captivorum cum Duce, victor regionem Gothicam depopulatur. Vrbes famosissimas, Nemausum, Agathen, ac Biteras, funditus muros, & mœnia Carolus destruens, igne supposito concremavit, suburbana, & castra illius regionis vastavit. Devicto adversariorum agmine, Christo in omnibus præsule, & capite salutis, ac victoria, salubriter remeavit in regionem suam, in terram Francorum, ad solium Principatûs sui.* Obiit hoc anno Theodoricus Rex, postquam XVII. annis nomen Regis obtinuisset. Chronicon brevissimum, ex arch. cœnobii S. Remigii Rhemensis: *Theodoricus regnavit annos XVII.* Chesne. Sic & ibidem aliud è MS. codice Tiliano. Pergit chronicon Remigianum: *Annos VII. interim alius Rex non regnavit.* Videlicet usque ad annum DCCXLIII. quo in regnum assumptus fuit Hildericus, postremus Merovingorum, filius Theodorici. Genealogia Reg. Franc. à Pharamundo, usque ad Pipinum, ex vetusto cod. MS. conciliorum, ac capitulorum, Chesne fol. 973: *Theodoricus genuit Hildericum, qui in Sithiu Monasterio constitutus est.* Hildericus verò, quod puer esset, Regio nomine demum donatus est, anno 743. Vsusque obtinuit, ut interea in diplomatibus scriberetur: *Anno post defunctum Theodoricum I. II. III.* &c.

Tom. 1. fol. 781.

Tom. 1.

Vide ann. 741.

Anno Christi 737. Post defunctum Theodoricum anno I. Rege Neustriæ, atque Austrasiæ nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XX. Austr. XXIII. Annales Pith. & Fuld: *Carolus Saxones tributarios facit.* Ann. Belg. Miræi: *S. Erminus Episcopus, & Abbas secundus Laubiensis, 25. Aprilis moritur, Fulcuino, & Sigeberto testibus. Succedit Theoduinus, & post eum S. Theodulphus: ut idem Fulcuinus in chron. ms. Laubiensi tradit. Quod nota contra eos, qui Theodulphum faciunt immediatum S. Fulcuini successorem.* In chronico Lobiensi Ægidii Waulde Gallicè

Lib. 9. fol. 344

Gallicè nuper excuso Montibus Hannoniæ, hoc anno S. Theodulphus scribitur S. Ermino successisse, defuncto 25. Aprilis.

Anno Christi 738. Post defunctum Theodaricum anno II. Rege Neustria, ac Austrasia nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XXI. Austrasia XXIV. Annales Pith. & Fuld: *Carolus regionem Provinciam ingressus, Maurontum Ducem, qui dudum Saracenos per dolum invitaverat, fugere compulit.* Fredegarius: *Carolus praedictum Germanum suum, cum pluribus Ducibus, atque Comitibus, commoto exercitu partibus Provincia dirigit. Avenionem urbem venientes, Carolus properans, peraccessit;* Germanum suum intelligit Childebrandum, filium etiam Pipini, & Alpaidis, cujus jussu Fredegarius chronicon scripsit, vide & anno 706. suprà ex Fredegario, ubi Pipini Regis avunculus appellatur. Circa hoc tempus Carolomanno nascitur filius Drogo, de quo vide ad annum 747. quaenam ejus mater fuerit, incertum. S. Bonifacius Romam venit ad Gregor III, à quo cum hisce literis in Germaniam remittitur ad optimates, ut ei obediant, & paganos omnes ritus abjiciant, Sirm. fol. 323: *GREGORIUS*, &c. *Quoniam decessor noster sanctae recordationis Gregorius Praesul, nutu divino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, praesentium portitorem litterarum Bonifacium, reverentissimum fratrem nostrum, & episcopum ordinans, ad vos usque destinavit, eumque regulam, & normam Apostolica, & catholica fidei Romana, cui Deo auctore deservimus, Ecclesia edocens direxit: & post temporum spatia orationis causâ ad limina beatorum Apostolorum sese praesentavit, & qua ad salutem animarum pertinent, à nobis poposcit imbui: Nos Deo favente, ut sacra docet Scriptura, eum edocentes, ad vos carissimi remeaturum absolvimus: hortantes vos in Domino, ut dignè suscipiatis ab eo verbum exhortationis, & Episcopos, vel presbyteros, quos ipse ordinaverit per Apostolicam sibi datam auctoritatem, in Ecclesia ministerio recipiatis. Et si quos forsan deviantes invenerit à recto fidei tramite, seu canonica doctrina, easque prohibuerit, à vobis nullo modo impediatur, & quod eis impositum fuerit, obediendo propter Deum suscipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, sibi ipsi damnationem acquirit. Vos autem, carissimi, qui in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis, abstinete, & prohibete vosmetipsos ab omni cultu paganorum, non tantùm vosmetipsos corrigentes, sed & subditos vestros. Divinos autem, & sortilegos, vel sacrificia mortuorum, seu lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, & incantatores, & veneficas, & maleficos, & observationes sacrilegas, quae in vestris finibus fieri solebant, omnino respuentes, atque abjicientes, totâ mentis intentione ad Deum convertimini, ipsumque timete, adorate, honorificate.*

Anno Christi 739. Post defunctum Theodaricum anno III. Regè Neustr. atque Austr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XXII. Austr. XXV. Ann. Pith. & Fuld: *Carolus Provinciam totam, & cuncta ejus maritima loca, sua ditioni subegit.* Fredegarius: *Cunctarumque regionum, usque littus maris magni, sua dominationis restituit, fugata Duce Mauronto, impenetrabilibus, ac tutissimis rupibus, maritimis munitionibus,*

præfatus Princeps Carolus cuncta sibimet adquisita Regna victor regressus est, nullo contra eum rebellante. Cestrensis in conciliis Angliæ Speelmanni lib. 5. cap. 24: *Rexqua commendato regno suo West-Saxoniæ Ethelardo cognato suo, Romam profectus est, qui primus omnium Regum, denarium ex singulis domibus regni sui, B. Petro fertur concessisse, quod diu ab Anglis* Romescot, *latinè verò, denarius Petri vocabatur.* Addit Polydorus Virgilius: *Fecit idem Offa Merciorum Rex, qui nonnullum post id tempus regnavit, fuit is annus salutis DCCXL. Hoc vectigal, prout quidam scribunt, auxit post hac Ethelwolphus, seu Athulphus Rex.* Circa hoc tempus Gregorium III Papam claves venerandi sepulchri etiam misisse Carolo Martello, colligitur ex Fredegario, paulò ante mortem ejus, ea recitante, quæ attulimus ad annum Christi
Fol. 320. 726. Exstant & Epistolæ duæ Gregorii Papæ, hujus anni, ad Carolum, apud Sirmondum fol. 525: *DOMINO EXCELLENTISSIMO*
Tom. 1. Conc. Gall. *FILIO, CAROLO, SVBREGVLO GREGORIVS PAPA. Nimiâ fluctuamus tribulatione, & lacrymæ, die noctuque, ab oculis nostris non deficiunt, quando conspicimus quotidie, & undique Ecclesiam sanctam Dei, à suis, in quibus spes erat vindicandi, destitui filiis. Propterea coarctati dolore, in gemitu, & luctu consistimus, dum cernimus id, quod modicum remanserat præterito anno pro subsidio, & alimento pauperum Christi, seu luminarium concinnatione, in partibus Ravennatum, nunc gladio, & igne cuncta consumi, à Luitprando, & Hilprando regibus Longobardorum. Sed in istis partibus Romanis mittentes plures exercitus similia nobis fecerunt, & faciunt: & omnes salas S. Petri destruxerunt, & peculia, quæ remanserant, abstulerunt. Et nulla nobis abs te, excellentissime fili, refugium facientibus pervenit hactenus consolatio. Sed ut conspicimus, dum indultum à vobis eisdem regibus est motiones faciendi, quod earum falsa suggestia, plus quàm nostra veritas, apud vos recepta est; & timemus, ne tibi respiciat ad peccatum; quando nunc, ubi resident ipsi reges, ad exprobrationem nostram, ita proferunt verba dicentes: Adveniat Carolus, apud quem refugium fecistis, & exercitus Francorum, & si valent, adjuvent vos, & eruant de manu nostra. O quàm insanabilis dolor pro his exprobrationibus in nostro retinetur pectore, dum tales, ac tanti filii, suam spiritualem matrem, sanctam Dei Ecclesiam, ejusque populum peculiarem non conantur defendere! Potens est, carissime fili, ipse princeps Apostolorum, ob à Deo sibi concessam potestatem, suam defendere domum, & populum peculiarem, atque de inimicis dare vindictam: sibi filiorum menses probat. Non credas, fili, falsidicis suggestionibus, & suasionibus eorumdem regum. Omnia enim tibi falsò suggerunt, scribentes circumventiones, quòd quasi aliquam culpam commissam habeant eis Duces, id est Spoletinus, & Beneventanus. Sed omnia mendacia sunt.* &c. *Hortamur tuam bonitatem coram Domino, & ejus terribili judicio, Christianissime fili, ut propter Deum, & animæ tuæ salutem subvenias Ecclesiæ S. Petri, & ejus peculiari populo, easdemque reges sub nimia celeritate refutes, & à nobis repellas, & jubeas eos ad propria reverti. Non despicias deprecationem meam, neque claudas aures à postulatione mea: sic non tibi*

princeps

princeps Apostolorum claudat cælestia regna. Conjuro te per Deum vivum, & verum, & per ipsas sacrosanctissimas claves confessionis beati Petri, quas vobis ad regnum direximus, ut non præponas amicitiam regum Longobardorum amori principis Apostolorum, sed velocius sub nimia festinatione sentiamus post Deum tuam consolationem ob nostram defensionem, ut in omnibus gentibus declaretur vestra fides, & bonum nomen. &c. Altera, titulo ut suprà, sonat in hæc verba, fol. 527 *Ob nimium dolorem cordis, & lacrymas, iteratâ vice tua excellentiæ necessariam duximus scribendum, confidentes te esse amatorem filium B. Petri principis Apostolorum, & nostrum; & quòd pro ejus reverentia nostris obediat mandatis, ad defendendam Dei Ecclesiam, & peculiarem populum, qui jam persecutionem & oppressionem gentis Longobardorum, sufferre non possumus. Omnia enim luminaria, ad honorem ipsius principis Apostolorum, & quæ à vestris parentibus, vel à vobis oblata sunt, ipsi abstulerunt. Et quoniam ad te post Deum confugium facimus, propterea ipsi Longobardi in opprobrium habent, & opprimunt. Vnde & Ecclesia S. Petri denudata est, & in nimiam desolationem redacta. Tamen omnes nostros dolores subtiliùs in ore posuimus præsenti portatori tuo fideli, quos in auribus tuæ excellentiæ suggerere debeat. Tu autem, fili, habeas cum ipso principe Apostolorum, hic & in futura vita, coram omnipotente Deo nostro, sicut pro ejus Ecclesia, & nostra defensione decertaveris, & decertaveris, sub omni velocitate: ut cognoscant omnes gentes tuam fidem, & puritatem, atque amorem, quem habes erga principem Apostolorum B. Petrum, & nos, ejusque peculiarem populum, zelando, & defendendo. Ex hoc enim tibi poteris immortalem, & æternam vitam acquirere.* S. Bonifacius in Baioariam redux, dividit eam in quatuor episcopatus, de quibus sic Othlonus fol. 65: *Primus, nomine Iohannes, in oppido, quod dicitur Saltzpurg, cathedram Episcopalem suscepit. Secundus Erimbertus, in Frisingensi Ecclesiæ regimen pontificale subiit. Tertius Gozvibolt, in Ratisponensi civitate, quæ metropolis Bagoariæ est.* Eam divisionem approbat Gregorius, hac ad eum scriptâ epistolâ, qua, & Bonifacio, & Carolo Martello adscribit, quod centum millia animarum Ecclesiæ aggregaverint. Sirm. fol. 527: *REVERENTISSIMO, AC SANCTISSIMO FRATRI BONIFACIO, GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI. Doctoris gentium egregii B. Apostoli Pauli vox est dicentis: Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Agnoscentes itaque in syllabis fraternitatis tuæ, quæ innotuisti jam de Germaniæ gentibus, quas sua pietate Deus noster de potestate paganorum liberavit, & ad centum millia animas in sinu matris Ecclesiæ, tuo conamine, & Caroli principis Francorum, aggregare dignatus est: sed & in Baioariorum provincia, quæ à te acta sunt cognoscentes, datori omnium bonorum Domino Deo nostro, extensis ad cælum palmis, gratias retulimus: qui januam misericordiæ, & pietatis in illis partibus Hesperiis, ad cognoscendam viam salutis ostium misericordiæ aperuit, & misit Angelum suum, qui præparavit viam tuam ante te. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Igitur, quia indicasti perrexisse te ad gentem Baioariorum, & invenisse eos*

extra

extra ordinem Ecclesiasticum viventes, dum Episcopos non habebant in provincia, nisi unum nomine Vivilo, quem nos ante tempus ordinavimus: & quia cum assensu Otilonis Ducis eorumdem Baioariorum, seu optimatum provinciæ illius, tres alios ordinasses Episcopos, & in quatuor partes provinciam illam divisisses, id est in quatuor parochias, ut unusquisque Episcopus, suam habeat parochiam, bene, & satis prudenter peregisti, frater: quoniam Apostolicam præceptionem, ex nostra vice implesti, & sicut tibi præcepimus, ita peregisti. In fine, fol. 529: *Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data 4. Calendas Novembris, imperante domno piissimo Augusto Leone, Imperii ejus anno XXIII. sed & Constantino magno Imperatore ejus filio anno XX. Indictione VIII.* A[illegible] S. Bonif. ex Serario, Fast. Belg. Mir. *Ut Archiepiscopus, & Apostolicæ Sedis per Germaniam Legatus, Bavariam in diœceses quatuor, S[illegible]burgensem, Frisigensem, Ratisponensem, & Pataviensem, partitur, anno 739. Othilone, Baioariorum Duce, consentiente.* Miræus in Fastis [illegible] 7. Novemb. *Anno 739. die 7. Novemb. S. Willibrordus moritur, [illegible] Epternaci, quod est Ducatûs Luxemburgensis, & diœcesis Treverensis oppidum, sepelitur: ubi etiamnum quiescit in sui nominis Benedictinorum Abbatia, à se fundata.* Molanus habet anno 736. Bertel[illegible]us in h[illegible] Luxemburg. fol. 161. *Sanctus autem Willibrordus, spiritum Domino Deo ubi reddidisset, Albertus, ejusdem divi Willibrordi discipulus, suffragiorum calculo, monasterii regimen subit, qui munere suo non minus sanctè, quam frugaliter, cum aliorum ad[illegible]catione, functus est annis [illegible]. ab ipsius nempe S. Willibrordi obitu, ad Caroli magni, annum quintum, usque ad annum inquam post Christum 775. Quo divinâ sic ordinante providentia Caroli magni rogatu, & authoritate, in Abbatem postulatur Beonradus Senonensis quondam Episcopus, qui Dominicum gregem, ab anno Caroli magni quinto, usque ad ejusdem vigesimum sextum, sub vigilanti custodia texit, & pavit, quia vero S. Willibrordi sedem, u[illegible] ei ejusdem vitam, & gesta diligenter carmine conscripto, Caroli m[illegible] præceptor Alcuinus, dedicavit.*

Anno Christi 740. Post defunctum Theodoricum IV. Reg. Neustr. & Austr. nullo. Caroli Martelli Majoris domûs Neustr. XXIII. Austr. XXV. Annales Pith. & Fuld: *Pax & quies regno Francorum per Carolum redditur, ad tempus; Gothis superatis, Saxonibus, & Frisonibus [illegible], expulsis Saracenis, Provincialibus receptis.* Hoc, aut sequenti anno, [illegible]pinus ducit uxorem Bertam, seu Bertradam, unde ei natus a[illegible] 742. Carolus postea Magnus appellatus. Quidam fi[illegible] vocar[illegible] Heraclii Imp. sed tempora nullo modo quadrant. Circa [illegible] tempus decrevit Carolus, *Ut qui Paganas observationes a[illegible] in re[illegible]rit, multetur, & damnetur XV. solidis*, ut habetur in Synodo Le[illegible]nensi anni 743. congregata jussu Carolomanni apud Sir[illegible]. to[illegible] conc. Gall. Canone 4. Hoc, aut sequenti anno Carolus Mart[illegible]s æger, ut loquitur Lupus in vita S. Maxim: *Cœnobium S. Maximini prædiis auget, quorum unum Potriosola, aliud Witmaris Ecclesia, tertium Comminsacum, S. autem Petro Andaclanam obtulit villam.* Carolus de fisco

fco Valentinianenfi S. Salvio ftipendium annuum conftituit, Balder. lib. 2. cap. 31. fol. 252. *Nec procul hinc, olim quidem fancti Martini ecclefiola, nunc autem monafterium canonicale, in veneratione etiam fancti Salvii Epifcopi, & martyris conftat. Ipfo namque tempore, fanctus Salvius, tatus fuperna patria inhians, caufa peregrinationis, habenas reliquit Epifcopii, profectufque peregrè, prædicationis operam dare æftimavit. Igitur de loco ad locum procedens, verbum Dei populo fuggerebat, & maximè celebrationibus miffarum inftabat. Verùm ubi ad ipfam vicinam deveniret, ac quadam die, de Valentianenfe portu, ad vicum Candatum tranfiret, à quodam peftifero, facta infidiis, captus, in cuftodia relegatur; raptifque indumentis facerdotalibus, & ornamentis Epifcopalibus, qua fecum portaverat, obtruncatur. Sepultufque à viris religiofis, in fuprà dicta fancti Martini ecclefia, tunc ad præfens, & poftea multis præconizantibus miraculis, quanti, & qualis meriti extitiffet, apparuit, ut pleniffimè in libro fua paffionis reperitur. Vnde attonitus Princeps regionis Carolo-Martellus, pro falute animæ, de ipfo fifco Valentianenfe, & de aliis rebus locum augmentavit, fumptumque ftipendiarium deputans, canonicos conftituit.* Locrius fol. 90. è chronico Vedaftino: *Anno 740. Guido fextus Vedaftini Monafterii Abbas conftituitur; nec quadriennio ampliùs facro ifto munere perfungitur.*

Anno Chrifti 741. Poft defunctum Theodor. V. Rege Neuftr. & Auftr. nulla. Caroli Majoris domûs Neuftr. XXIIII. Auftr. XXVII. Caralimanni Majoris domûs Auftr. I. Pipini III. Majoris domûs Neuftr. I. Gregorius Papa III obiit 4. Kal. Dec. vac. fed. dies 2. Zacharias creatus Kal. Dec. confecratus 3. Non. Decemb. fedit an. 10. menf. 3. dies 16. Leo III Imp. obiit 13. Kal. Iulii, Conftantinopoli Imp. Cæf. Conftantinus VI porphyrogenitus (Copronymus) imperavit poft patrem ann. 35. menf. 2. dies 27. *Onuphr.* Exftat diploma Caroli in arch. S. Dionyf. quo in remiffionem peccatorum Clipiacum, Regium palatium, S. Dionyfio donat, quod prorfus Barbaro latinum ita producit Doubletius fol. 690. *Se aliquid de rebus ad loca fanctarum condonamus, hoc nobis procul dubio apud æternum Domenum, in æterna beatitudine retribuendum confidemus. Igitur, EGO IN DEI NOMENE, INLVSTER VIR KARLVS MAIORIM DOMVS, FILIVS PIPINI, quondam ob amorem Domeni noftri Iefu Chrifti, vel remiffionem peccatorum mearum, ut veniam de delictis meis confequi merear in futurum, dono, donatumque in perpetuum effe volo, ad bafilica S. Dionyfii, ubi ipfe preciofus Domnus in corpore requiefcit, villa nuncupata Clippiacum, in pago Parifiaco conftitutam, cum terris, domebus, adeficiis, accolabus, mancipiis, viniis, filvis, campis, pratis, pafcuis, aquis, aquarumve decurfebus, cum peculio, utriufque fexus, omnia, & ex omnibus, quecquid ad ipfa villa Clippiacus afpecire, vel pertenire videtur, hoc totum ad ipfa Bafileca S. Dionyfii, cum omne integritate donamus, vel concidemus, ita ut ab hoc die, villa fuperius nominata Clippiacum habendi, tenendi, vel quecquid prafatum monafterium S. Dionyfii, aut agentes fui pro opartunitate ipfius monafterii facire voluerint, liberam, ac fermiffimam*

mam, in omnebus habeant potestatem. Sequis verò, quod futurum esse non credemus, se nos ipsi, aut ullus de heredebus nostris, seu qualebet opposita, vel extranea persona, contra hanc Epistolam donationis nostræ, quam nos propter nomen Domini fieri, & confirmari decrevimus, venire, aut agere, aut alequam calumniam partebus S. Dionysii exinde generare voluerit, in primis iram Dei calestis incurrit, & insuper inferte partebus ipsius Monasterii, cogente fisco, auri libras decem, argenti pondo viginti coactus, & quod repetit evindicare non valeat, sed præsens Epistola donationis nostra omne tempore ferma, & stabelis debiat permanire, stipulatione subnixa. Actum Careciaco villa, in palatio quod ficit mensis September die 17. Annum quintum post diffunctum Theodoricum Regem. Signum Inlustro viro Karlo, Majorim domûs, qui hanc Epistolam donationis fieri rogavit. S. Raberti Comitis. S. Raygaubaldi Comitis. S. Salaconis Comitis. S. illustris Matrone Sonechildis consent. S. Grifonis filii sui consent. S. Hroderici. S. Hadabaldi. S. Deodati. S. Helmeberti. Audoënus Cappellanus subscripsit. Ego Theudericus subscripsi. Crothgangus jussus hanc Epistolam donationis recognovi. Nota Sonechildim inter testes, cum filio Gripione, sed & Comitum multitudinem adverte, sub Martello, ut & suprà annis 721. & 725. nuspiam addito nomine Comitatûs, quæ causa est, quod Flandrę, Curtricisi, Adertisi, cæterarumque nostrarum regionum Comites, adhuc incogniti sint, & lateant sub obscuro. De Crothgango Annales Belgici Miræi fol. 260: *Is patrem habuit Sigrammum, potentem in Hasbania virum, & matrem Landradam. A pueritia in aula Martelli enutritus, Referendarius ejusdem fuerat, & regnante Pipino, post Sigebaudi Metensis Episcopi mortem, ad illam cathedram est devectus: ut Andreas Quercetanus in Historia sua Burgundica rectè notavit.* Fredegarius: *Reversus Carolus in regionem Francorum agrotare cœpit in villa Vermeria, super Isara fluvio.* Et cap. 100: *Igitur memoratus Princeps, consilio Optimatum suorum expetito, filiis suis Regna dividit. Itaque primogenito suo, Carolomanno nomine, Auster, & Suaviam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit. Alteri verò secundo filio juniori Pippino nomine, Burgundiam, & Neuster; & Provinciam permisit. Eo anno Pippinus Dux commoto exercitu, cum avunculo suo Hildebrando Duce, & multitudine Primatum, & agminum satellitum plurimorum, ad Burgundiam dirigunt, fines regionum praoccupant. Interim, (quod dici dolor, & mæror sollicitat ruinam) in Sole, Luna, & stellis, nova signa apparuere, seu & Paschalis ordo sacratissimus turbatus fuit. Carolus nempe Princeps Parisius Basilicam S. Dionysii Martyris multis muneribus ditavit: veniensque Carisiaco villâ Palatii super Isseram fluvium, valida febre correptus, obiit in pace, cunctis in gyro Regnis acquisitis. Rexit autem utraque Regna annos XXV. Transiit itaque 11. Cal. Novembris, sepultusque est Parisius in Basilica sancti Dionysii Martyris.* Vtraque regna XXV. annis rexit, 1. Neustriam, & Austriam XXIV. completis, & XXV. inchoato. Austriam verò solam XXVII annis. Notandum & Alemanniæ nomine tempore Caroli Suaviam nominatim

Cap. 99.

nominatim appellatam fuiſſe, ut ſuprà adnotatum ex Odoranno. Miræus in notitia Eccleſiarum Belgii, hoc producit diploma: *Ego Robertus Comes, filius quondam Lamberti, notum facio præſentibus, & futuris, quòd anno quinto poſt obitum Theoderici Regis, die ſeptimo poſt Kalendas Aprilis, legitimâ traditione dedi, ac deputavi quiddam de allodio meo, ad baſilicam S. Trudonis, quæ eſt conſtructa in villa, nomine Sarcinio, ubi ipſe Sanctus Dei in corpore requieſcit: cui etiam eccleſiæ venerabilis Abba, Grimo nomine, regulariter præeſſe videtur. Tradidi ergò in pago Hasbanienſi locum quemdam, qui dicitur Dungo, cum baſilica inibi conſtructa, quam ego proprio labore ædificavi, in honore beatæ Mariæ, & S. Petri, S. Ioannis, & S. Servatii, & S. Lamberti, tam ipſum locum, quàm reliquas villas, vel loca, ad ſuprà dictum locum, de mea poſſeſſione, prætitulata, ſcilicet Halen, Schafnis, Felepa, & Marbols. Iſta loca ſuprà dicta, ſunt in pago Hasbanienſi, & Manſuarienſi: quæ omnia tradidi, cum caſis, & curtibus ibidem jacentibus, cum pratis, campis, ſilvis, ...* Vbi Miræus: *Robertus Comes S. Eucherium Aurelianenſem Epiſcopum, in exilium à Carolo Martello miſſum, benignè admodum, & humanè ſuſcepit, & fovit in Trudonenſi monaſterio: ut in illius loci Chronico ms. narratur. Idem cum uxore ſua intra ſanctuarium, non longè à ſepulchro S. Trudonis, ad levam ſepultus fuit. Cujus corpus an. 1169. à Wirico Abbate Trudonenſi inventum fuit, & in ſarcofago lapideo depoſitum: quo tempore, & corpora SS. Trudonis, Eucherii Epiſcopi, & Liberti martyris ſunt inventa, ut in eodem Chronico legitur.* Malè Miræus putavit eſſe anni 746. Annales Pithœani, & Fuldenſes: *DCCXLI. Carolus anno Ducatûs ſui XXVII. moritur Pariſiis, & apud S. Dionyſium ſepelitur. Cujus filii Carlomannus, & Pipinus, ſub obtentu Majordomatûs totius Franciæ Regnum ſuſcipiunt, & inter ſe dividunt.* Sed vide & partem hæreditariam Griphonis f. 306. Regni Francici diviſionem ita deſcribit Fredegarius cap. 110: *Memoratus Princeps, conſilio Optimatum ſuorum expetito, filiis ſuis Regna dividit. Itaque primogenito ſuo, Carolomanno nomine, Auſter, & Suaviam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit. Alteri verò ſecundo filio juniori Pipino nomine, Burgundiam, & Neuſter, & Provinciam permiſit.* Porrò quia morbus Caroli Martelli diuturnus fuit, ut qui per integrum fermè annum duravit, nullum dubium eſt, quin ſummas pertulerit torſiones, ac dolores ante mortem, unde S. Bonifacius epiſtolâ ſuâ, ſcriptâ ad Etelbaldum Regem Merciorum anno Chriſti 645, loquitur in hæc verba: *Carolus quoque Princeps Francorum multorum monaſteriorum everſor, & eccleſiaſticarum pecuniarum in uſus proprios commutator, longâ tortione, & verendâ morte conſumptus eſt.* Teſte Wilhelmo Malmesburienſi de geſtis Regum Anglorum fol. 28. editionis Francofurtenſis anni 1601. Quod intelligendum de tortione, ac cruciatu, è vi morbi diuturni, & malignæ febris perperam multi interpretati ſunt, de tortione ejus, ac cruciatu apud inferos, adjectaque eſt fabula, quæ in vitam quoque S. Eucherii, inque libros Gratiani etiam irrepſit. In vita S. Eucherii (cujus

Vide anni 745.

L. 1. cap. 4.

antea mentio ad annum 723) ita scriptum reperimus apud Sur. Fol. 308. 20. Febr. cap. 5. *Interea gens nefanda Ismaëlitarum ad depopulandum provinciam Aquitaniam ingressa, cunctam vastans supellectilem, oppida, & castella nititur expugnare. Audiens verò hoc Carolus princeps, collectis Burgundionum, Francorumque populis, obviam illis, cum copioso pergit exercitu, casisque illis, cum ingenti præda domum reversus est. Cumque Aureliam pervenisset, Ligeris alucum transiens, prandiaque parata relinquens, Parisios proficiscebatur, jussitque beatum Eucherium se sequi. At ille tametsi sciret insidias sibi præparatas, nequaquam renuit: non tamen principis, sed Dei obtemperans præceptis, spontaneus periculo se dedit, subjiciens se, sicut beatus Petrus Apostolus ait, humanæ creaturæ propter Deum: sive Regi, tanquam præcellenti: sive ducibus, tanquam ab eo positis, ad ulciscendam pravitatem malorum, ut canatur laus bonorum. Anno itaque decimo sexto pontificatûs sui, Aureliâ egressus, & Lutetiam quoque ex principis voluntate prætergressus, Vernum fiscum publicæ dictionis ilicò advolavit: moxque celebri sermone vulgatum est auribus principis, adesse sanctum sacerdotem: quem ille à suis militibus jussit comprehendi, & cum propinquis reliquis, Coloniam in exilium deportari. Ille verò, ut virtutum sibi augmenta cumularet, reddebat gratias, sacrosanctæ subditus Trinitati. Ubi autem Coloniam pervenit gloriosus Christi sacerdos, tantâ ibi, & sacerdotum, & cleri, & populi benignitate fruebatur, ut cunctis illorum opibus, quicquid inde illi facere libuisset, haud aliter atque propriis uti illi liceret. Quod cum ita fieret, Carolum principem latere non potuit. Itaque metu perterritus, ne forte illorum subsidiis, & auxiliis adjutus, munitiora regni loca, seu castella occuparet, clam tutiori loco in Hasbania Roberto Duci tradidit, custodiendum. Qui sanè illum, cum maxima gratulatione suscipiens, permisit manibus illius omnem suppellectilem suam, ut sicut ei placeret, facultas illi suppeteret, tam egenis, quàm in cœnobiis commorantibus, inde tribuendi. Dederat enim ei Dominus gratiam coram illo, velut beato Ioseph quondam, coram Pharaone. Petiit autem à prædicto Duce, ut sibi in ecclesia beati Trudonis confessoris, pro ipso, & fidelibus ejus, copiam deprecandi tribueret: quo impetrato, sacerdos Dei inclusus, die, noctuque Dominum precabatur, ut cum electis ejus, in aula gloriæ ipsius coronari mereretur.* Et cap. 6: *Verum cum scriptura dicat, Qui reddidit mala pro bonis, non recedit malum de domo ejus: quod princeps Carolus contra hunc virum Dei fecit, episcopatum crudeli violentiâ ei adimendo, tum etiam aliarum ecclesiarum res usurpando, id justo Deus judicio reddidit, in caput ejus. Namque hic vir Dei, in oratione positus, ad alterum seculum est raptus, & inter cætera, quæ Domino ipsi ostendente, conspexit, vidit hunc Carolum in inferno inferiori torqueri, eique interroganti, ab Angelo ductore ejus, responsum est, quia sanctorum judicio, qui in supremo mundi die, cum Dño judicabunt, quorumque res abstulit, & exercitui suo distribuit, ante illud judicium, animâ, & corpore, sempiternis pœnis, est deputatus, simulque, cum suis peccatis, recepit pœnas, propter peccata omnium, qui res, facultatesque suas, ob honorem, & amorem Dei, ad sanctorum loca, in lumina-*

via divini cultus fovenda, inque alimaniam servorum Christi, ac pauperum, pro animarum suarum salute contulerant. Porrò vir Dei ad se rediens, sanctum Banifacium, & Fulradum, monasterii sancti Dionysii Abbatem, summumque Regis Pipini Capellanum, ad se vocavit, eisque hac revelans, hac signi dedit, ut ad sepulchrum Caroli principis irent, & si corpus ejus illic non invenirent, ea qua dicebat, vera esse crederent. Illi verò peragentes ad monasterium, ubi Caroli cadaver humatum fuerat, tumulumque illius aperientes, subito draconem exire inde viderunt, totumque sepulchrum intus inventum est velut incendio atrum. Sequitur c.7: *Sanctus autem Eucherius sexto exilii sui anno, ipso glorioso transitûs sui tempore, divini luminis perfusus claritate, corpore integra conversationis intactus, carnis vinculis absolutus, emigrans ex hoc mundo, victor intravit in calum: ibique à Domino pro laboribus, & operibus bonis diadema accepit, gemmis fulgentibus varietatum, floribus immarcescibile, decore, & varietate inaestimabile. Sepultus est in ecclesia beati Trudonis Confessoris Christi, & cum magno decore, ut dignum erat, ab omnibus tumulatus,* &c. Ego omnino existimo integrum illud caput quintum à quopiam pro monasteriis inconsideratè zeloso, in odium Caroli interjectum fuisse, atque in prototypo, seu originali, post illa verba: *Dominum precabatur, ut cum electis ejus in aula gloria ipsius coronari mereretur.* Subsequenter scriptum fuisse: *Sanctus autem Eucherius, &c.* Nam certissimum est, S. Eucherium diu obiisse ante Martellum, quamquam de certo mortis ejus anno varient authores. Illud constat anno sexto eam evenisse, postquam in exilium missus fuit. Suprà verò scripsit Sigebertus eum *Exiliatum* anno 723 *in cœnobio S. Trudonis in sanctitate consumatum fuisse.* Molanus verò scribit in hunc modum, in natalibus Sanctorum Belgii: *Martellus relegavit* (S. Eucherium) *in Hasbaniam: qua in loco Roberto Duci tradidit custodiendum, qui perspectâ singulari innocentiâ, & morum excellenti probitate, omni eum officio, & honore colendum duxit. Sed vir sanctus nihil aliud petiit, quàm in cœnobio S. Trudonis, Deo vacare. In quo ad calestem patriam migravit, anno Domini septingentesimo vigesimo septimo, exilii sexto, multa sanctitate, & miraculis gloriosus.* Baronius verò anno 731. n. 32: *Contigit eodem anno obitus S. Eucherii Episcopi Aurelianensis, quem ab exilii tempore, sex annos supervixisse, qui res ab eo gestas eodem tempore scriptis mandavit, affirmat: sicque ad hunc usque annum pervenisse, cùm ipse testetur, colligitur pariter ex antiquis Francorum Annalibus à Pithœo editis, in quibus ponitur bellum, à Carolo in Aquitania gestum, cùm Eucherius exulavit, anno septingentesima vigesima quinto, à qua tempore, si sex annos numeres, quibus Eucherius supervixit, utique hoc anno esse defunctum, affirmarè necesse habes.* Auctor vitæ S. Eucherii è Surio suprà tradit tum in exilium missum, cum *Gens nefanda Ismaelitarum, Aquitaniam ingressa esset,* paulò post à Carolo cæsa. *Ismaëlitarum* interpretor *Saracenorum*; de quorum in Aquitaniam, vicinasque provincias adventu, vide è chron. Pith. & Fuld. anno 725. ut & de eorum internecione, anno

Fol.308. 20. Feb.

Fol. 314.

anno 726. Itaque omnino cum Baronio ſentiendum, obiiſſe S. Eucherium anno Chriſti 731, aut 732. decennio ante mortem Caroli Martelli. Itaque qui Martellus corporaliter apud inferos punitus ſit, atque ita cælitus S. Eucherio oſtenſus, cum adhuc in vivis eſſet? de corpore quoque ejus non reperto, deque dracone exeunte è ſepulchro ejus, velut per incendium atro, ſi contigiſſet S. Bonifacio, ut ſcribit author ille, nequaquam illud omiſiſſet in epiſtola citata, ad Ethelbaldum Regem, quem ab eccleſiaſticarum rerum rapina, aliiſque vitiis dehortabatur, aliorum exemplis, ob flagitia punitorum; neque aliam ob cauſam *verendam* etiam ſcripſit *Caroli mortem*, quam ut tanto majorem Ethelbaldo incuteret terrorem; nam ipſemet Bonifacius mortuo Martello, Carolomannum Martelli filium hortatur, inſiſtat patris ſui veſtigiis, & Chriſtianam religionem excolat, ut ipſe promptiſſimè fecit. Otlonus in vita S. Bonifacii: *Per idem tempus Karolo Duce glorioſo temporalis vitæ curſum conſummante, filii ejus Karolomannus, & Pipinus, in patris ſucceſſerunt imperium. Sed quia ad natum Karolomanni, qui majoris ætatis erat, omnia paterna regna, jure diſponebantur; hunc S. Bonifacius adiens, præſuliſque Apoſtolici ſcripta deferens, omnino popaſcit, ut Chriſtianæ religionis culturam, quam pater ejus in promptiſſimo animo cœpit, & excoluit, ipſe quoque, pro Dei amore, ſuique regni ſtabilitate, nec non pro communi omnium ſibi ſubjectarum ſalute, eodem animo excolleret. His ille precibus, quaſi divino affatu compunctus, omnes ſub imperio ſuo degentes, laicos ſimul, & Clericos, à religione Chriſtiana deviantes, tam regali, quàm canonicâ authoritate, ad vitam juſtitiæ revocare ſtuduit. Præcipiebat enim, ut, conventu ſynodali habito, ibi omnia juxta canonum decreta corrigerentur, cujus nimirum conventus ſynodalis ſtatuta, quia non ſolum ſæcularibus, ſed eccleſiaſticis etiam rectoribus ædificationem magnam conferre poſſe videntur* &c. Vnde conſtat non aliter intelligendum S. Bonifacium in epiſtola ad Ethelbaldum Regem, quam de corporali punitione Caroli, ante mortem, longâ, ac malignâ febri, ut ſuprà dictum. Quod & Baronium ita intellexiſſe, docemur his ejus verbis, anno 741. num. xx. & xxi: *Etſi dirâ ob immenſos dolores morte conſumptus ſit, haud tamen abſque exomologeſi ex hac vita deceſſiſſe, quæ ex Ludovico Imperatore ſunt recitata, demonſtrant. Vindex Deus, ſed non judicans bis in idipſum, ſic invaſores jurium Eccleſiarum Principes Chriſtianos pœnitentes interdum miſerando cruciatu ante interitum vult affligi, tum ut poſteris ſint in exemplum, non minuendi, vel violandi Eccleſiaſticam immunitatem, utque non leve eſſe delictum, quod peccaſſent, ex portentoſis, & penè inſolitis, ab ultore numine illatis pœnis poſſent intelligi; tum etiam, ut cùm iidem catholicè vixerint, & alia complura bona fecerint, maximè verò quòd propagantibus fidem fuerint adjutores (ut à Carolo, de quo agitur, factum vidimus) quòd peccaſſent in Eccleſiæ jura, hîc luerent potiùs, quàm damnarentur perpetuis cruciatibus in inferno: à quibus eundem fuiſſe immunem putamus, ex iis, quæ de eo ſuperiùs pluribus in locis ſunt dicta,*

nempe

nempe (quod est hic in memoriam revocandum) laudatam pietatem Caroli duorum Romanorum Pontificem assertione, Gregorii secundi, atq; Gregorii ejus successoris, ejusdem nominis tertii, cujus illud maximum est de eodem Carolo Martello praconium, quòd tum Dei, tum ejusdem Caroli opitulatione S. Bonifacius centum millia paganorum Germanorum ad Christianam religionem suscipiendam convertisset: ut planè de ipso (occulta licèt & nobis incognita sint divina judicia) salutem cum piis Regibus consequutum, existimare liceat; & si peccator extiterit (ut solent Reges sæpè delinquere) per exomologesim illam factam, quâ suam animam Domino per sanctum Dionysium præsentandam adeò solicito studio commendavit, bene de ejus sit salute sperandum. De Carolo animam suam Domino commendante habet Baronius ex epistola Ludovici Pii Imp. Caroli pronepotis, ad Hilduinum Abbatem, cujus hæc sunt verba ibidem: *Proavus noster Carolus Princeps Francorum inclytus per orationes ipsius excellentissimi Martyris, adeptum se fuisse gratulatus est apicem principatûs, eidemq; decurso mortalitatis tempore, quod cariùs potuit habere depositum, corpus scilicet proprium in magni die judicii suscitandum, & animam domino præsentandam fideliter commendavit, ac per hoc maximè devotionem ac fiduciam cordis erga peculiarem patronum patienter ostendit.* Ad quæ sic Baronius: *Hæc Ludovicus, qui si tam certam de damnatione Caroli sciret testificationem factam esse Pipino: quo modo non potiùs silentio præterisset memoriam sepulturæ Caroli apud sanctum Dionysium, tanto miraculo infamatam, quam illam tanto præconio celebraret?* Vnde in vita S. Eucherii insertum esse caput quintum, de Caroli damnatione merito censendum, atq; deinde à multis pro vero habitum fuisse, quod prorsus est fabulosum. Hinc & irrepsit in Ius Canonicum apud Gratianum 16. q. 1. de bonis Ecclesiæ auferendis, idem error, in epist. ab Episcopis Rhemensis & Rhotomag provinciæ, scriptam ad Ludov. Germaniæ Regem, filium Lud. Pii Imp. his verbis: *Quia verò Carolus Princeps, Pipini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separavit atq; divisit, pro hoc solo maximè est æternaliter perditus. Nam sanctus Eucherius Aurelianus Episcopus, qui in monasterio sancti Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum sæculum raptus, & inter cætera, quæ sibi Domino ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo ejus ductore responsum est. Quia sanctorum judicatione, qui in futuro judicio cum Domino judicabunt, quorumque res abstulit ac divisit, ante illud judicium animâ & corpore sempiternis pœnis est deputatus, & recepit simul cum peccatis suis pœnas propter peccata omnium, qui res suas, & facultates, in honore, & amore Domini ad sanctorum loca luminaribus divini cultus, & alimoniis servorum Christi, ac pauperum, pro animarum suarum redemptione tradiderunt. Qui in se reversus sanctum Bonifacium & Fuldradum Abbatem monasterii sancti Dionysii, & summum Capellanum Regis Pipini ad se vocavit: eisq; talia dicens, signum dedit, ut ad sepulchrum illius irent, & si corpus ejus ibidem non reperissent, ea quæ dicebant vera esse*

Fol. 156. anno 741. n. 19.

Baron. Fol. 155. ibid.

esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum monasterium, ubi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumq́; ipsius aperientes, visus est subito exisse draco, & totum illud sepulchrum interiùs inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos vidimus, qui ad nostram usq́; ætatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis vivâ voce veraciter sunt testati, quæ audierunt, atq́; viderunt. Quod cognoscens filius ejus Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum sancto Bonifacio Legatus Apostolicæ Sedis Gregorius nomine. Nam & Synodum ipsam habemus, & quantumcunque de rebus Ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, Ecclesiæ reddere procuravit. Et quoniam res Ecclesiis, à quibus oblatæ erant, restituere propter concertationem, quam Vuaifaro Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit: precarias fieri ab Episcopis exinde petiit, & nonas, ac decimas, ad restaurationes tectorum, & de unaquaq́; casata duodecim denarios ad Ecclesiam, unde res erant, beneficiata (sicut in libro Capitulorum habetur) dari constituit, usq́; dum ipsæ res ad Ecclesiam revenirent. Vnde & dominus Carolus Imperator adhuc in regio nomine constitutus edictum fecit, ut nec ipse, nec filii ejus successores, huiusmodi res agere attentarent; quod manu suâ firmavit, cujus plenitudinem habemus. & de quo capitulum excerptum in libro Capitulorum ejus, quicunq́; librum illum habet, legere voluerit, invenire valebit. Hanc etiam relationem & in scripturis habemus, & quidam nostrûm etiam vivâ voce dominum Ludovicum Imperatorem patrem vestrum referre audivimus. Vnde apparet ante tempora Ludovici Pii Imp. è fraude infertoris supradicti, sparsum infamem illum rumorem de Caroli damnatione, ob ecclesias à militibus eius spoliatas; quod peccatum, belli tempore, vix à sanctissimis Ducibus potest prohiberi, atque tot donationibus ab eo factis ecclesiis, supra recensitis, longoque eius morbo, planè credendum est ante mortem ejus satis fuisse expiatum. Nullam Synodum, 80 ann. spatio tum congregatam. scribit Bonifacius ad Zachariam Papam. Sirmondus fol. 529: *DOMINO CARISSIMO, SVMMI PONTIFICATVS INFVLA PRÆDITO, VIRO APOSTOLICO ZACHARIÆ, BONIFACIVS SERVVS SERVORVM DEI. Confitemur, Domine Pater, quia postquam per nuntios referentes audivimus, quòd veneranda memoria Apostolatûs vestri præcessor Gregorius Pontifex Apostolicæ Sedis, ergastulo corporis absolutus ad Dominum migravit, majorem lætitiam, & majus gaudium nobis non audivimus, & suspensis ad æthera palmis Deo gratias egimus, quàm quòd clementem paternitatem vestram altissimus arbiter canonico jure regere, & Apostolicæ Sedis gubernaculo tenere concessit. Ergo non aliter quàm ut ante vestigia vestra geniculantes intimis subnixè flagitamus precibus, ut sicut præcessorum vestrorum pro auctoritate sancti Petri servi devoti, & subditi discipuli fuimus, sic & vestræ pietatis servi obedientes, subditi sub jure canonico, fieri mereamur, optantes catholicam fidem & unitatem Romanæ Ecclesiæ servando dilatare, & quantoscumq́; audientes, vel discipulos, in ista legatione mihi Deus donaverit, ad obedientiam Apostolicæ Sedis invitare, & inclinare. Necesse quoque habemus indicare pater-*

paternitati vestræ, quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum percussis, vel correctis, tres ordinavimus Episcopos, & provinciam in tres parochias discrevimus, & illa tria oppida, sive urbes, in quibus constituti & ordinati sunt, scriptis auctoritatis vestræ confirmari, & stabiliri precantes desideramus. Vnam esse sedem Episcopatus decrevimus in Castello, quod dicitur Wirtzburg; & alteram in oppido, quod nominatur Buraburg; tertiam in loco qui dicitur Erphesfurt, qui fuit jam olim urbs paganorum rusticorum. Hæc tria loca propriâ auctoritate, & chartâ Apostolatus vestri roborari, & confirmari diligenter postulamus, ut si Dominus voluerit, per auctoritatem & præceptum sancti Petri, jussionibus Apostolicis fundata, & stabilita sint tres in Germania Episcopales sedes; & ut præsentes, & futuræ generationes non præsumant, vel parochias corrumpere, vel violare præceptum Sedis Apostolicæ. Notum similiter sit paternitati vestræ, quòd Carlomannus Dux Francorum me accersitum ad se rogavit in parte regni Francorum, quæ in suo est potestate, Synodum incipere congregare: & promisit se de Ecclesiastica religione, quæ jam longo tempore, id est non minus quàm per LX. vel LXX. annos, calcata, & dissipata fuit, aliquid corrigere, & emendare velle. Quapropter si hoc Deo inspirante veraciter impleri voluerit, consilium & præceptum sanctæ vestræ auctoritatis, id est Apostolicæ sedis, habere & sapere debeo. Franci enim, ut seniores dicunt, plus quàm per tempus octoginta annorum, Synodum, non fecerunt, nec Archiepiscopum habuerunt, nec Ecclesiæ canonica jura alicubi fundabant, vel renovabant. Modò autem maxima ex parte per civitates, Episcopales sedes traditæ sunt laicis, cupidis ad possidendum, vel adulteratis clericis, scortatoribus, & publicanis, sæculariter, ad perfruendum. Nam si per verbum vestrum hoc negotium, Duce rogante supradicto, movere & incipere debeo, præceptum, & judicium Apostolicæ sedis cum canonibus Ecclesiasticis præsto habere cupio. Vide ibidem plura. Adhæc Zachariæ Papæ exstat rescriptum f. 532: *REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFACIO EPISCOPO ZACHARIAS SERVVS SERVORVM DEI. Susceptis sanctissimæ fraternitatis tuæ litteris per Deneardum religiosum presbyterum tuum, quia sospitem te, ut semper cupimus, esse cognovimus, omnipotenti, ac misericordissimo Deo nostro, magnas retulimus gratias, qui tibi in omnibus bonis prosperari dignatur. Magnam enim in cordibus nostris infundis lætitiam, quoties nobis sanctitatis tuæ scripta mittuntur, quando reperimus quæ ad salutem respiciunt animorum, dum quotidie in gremio sanctæ matris Ecclesiæ per tuam prædicationem novi populi adduntur. Vbi & tres Episcopos per loca singula secundum seriem syllabarum tuarum te ordinasse cognovimus, qui eidem populo, quem sibi Dominus Deus noster per suam sanctitatem aggregare dignatus est, præesse debeant: & petisti, ut per auctoritatem nostræ sedis, Episcopales ibidem sedes firmentur. Sed tua sancta fraternitas maturè pertractet, & subtili consideratione discernat, si expedit, aut si loca, vel populorum turba, talia esse probantur, ut Episcopos habere mereantur. Meministi enim, carissime, quid in sacris canonibus præcipimur observare; ut minimè in villulas, vel in modicas civitates, Episcopos ordinemus, ne*

vilescat nomen Episcopi. Sed nos tuis sincerissimis, atque à nobis dilectis syllabis provocati, quæ poposcisti, absque mora concedi patimur, & statuimus per Apostolicam auctoritatem Episcopales illic esse sedes, quæ per successionem Episcopos mereantur, & populis præsint, atq; in quibus prædicationis verbum subjectis insinuetur: id est in castello quod dicitur Wirtzburg, & alterum in oppido quod nominatur Buraburg, tertium in loco, qui dicitur Erphesfurt, ita ut nulli posthac liceat cuiquam, hæc, quæ à nobis sancita sunt, quoquo modo violare, quæ auctoritate beati Petri Apostoli firma esse decrevimus. De eo autem quod nobis intimasti, quòd te Caralamannus filius noster ad se rogavit accedere, ut in urbe regni Francorum, in sua ditione, sive potestate, constituta, Synodum celebrare debeas, eo quòd omnis Ecclesiastica regula, sive disciplina ab eadem provincia fundittus est oblita, quod nimis mærendum est, quòd per spatia temporum ibidem Synodus sacerdotum minimè celebrata sit; & hoc libenter concedimus, & fieri præcipimus. Neq; enim quid sit sacerdotium, neq; quid fiat, ab eis, qui se sacerdotes nominant, cognoscitur. &c. In fine: *B. Apostolorum princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus bonis, quæ ei parere desideras. Deus te incolumem custodiat, reverentissime & sanctissime frater. Data Calendis Aprilis, imperante domino piissimo Augusto Constantino à Deo coronato magno Imperatore, anno XXIV. Imperii ejus anno secundo, Indictione XI.*

Anno Christi 742 post defunctum Theodoricum VI. Rege Nenstr. & Austr. nullo. Carlomanni majoris domus Austr. II. Pipini III. majoris domus Nenstr. II. Pergit Fredegarius loco citato, de morte Caroli: *Chiltrudis quoq; filia ejus, faciente consilio nefario novercæ suæ, fraudulenter per manus sodalium suorum Rhenum transiit, & ad Odilonem Ducem Bagoariæ pervenit. Ille verò eam ad conjugium copulavit, contra voluntatem, vel consilium fratrum suorum.* Notandum Chiltrudem filiam fuisse Caroli Martelli, è Suanehilde prima ejus uxore, Sonechildim quoque Baioariam filiam Ducis Odilonis (è qua Griphonem sustulit, quamq; concubinam suprà vocarunt annales Metenses fol. 306) post mortem Suanechildis, ab eo ductam uxorem, atque ita fuisse novercam Chiltrudis. Annales Laurishemienses apud Miræum in annal. Belg. fol. 258: *Anno 741, Carolus Major domus diem obiit, tres filios relinquens, Carolomannum, Pipinum, atq; Griphonem: quorum Griso ceteris natu minor matrem habuit Suanehildam, neptem Odilonis Ducis Baioariorum. Hæc illum ad spem totius regni concitavit, in tantum, ut sine dilatione Laudunum occuparet, ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto, Laudunum obsidentes, fratrem in deditionem accipiunt. Exinde Carolomannus Grifonem sumens in novo castello, quod juxta Arduennam situm est, custodire fecit.* Lamb. Scafnaburg: Anno DCC XLII: *Carolus Magnus natus est.* Quadrat cùm anno obitus ejus. Vide ad ann. Christi 814. Serarius è Chronico M. S. hoc adfert, lib. 3. not. 37: *Anno 742. Pipino Francorum Duci, ex domina Bertrada, seu Berta Græca, nascitur filius Carolus nomine, cui Magno postea cognomen fuit, in Ingelheim pago, duobus à Mogon-*

cia

tia miliaribus, ubi & alitus est, &, nt qnidam volunt, in Ecclesia Moganciacensi à D. Archiepiscope Bonifacio baptizatus est, cum procerum regni, & totius populi Francorum magno gaudio. Quibus optimè subdit Serarius fol. 522: *Non ita me transversum rapnerit Maguntia nostra amor, nt quod firmè satis astructum non video, asseverem. Scripsit Eginhartus Caroli Magni vitam, & quidem cum ipso, & in ejus aula diu multumq́ versatus, ipsius Cancellarius. Et tamen „ De Caroli, ait, nativitate „ atq́ infantia, vel etjam pueritia, qnia neq́ scriptis nsquam aliquando „ declaratum est, nec quisquam modo superesse invenitur, qui horum se „ dicat habere notitiam, scribere ineptum judico. Quod si, illo ipso Caroli tempore, istud ille, talis & tantus, quanto nos nunc magis tales & tantuli dicamus?* Itaque de loco quidem ubi natus Carolus ambiguum, de tempore satis conveniunt authores. Sub Carolomanno habita Synodus in Germania XI Kal. Maii. Sirm. f. 537: *In namine* Conc. Gal. tom. I. *Dñi nostri Iesn Christi. EGO KARLOMANNVS DVX ET PRINCEPS FRANCORVM, auno ab incarnatione Dñi DCCXLII. XI. videlicet Kal. Maii, cum consilio servorum Dei, & optimatum mearum, Episcapos, qui in regno meo sunt, cum presbyteris, ad Concilium, & Synodum, pra timore Christi congregavi: id est Banifacium Archiepiscapum, & Burchardum, & Regenfridum, Wintanum, Wibaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac reliquos Episcopas, cum presbyteris earum, ut mihi consilium dedissent, quomodo lex Dei, & Ecclesiastica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum principum dissipata carruit; & qualiter populus Christianus ad salutem animæ pervenire passit, & per falsos sacerdotes deceptus non pereat. I. Itaq́ per consilium sacerdatum religiasorum, & aptimatum mearum, ordinavimus per civitates Episcopos, & constituimus super eos Archiepiscopum Bonifacium, qui est Missus S. Petri. Statnimusq́ per annas singulos Synodum cangregari; ut nobis præsentibus canonum decreta, & Ecclesiæ jura restaurentur, & religia Christiana emendetur. Et fraudatas pecunias Ecclesiarum Ecclesiis restituimus: falsos verò presbyteros, vel fornicatores diacanos, & clericos, de pecuniis Ecclesiarum abstulimus, & degradavimus, & ad pænitentiam coëgimus. II. Servis Dei per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem pergere, omnino prohibuimus: nisi illis tantùm, qui propter divinum mysterium, Missarum scilicet solennia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt, id est, unum, vel duos Episcopos, cum capellanis, & presbyteris eorum, Princeps secum habeat: & unusquisque Præfectus unum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus judicare, & indicare pænitentiam possit. Necnon & illas venationes, silvaticas vagationes cum canibus, omnibus servis Dei interdiximus; & ut accipitres & falcones non habeant. III. Decrevimus quoque juxta Sanctorum canones, ut unusquisque presbyter in parochia habitans subjectus sit illi Episcopo, in cujus parochia habitat; & semper in Quadragesima, rationem & ordinem ministerii sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus, & ordine Missarum, ipsi Episcopo reddat & ostendat. Et quandocumque jure canonico Episcopus circumierit parochiam, ad confirmandos populos, presbyter*

ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collectione, & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in cœna Domini ſemper novum chriſma accipiat ab Epiſcopo. Vt & Epiſcopus teſtis ſit caſtitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius. IV. Statuimus etiam, ut ſecundum canonicam cautelam, omnes undecumque venientes ignotos Epiſcopos, vel presbyteros, ante probationem Synodalem in Eccleſiaſticum miniſterium non admitteremus. V. Decrevimus quoque, ut ſecundum canones unuſquiſq; Epiſcopus in ſua parochia ſollicitudinem gerat, adjuvante Gravione, qui defenſor Eccleſiæ ejus eſt, ut populus Dei paganias non faciat, ſed omnes ſpurcitias gentilitatis abjiciat, & reſpuat; ſive profana ſacrificia mortuorũ, ſive ſortilegos, vel divinos, ſive phylacteria, & auguria, ſive incantationes. ſive hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxta Eccleſias ritu pagano faciunt, ſub nomine ſanctorum Martyrum, vel Confeſſorum, Deum, & ſanctos ſuos ad iracundiam provocantes: ſive illos ſacrilegos ignes, quos Nedfratres vocant: ſive omnes, quæcumque ſunt, paganorum obſervationes diligenter prohibeant. VI. Statuimus ſimiliter, ut poſt hanc Synodum, quæ fuit XI. Kalendas Maii, quiſquis ſervorum Dei, vel ancillarum Chriſti, in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat, in pane, & aqua. Et ſi ordinatus presbyter ſit, duos annos in carcere permaneat, & antea flagellatus, & ſcorticatus videatur, & pòſt Epiſcopus adaugeat. Si autem clericus, vel monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vertente anno ibi pœnitentiam agat. Similiter & Nonnæ velatæ eâdem pœnitentiâ contineantur, & radantur omnes capilli capitis ejus. VII. Decrevimus quoque, ut presbyteri vel diaconi non ſagis laicorum more, ſed caſulis utantur, ritu ſervorum Dei: & nullus in ſua domo mulieres habitare permittat. Et ut monachi, & ancillæ Dei monaſteriales, juxta regulam S. Benedicti, cœnobia, vel xenodochia ſua ordinare, gubernare, vivere ſtudeant: & vitam propriam degere ſecundum prædicti patris ordinationem non negligant. Quod canone V, de Epiſcopo, & Gravione notatur, manifeſtò nos docet fuiſſe tum temporis Comites, quos vulgus Graven appellat, rerum civiliũ moderatores, ut Epiſcopus eſt Eccleſiaſticarum, alterũ verò alteri ſuppetias præſtitiſſe, eo planè modo, quo tempore Caroli Magni, Lud. Pii, Caroli Calvi factum oſtendetur, unde & ſub hoc Carolo, Flandrenſem Comitem fuiſſe, & Adertenſem, & Curtoriacenſem, nemini planè dubitandum eſt, quamquam nomina interciderint. Sub Comitibus vero, qui regiones integras gubernabant, erant & caſtaldi, ſeu caſtellani, qui in caſtellis habitabant, ſeu burgis, atque abſentium Comitum locum tenebant, cum res ita poſtularet, unde & Burgravii & Vicecomites appellati. Supra anno 723. fol. 310. exſtat epiſtola Caroli Martelli, ſcripta inter alios ad Comites, burgraviones, & caſtaldos. Acta S. Bonifacii 5. Iun. faſt. Mir. ex Serario fol. 274: *Ratiſponæ xj. Kal. Maii an. 742. ſynodum habet, cui Burchardus Herbipolenſis, Reginfridus, Wittanus Buriburgenſis, Willibaldus Eichſtatenſis Epiſcopus, Dadanus vel Edanus, & Adanus vel Adda, cum ſuis presbyteris, interfuerunt: adjutante Carolomanno Duce*

no Duce, Francorumque Principe, Caroli Mortelli filio. Pergit & hoc anno Fredegarius loco citato : *Interea rebellantibus Vasconibus in regione Aquitania, cum Chunoaldo Duce, filio Eudone quondam, Carlomannus atq; Pipinus, Principes germani, congregato exercitu, Ligeris alveum Aurelianis urbe transeunt, Romanos proterunt, usq; Beturigas urbem accedunt, suburbana ipsius igne comburunt. Chunoaldum Ducem persequentes fugant, cuncta vastantes. Lucca castrum diruunt, atque funditus subvertunt; custodes illius castri capiunt, & inibi victores existunt. Prædam sibi dividentes, habitatores eisdem locis secum captivos duxerunt.* Annales Pithœani & Fuldenses : *DCCXLII. Carlmannus & Pipinus Hunaldum Aquitaniæ Ducem, imperio suo resistentem, bello superatum, ad Wascones fugere compellunt, simul & Alemannos, Duce Theotbaldo rebellare temptantes, mirâ celeritate comprimunt.* Meyerus DCCXLII: *Migravit ex hac vita Erkenbodo Morinorum Episcopus, abba idem Bertinianus, relictâ præclarâ nobis sui memoriâ, utpote cui nihil unquàm fuit antiquius, ac piè plantatam Christi vineam, latiùs in dies propagare, atque ad uberiorem perducere fructum. Prædia quæ de Rigoberto quondam Lederselis in Mempisco emit, flamines divi Audomari nunc possident. Situs est in septo divi Audomari.* Ex Iperio qui sic apud Locrium f. 91. anno 742: *Erkenbodoni in Teruanensi Episcopatu Adalgerus; in Bertinica autem præfectura Wimarus succenturiati sunt.* Molanus 12. Apr: *Monasterio Sithiu, depositio sancti Erkenbodonis, Morinorum episcopi, & abbatis Sithiensis. Qui in monasticis & regularibus disciplinis à primæva ætate sub sanctissimo Bertino militavit, usq; ad congruentem ætatem. Abbatiæ deinde in Sithiu, vir omni bonitate conspicuus, regimen, quartus inchoavit anno septingentesimo decimo, cui etiam chartas seu privilegia quatuor acquisivit: post sexennium verò in episcopum Teruanensem est sublimatus. In qua, & simul in abbatia, per annos viginti & sex resedit. Estq; cum magna reverentia sepultus in monasterio sancti Audomari, sive in basilica sanctæ Mariæ, quam Audomarus pridem dedicaverat, in qua nunc resident cathedrales Canonici sancti Audomari. Qui sepulchrum in præfata sua ecclesia ostendunt: corpus in summo altari, caput verò in particulari vase reconditum conservant.* Vide etiam anno 710. ex Chenu. fol. 286.

Anno Christi 743. Post defunctum Theodoricum VII. Hilderici Reg. Neust. I. Rege Austr. nullo: Carolomanni Majoris Domus Austr. III. Pipini Majoris Neust. III. Pergit Fredegarius : *Inde reversi anno II regni* (expleto videlicet) *eorum cognatus* (ex parte matris Suanehildis, etiam Boioariæ) *Odilo Dux Bagoariorum contra ipsos rebellium excitat. Compulsi sunt generalem cum Francis in Bagoaria admovere exercitum. Venientesq; super fluvium, qui dicitur Lech, sederunt super ripam fluminis uterq; exercitus, hinc inde se mutuò videntes, usq; ad dies quindecim. Qui tantùmdem provocati irrisionibus gentis illius, indignatione commoti, periculo se dederunt, per loca deserta, & palustria, ubi pons transeundo nullatenus aderat. Noctéque inruentes divisis exercitibus eos improvisos occupaverunt. Commissóq; prælio, prædictus Dux Odilo, cæso exerci-*

tu suo, vix cum paucis turpiter ultra Igne fluvium fugiendo evasit. His triumphis peractis, non sine dispendio multorum, tamen feliciter victores ad propria remeaverunt. Ann. Pith. & Fuld: *DCCXLII Carlmanus & Pipinus Odilonem Ducem Baioariorum rebellare conantem prælio superant.* Hoc anno Carolomannus & Pipinus Hildericum filium Theodorici Regis, jam constitutum in adolescentiæ annis, Regem statuunt Francorum, qui Regis etjam nomen obtinuit usque ad ann. Christi 752, atque ita novem annis. Hinc chronicon Remigianum supra citatum anno 736, fol. 332: *Hildericus Rex regnavit annos IX.* Chesne fol. 781. Idem totidem verbis ibidem Codex Tilianus. Errat chronicon Marchianense tradens Hildericum Theodorico Regi successisse, his verbis f. 658: *Anno Domini DCCXLII. Theodorico Rege Francorum mortuo, Hildericus solo nomine Rex regnat annis IX.* Synodus Leptinensis Cal. Martii habita prope Cameracum eadem continens, quæ in præcedenti Concilio Germanico an. 742, canonibus etjam aliquot adjunctis. Atq; ita Canone 1: *In hac Synodali conventu, qui congregatus est ad Kal. Martias, in loco qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei, & Comites, & Præfecti, prioris Synodi decreta consentientes firmaverunt, séque ea implere velle, & observare promiserunt. Et omnis Ecclesiastici ordinis clerus, Episcopi, & presbyteri, & diaconi, cum reliquis clericis, suscipientes antiquorum patrum canones, promiserunt se velle Ecclesiastica jura, moribus, & doctrinis, & ministeria recuperare. Abbates verò & monachi receperunt regulam sancti patris Benedicti, ad restaurandam normam regularis vitæ. Fornicatores autem & adulteros, qui sancta loca, vel monasteria antè tenentes coinquinaverunt, præcepimus inde tollere, & ad pœnitentiam redigere. Et si post hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterii ceciderint, prioris Synodi judicium sustineant. Similiter & monachi & nonnæ.* Item II: *Statuimus quoque, cum consilio servorum Dei & populi Christiani, propter imminentia bella, & persecutiones cæterarum gentium, quæ in circuitu nostro sunt, ut sub precario, & censu, aliquam partem Ecclesialis pecuniæ in adjutorium exercitûs nostri, cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, eâ conditione, ut annis singulis de unaquaque casata solidus, id est duodecim denarii, ad Ecclesiam, vel monasterium reddantur: eo modo, ut si moriatur ille, cui pecunia commodata fuit, Ecclesia cum propria pecunia revestita sit. Et iterum, si necessitas cogat, aut princeps jubeat, precarium renovetur, & rescribatur novum. & omnino observetur, ut Ecclesiæ, vel monasteria, penuriam, paupertatémq; non patiantur, quorum pecunia in precario præstito sit: & si paupertas cogat, Ecclesiæ, vel domui Dei, integra reddatur possessio.* Et III: *Similiter præcipimus, ut juxta canonum decreta, adulteria & incesta matrimonia, quæ non sunt legitima, prohibeantur, & emendentur Episcoporum judicio. Et ut mancipia Christiana paganis non tradantur.* Et IV: *Decrevimus quoque, quod & pater meus antè præcipiebat, ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur, & damnetur xv. solidis.* Sirmondus in hanc Synodum sic de Leptina fol. 622: *Nomen olim pa-*

Tom. 1.

Conc. Gal. tom. 1.

latii, & villa regia fuit in pago Cameracensi, ut ab aliis jam observatum. Leptinos scriptum est apud Aimoinum, qui situm loci apertè confirmat lib. 5. cap. 25. Caroli Calvi redisum describens à Procaspide super Mosam, ubi regnum Lotharii, cum Ludovico fratre diviserat : ,, Ludovicus, inquit, ,, Aquisgranum rediit. Carolus Leptinos uxorem suam sibi obviam venire ,, jussit, inde per Monasterium S. Quintini ad Silvacum, & inde per Ca- ,, risiacum Compendium venit. Prope Lobium, sive Laubium Monasterium, fuisse Leptinas, Regium olim Palatium, docet nos Fulcuinus Abbas Lobiensis in M. S. chronico Laubiensi, unde hoc adfert Miræus in orig. cœn. Bened. Belgii cap. X fol. 39: *Est locus intra terminos pagi, quem veteres à loco, ubi superstitiosa gentilitas Marti sacraverat, fanum Martinense dixerunt, juniores à nomine profluentis fluvii Hainou vocaverunt, in pago Sambrino, ubi Sambra fluens blandâ & amœnâ ripâ decurrit; quem hinc inde prominentibus collibus planities quadam, & nemorum opacitas, & oportunitas loci gratissimum reddit. In quo loco rivulus delabitur in Sambram, quem Laubacum vocant, eundemque putant nomen loco dedisse. Licet sint aliqui, qui dictum putent, quòd pro oportunitate capiendarum ferarum (undiq; enim saltu cingitur, vicinaquè erant Liptina, regium olim palatium) Rex pergens venatum, ibi sibi fieri jusserat obumbraculum, ad temperandum solis æstum, quod Lobium vocant. Inde putant locum dictum, nomine permanente, rivulumque à loco, non locum à rivulo nomen traxisse, quod videtur magis verisimile esse. Teutones hoc astipulare videntur: nam locus ille eorum lingua Lobach dicitur. Et Lo quidem vocant obumbrationem nemorum, Bach autem rivum; quæ duo si componentur, faciunt obumbraculi rivum*; Sed neque verum *Lobium, Laubacum* dictum, neq; *Bach*, rivum designare, **Loof**, & **Loobe**, *Folium* significat, & umbracum è foliis, unde lobium illis temporibus, pro umbraculo usitatum. vide l. præc. c. 20. f. 283. Miræus ad locum Alcuini citatum, in margine : *Leptinæ, seu Liptina, Lissina hodie, pagus est Lestinus, miliario uno à Binchio Hannoniæ oppido situs.* In chronico Lobiensi gallicè edito fol. 34. lib. 9. diploma est Pipini II. hoc fine : *Data decimo septimo Calend. Decemb. Lestinis Anno Dom. Incar. sexcentesimo nonagesimo septimo.* Loca hæc, ut venationibus aptissima, à Regibus Francorum multum fuere frequentata; Sic & sub Dagoberto cella sancti Gisleni suprà anno 640. fol. 130. & Theodorici mansus è Chron. Marchian. & Valentinianæ, ubi Synodus anno 771. Atque hæc quidem de Synodi loco supra fol. 740. ad quem investigandum, mirè se torquet Serarius lib. 3. not. 31. Qua peractâ Zacharias Episcopos, Duces, ac Comites, hortatur ad canonum observationem. Sirm. f. 541: *ZACHARIAS PAPA UNIVERSIS EPISCOPIS, PRESBYTERIS, DIACONIBUS, ABBATIBUS, CUNCTIS ETIAM DUCIBUS, COMITIBUS. OMNIBUSQUE DEUM TIMENTIBUS, PER GALLIAS, ET FRANCORUM PROVINCIAS CONSTITUTIS. Referente nobis Bonifacio reverentissimo atque sanctissimo fratre nostro, Episcopo, quòd dum Synodus aggregata esset in provincia vestra juxta nostram commonitionem, mediantibus filiis*

nostris

nostris Pippino, & Carlomanno, principibus vestris, peragente etiam vicem nostram præfato Bonifacio, Dominus inclinasset corda vestra, cum principibus vestris, in prædicationem ejus, ut omnibus commonitionibus ejus obediretis, & falsos, & schismaticos. & homicidas, & fornicarios à vobis expelleretis sacerdotes; omnipotenti Deo nostro gratias egimus, & pro vobis incessanter sumus orantes, ut qui cœpit in vobis, opus bonum perficiat usque in finem. Obsecro enim vos omnes coràm Deo, ut ejus commonitionibus firmiter obediatis. Ipsum enim vice nostrâ in partibus illis ad prædicandum constitutum habemus, ut vos Deo propitio ad viam perducat rectitudinis, & à cunctis facinoribus salvi esse possitis. Habuistis enim peccatis facientibus nunc usq; falsos & erroneos sacerdotes, unde & cuncta pagana gentes vobis pugnantibus prævalebant, quia non erat differentia inter laicos & sacerdotes, quibus pugnare licitum non est. Qualis enim victoria dari potest, ubi sacerdotes unâ horâ Dominicô pertractans mysterio. & Christianis corpus Dominicum porrigunt, pro suarum animarum redemptione, & postea Christianos, quibus hoc ministrare debuerant, aut paganos, quibus Christum prædicare, propriis, sacrilegisq; manibus, necant? Acta S. Bonifacii è Serario ut supra Fast. Belg: *Liptinis seu Listinis, in Hannonia, haut procul à Laubiensi monasterio, alteram synodum Kalendis Martiis an. 743. celebrat : in quo S. Abel Remensis, Grimo Rotomagensis, & Arbertus sive Hartbertus Senonensis, Archiepiscopi, præsentes exstiterunt, unà cum Carlomanno Principe, qui Liptinis tunc palatium habebat.*

Anno Christi 744. Childerici III. Regis Neustr. II. Rege Austr. nullo. Carlomanni Majoris Domus Austr. IIII. Pipini III. Majoris Domus Neustr. IIII. Fredegarius : *Evoluto triennio iterum Carlomannus confinium Saxonorum, ipsis rebellantibus, cum exercitu irrupit; ubiq; captis habitatoribus, qui suo regno adfines esse videbantur, absq; belli discrimine feliciter adquisivit, & plurimi eorum (Christo duce) baptismi sacramento consecrati fuerunt.* Per S. Bonifacium videlicet. Ann. Pith. & Fuld: *DCCXLIIII. Carlmannus cum Odilone Duce Baioariorum pacem facit. His temporibus fundari cœptum est Fuldense cœnobium à S. Bonifacio in sylva Bocenia.* Pergunt acta S. Bonifacii 5 Iun. Fast. Miræi: *Ad Fuldam amnem in silva Buchonia, locum à Carlomanno & Pipino Principibus, Caroli Martelli filiis, dono datum, ad usus monachorum aptare cœpit, circa hæc tempora.* Pergit & Fredegarius : *Per idem tempus rebellante Theudebaldo filio Godfredi Ducis, Pipinus cum virtute exercitûs sui ab obsidione Alpium turpiter expulit fugientem. Revocatóque sibi ejusdem loci Ducatu, victor ad propria remeavit.* Habita Synodus Suessionensis sub Pipino Childerici Regis anno II. cujus hoc initium apud Sirm. fol. 543 : *In Dei nomine & Trinitatis. Anno DCCXLIV ab Incarnatione Christi, sub die VI nonas Martii, & Luna XIV. in anno secundo Childerici regis Francòrum, EGO PIPINVS DVX ET PRINCEPS FRANCORVM. Dum pluribus non habetur incognitum qualiter nos in Dei nomine, unà cum consensu Episcoporum, sive sacerdotum, vel servorum Dei consilio, sive Comitum & optimatum Francorum,*

rum, colloquii apud Suessionis civitatem Synodum vel Concilium facere decrevimus, quod ita in Dei nomine & fecimus. Canon. 1: *In primis constituimus fidem catholicam, quam constituerunt CCCXVIII Episcopi in Nicano Concilio, ut denuntiaretur per universam regionem nostram: & judicia canonica aliorum sanctorum, qua constituerunt in Synodis suis: quo modo lex Dei. & Ecclesiastica regula recuperetur, qua in diebus priorum principum dissipata corruit.* Reliqui fere canones faciunt ad reformationem cleri, ut canones præcedentium Synodorum. Canon X: *Si quis contra hoc decretum, quod XXIII Episcopi, cum aliis sacerdotibus vel servis Dei, unà cum consensu principis Pippini, vel optimatum Francorum consilio constituerunt, transgredi, vel legem irrumpere voluerit, vel despexerit, judicandus sit ab ipso principe, vel Episcopis, vel Comitibus: & componat secundum quod in lege scriptum est, unusquisque juxta ordinem suum. Et si hac omnia observaverimus, qua superiùs scripta sunt, Christi misericordiam invenire poterimus in sacula saculorum. Amen. Signum illustris viri Pippini Majoris domus. Signum Radbadi. Signum Ariberti. Signum Helmigaudi.* Ejusdem anni Zachariæ epistola est ad Bonifacium, hoc titulo: *REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFACIO COEPISCOPO, ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI. Suscipientes* &c. *Nobis indicasti, quòd & Concilium adjuvante Deo, & Carlomanno prabente consensum, & contestante, factum est, & qualiter falsos sacerdotes, qui divinum digni non erant attrectare ministerium, à sacro munere suspendisti, & quia tres Archiepiscopos per singulas Metropoles ordinasses, retulisti, id est, Grimanem in civitate qua dicitur Rodomus, secundum verò Abel in civitate qua dicitur Remorum, tertium quoque Artbertum in civitate qua dicitur Sennis.* In fine: *Quia sciscitatus es, an deberes in Baioaria provincia jus habere pradicationis, quam à decessore nostro habuisti concessam; nos Deo auxiliante ea qua tibi largitus est decessor, & pradecessor noster, non minuimus, sed augemus: & non solùm Baioariam, sed etiam omnem Galliarum provinciam, donec te divina jusserit superesse Majestas, nostrà vice, per pradicationem tibi injunctam, si repereris contra Christianam sentire religionem, vel canonum instituta, spiritaliter ad normam studeas rectitudinis reformare. Dominus te incolumem custodiat, reverentissime, & sanctissime frater. Data nonis Novembris, imperante domno piissimo Augusto Artavasto à Deo coronato magno Imperatore anno III. P.C. ejus anno III. sed & Nicephoro magno Imperatore ejus filio anno III. Indictione XIII.* Quo suas vices Papa Bonifacio in omnem Galliam delegat. De Abele episcopo Rhemensi sic Colven. in Catalogo ad Flodoardum: *Mortuo Martello an.* 741. *censuris Zacharia Papa dictus Milo expulsus est à pradicta sede Remensi an.* 742. *& S. Rigoberto jungitur coëpiscopus à S. Bonifacio Germanorum Apostolo, Zacharia Papa jubente S. Abel Scotus. Obiit S. Rigobertus* 4. *Ianuarii* 733. *vel rectius juxta alios* 749. Artabasdus, antea Armeniæ Præfectus, ductâ filiâ Leonis Isaurici adversus Constantinum Copronymum Iconomachum Imp. declaratus, filium etiam Nicephorum Imperatorem coronari jussit, at po-

Conc. Gall. t. 1. f. 547.

à Constantino victus cum filio, & excæcatus est. Vide Baronium anno Christi 742. 743. &c. Locrius fol. 91: *Anno 744, Guidone Vedastinorum sexto Abbate per mortem erepto, Romanus ejusdem fit honoris particeps, verùm non diutius triennio. Wimaro Bertinico similiter extincto, Nantharius ejusdem Cænobii gubernaculo admovetur.*

Anno Christi 745, Childerici III. Regis Neust. III. Rege Austr. nullo. Carlamanni Majoris domus Austr. V. Pipini III Majoris domus Chef. t. 1. fol. 773. *Neustr. V.* Pergit Fredegarius: *Inde reversi prædicti germani, sequente anno, provocato coturno Vasconorum, iterum usque ad Ligerim fluvium pariter adunati venerunt. Quod videntes Vascones, praoccupaverunt, pacem petentes, & voluntatem Pipini in omnibus exsequentes, muneratum eum à finibus suis ut rediret, precibus obtinuerunt.* Annales Pith. & Fuld: *Carlmannus & Pipinus simul Saxonum perfidiam vastatâ eorum regione ulciscuntur, & castrum Obseburgh capiunt.* Osnaburgh. Acta S. Fol. 280. Bonifacii Fast. Belg: *Ex incerta Sedis Archiepiscopo per Zachariam Papam fit Moguntinus Archiepiscopus, & tertiam Moguntiæ Synodum an. 745. habet: cui interfuerunt: Abel, Burchardus, Willibaldus, Werbethus, & Wera, fortè Wetta, seu Wittanus.* Ex vita S. Bonifacii hoc anno habet Baron: *Eâ tempestate Saxonibus Thuringiam vastantibus, ejus provinciæ homines Carolomanni opem implorabant. Ille mox exercitum mittit, & cum eo Geraldum Moguntinum Episcopum Gervilianis patrem. In ipso autem conflictu Geroldus cum plerisque aliis casus est. Gervilia verò filius ejus qui tum adhuc laicus in palatio versabatur, in clerum adsciscitur leniendi doloris causâ, quem ex patris morte conceperat, eidemque in Maguntino pontificatu subrogatur. Non diu post Carolomannus rursus colligit militem, proficiscitur contra Saxones, Gervilionem secum ducit. Exercitu utroque ultra citraque ripam fluminis Visurgis (auctor vocat Vuisarabam) confidente, Gervilio jubet puerum suum ire ad hostium castra, diligenter illic inquirere nomen ejus, qui patrem ipsius interfecerat. Abit puer, discit ex quodam, non longè abesse eum, quem quæreret: rogat ut ad domini sui colloquium properare velit. Venit ille, & adventu ejus denuntiata, paratis equis, Episcopus Gervilio ei procedit obviam, & cum in medio flumine inter se colloquerentur, Gervilio clam ferens gladium, hominem confodit, ita dicens: Accipe jam ferrum, quo patrem vendico carum. Ille mox ex equo corruens, in flumine exhalat spiritum. Repentè autem ejus compertâ cæde, sublato clamore utrinque ad arma concurritur: fit pugna atrox, Saxonibus victis, Carolomannus ad sua se recipit, nemine tum id, quod Gervilia fecerat, pro homicidio ei imputante. Itaq; reversus domum, perrexit solito more Episcopi munia obire. At sanctus Præsul Bonifacius inter cætera hoc etiam in Synodo pronuntiavit: neminem qui hominis cæde pollutus sit, sacerdotio fungi posse. Tum etiam abjecit ei, suis se conspexisse oculis illum cum avibus & canibus ludentem, quod Episcopo fas non esset. Gervilia his auditis, sentiens se nullo pacto contra stimulum, vel sæcularis potentiæ, vel canonicæ auctoritatis, quæ per sanctum Bonifacium in præsentes omnes proferebatur, calcitrare posse: omnium de se calculis subscripsit, & exauctoratus est. Eo autem deposito, sanctus*

ctus Bonifacius à Carolomanno, & Pipino fratre ejus, Moguntinæ sedi præficitur. Et ut ejus dignitas esset eminentior, statuerunt iidem Principes Ecclesiam Moguntinam, quæ tum alteri subjecta erat, in totius Germaniæ Metropolim provehere: missaq; mox legatione, à Romano Pontifice id impetrarunt. Factum id à Principibus Francorum approbat Zacharias Papa hac ad Bonifacium scriptâ epist. apud Sirm. f. 558 t. 1. Conc: *REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFACIO, COEPISCOPO, ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI. Cum nobis* &c. *De Synodo autem congregata apud Francorum provinciam, mediantibus Pippino, & Carlomanno, excellentissimis filiis nostris, juxta nostrarum syllabarum commonitionem, peragente nostras vices tuâ sanctitate, qualiter egeris, cognovimus, & omnipotenti Deo nostro gratias egimus, qui eorum corda confirmavit, ut in hoc pio opere adjutores tui existerent: & omnia optimè & canonicè peregisti, tam de falsis Episcopis, & fornicariis, & schismaticis, quàm etiam & in reliquis nomine sacerdotibus, contra canonum statuta agentibus, vel contra catholicam Dei, & Apostolicam Ecclesiam, de quibus secundum tuam relationem per singula respondemus. De eo namque quod suggessisti, quod elegerunt civitatem unam omnes Francorum Principes, contingentem usque ad paganorum fines, & partes Germanicarum gentium, ubi ante prædicasti, quatenus ibi sedem Metropolitanam perpetua tempore habere debeas, ut inde cæteros Episcopos ad viam instruas rectitudinis, & post te tui successores perpetuo jure possideant; hoc quod decreverunt læto nos suscipimus animo, eo quòd ex Dei nutu constat esse factum.* Item: *De eo quod obsecrasti, ut Francorum principibus, vel cæteris Francis scriberemus, ut petisti, eis per singula scripsimus, ut tibi & amici sint, & adjutores in Dominico opere existant. De censu verò expetendo, eo quòd impetrare à Francis ad reddendum Ecclesiis vel monasteriis non potuisti aliud, quàm ut vertente anno ab unoquoque conjugia servorum XII denarii reddantur; & hac, gratias Deo, quia potuisti impetrare, & dum Dominus donaverit quietem, augeantur & luminaria Sanctorum, pro eo quod nunc tribulatio accidit Sarracenorum, Saxonum, vel Frisonum, sicut tu ipse nobis innotuisti.* Item: *Tua autem reverentia, ut Domino auxiliante cœpit, vice nostrâ volumus, ut omni anno apto tempore in Francorum provincia Concilium debeat celebrare, ut frequentiâ sacerdotum, sive institutis sacrorum canonum mediantibus, illic quid adversum nullomodo audeat pullulare: sed magis Ecclesia Dei unitate, & disciplinâ Ecclesiasticâ, atque Apostolicâ ubique in illis partibus dilatatâ, cuncta popularum turba etiam in occiduis partibus veri catholici esse possint, & non ampliùs per falsos sacerdotes erroribus involuti demergantur in interitum. Dum verò Concilium aggregaveris, si tua fraternitas conflictum habeat cum Metropolitanis, quos confirmavimus, de eo quod dixisti, ut nullus sine commendatitiis epistolis suscipiatur. Tamen & pro hoc ipso, & pro omnibus utilitatibus sanctæ Ecclesiæ, Francorum principibus commonitionis direximus litteras, ut jam superiùs fati sumus. De civitate namque illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, juxta petitionem Francorum, per nostræ auctoritatis præceptum, nomini tuo*

tuo Metropolim confirmavimus, & tua sanctitati direximus, pro futuris temporibus ejusdem Metropolitana Ecclesia stabilitatem. Deus te incolumem custodiat, reverentissime & carissime frater. Data pridie Kalendas Novembris, imperante domno piissimo Augusto Constantino à Deo coronata magno Imperatore anno XXVII. imperii ejus anno V. Indictione XIV. Eodem tempore Bonifacius Archiepiscopus statuitur à Pontifice Zacharia Vicarius Sedis Apostolicæ per universam Franciam, tam Neustrasiam, quam Austrasiam, unde hæc exstat ad Episcopos Franciæ Zachariæ epistola. Sirm. fol. 549: *Dilectissimis nobis Reginfrido Ratomagensi Episcopo, Raimberto Ambianensi Episcopo, Deodata Bellovacensi Episcopo, Elifeo Noviamensi Episcopo, Fulcario Tungrensi Episcopo, David Spirensi Episcopo, Ætherio Teruanensi Episcopo, Treuvarda Cameracensi Episcopo, Burchardo Wirtzburgensi Episcopo, Genebauda Laudunensi Episcopo, Romano Meldensi Episcopo, Agilulpho Coloniensi Episcopo, Heddo Stratsburgensi Episcopo, & ceteris amantissimis coepiscopis, presbyteris etiam & diaconis, cunctisque orthodoxis Ecclesiarum Dei clericis Apostolicam doctrinam tenentibus, ZACHARIAS DIVINA GRATIA PRÆDITUS, APOSTOLICÆ SEDIS PONTIFEX, SERVUS AUTEM SERVORUM DEI, In Domino* &c. *Habetis itaque nostrâ vice ad confirmandam dilectionem vestram, & collaborandum vobis in Evangelium Christi, sanctissimum ac reverentissimum Bonifacium fratrem nostrum Archiepiscopum, Apostolica Sedis legatum, & nostram præsentantem vicem.* &c. *Pax vobis multa, & gratia, à Deo, & Domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur & osculamur, ac si præsentes, caritatem vestram in unitate Spiritûs, in vinculo pacis, & caritatis Christi. Deus vos incolumes custodiat dilectissimi nobis.* Meyerus in Annal: *DCCXLV Felix presbyter in Rochashem, seu Thoroaldi luco, in pago Flandrensi ecclesiam suam tradit Nantharia Abba in Sithiu, VIII Kal. Augusti anno Childerici Regis tertio.* Iperii verba hæc citat Locrius: *Quidam presbyter nomine Felix dedit huic Ecclesia Bertinica cellam & ecclesiam sancti Michaëlis in Rochashemo, seu Thoroaldi luco, in pago Flandrensi.* Iperius ibidem de Wimaro Abbate Bertinico: *Hic abs Childerico Rege quadam libertatis privilegia impetravit.* Anno eodem Romæ etiam Concilium habitum, quo Aldebertus, & Clemens, hæretici, quos Bonifacius in Franciæ Synodo condemnarat, rursus condemnantur. Vide integram apud Sirmond. Conc. Gall. tom. 1. f. 551. In Aldebertum hæc scripserat Bonifacius: *In primæva enim ætate hypocrita fuit, dicens quòd sibi Angelus Domini, in specie hominis, de extremis finibus mundi, miras & tamen incertæ sanctitatis reliquias attulerit, & exinde posset omnia, quæcumque à Deo posceret, impetrare: & tunc demum per illam simulationem, sicut Paulus Apostolus prædixit, domos multarum penetravit, & captivas post se mulierculas duxit, oneratas peccatis, quæ ducebantur variis desideriis, & multitudinem rusticorum seduxit, dicentium, quòd ipse esset vir Apostolicæ sanctitatis, & signa, atque prodigia faceret. Deinde conduxit Episcopos indoctos, qui se contra præcepta canonum absolutè ordinarunt. Tumque demum in tantam superbiam*

Conc. Gal. tom. 1.

Chro. Bel. f. 91.

elatus

elatus est, ut se æquipararet Apostolis Christi. Et dedignabatur in alicujus honore Apostolorum, vel Martyrum, Ecclesiam consecrare; improperans hominibus etiam cur tantopere studerent sanctorum Apostolorum limina visitare. Postea, quod absurdum est, in proprii nominis honore, dedicavit oratoria, vel, ut veriùs dicam, sordidavit. Fecit quoque cruciculas, & oratoriola in campis, & ad fontes, vel ubicumque sibi visum fuit: & jussit ibi publicas orationes celebrari; donec multitudines populorum, spretis cæteris Episcopis, & dimissis antiquis Ecclesiis, in talibus locis conventus celebrarent, dicentes: Merita sancti Aldeberti adjuvabunt nos. Ungulas quoque, & capillos suos, dedit ad honorificandum, & portandum cum reliquiis sancti Petri principis Apostolorum. Tum demùm, quod maximum scelus, & blasphemia contra Deum esse videbatur, fecit. Venienti enim populo, & prostrato ante pedes ejus, & cupienti confiteri peccata sua, dixit: Scio omnia peccata vestra, quia mihi cognita sunt omnia occulta. Non est opus confiteri, sed dimissa sunt peccata vestra præterita: securi, & absoluti redite ad domos vestras cum pace. Et omnia, quæcumque sanctum Evangelium hypocritas fecisse testatur, suo habitu, & incessu, & moribus imitatus est. In Clementem verò hæc: *Alter autem hæreticus, qui dicitur Clemens, contra catholicam contendit Ecclesiam, & canones Ecclesiarum Christi abnegat, & refutat: tractatus, & sermones sanctorum patrum, Hieronymi, Augustini, Gregorii recusat: Synodalia jura spernens, proprio sensu affirmat, se, post duos filios sibi in adulterio natos, sub nomine Episcopi esse posse Christianæ legis Episcopum. Iudaismum inducens judicat justum esse Christiano, ut si voluerit, viduam fratris defuncti accipiat uxorem. Contra fidem quoque sanctorum patrum contendit, dicens quòd Christus filius Dei descendens ad inferos, omnes quos inferni carcer detinuit, inde liberavit, credulos & incredulos, laudatores Dei simul & cultores idolorum: & multa alia horribilia de prædestinatione Dei contraria fidei catholicæ affirmat.* De eorum condemnatione sic idem Zacharias Papa ad Bonifacium epistolâ præcitatâ fol. 560: *Nos congregatis fratribus, & consacerdotibus nostris, eorumdem pravorum sceleratissima acta in eorum præsentia relegi fecimus: & dum nobis coram omni Concilio relecta fuissent, pio studio omnes eadem schismatica dogmata ipsorum, atq; iniquissimas traditiones, seu sceleratissimam vitam, quam sibi Aldebertus conscribere fecit, damnaverunt, & unà voce exclamaverunt, ut igne cremarentur. Sed nos hoc non rectum judicavimus pro eò quòd ad reservandum, sive in æternum eos condemnandum, in scrinio sanctæ Ecclesiæ reservanda mandavimus, conscribentes ipsi dignam sententiam, cujus instar actionis ad tuam direximus fratris sanctitatem, ut relictâ eâ in provincia Francorum, omnis schismaticus, audiens taliter à sancta Dei Catholica, & Apostolica Ecclesia judicatum, à sensûs sui pravitate resipiscat.* Sancti Bonifacii, aliorumque Episcoporum, exstat epistola hujus anni ad Æthelbaldum Regem Merciorum, qua eum ob luxuriæ vitium liberrimè reprehendunt, hoc initio: *DOMINO CHARISSIMO, ET IN CHRISTI AMORE CÆTERIS REGIBUS PRÆFERENDO, INCLYTA ANGLORUM IMPERII SCEPTRA GU-* Spelm. t. 1. Conc. Angl. an. 745.

 BER-

BERNANTI ÆTHELBALDO REGI, BONIFACIVS ARCHIEPISCOPVS, LEGATVS GERMANICVS ROMANÆ ECCLESIÆ, ET WERA, ET BVRGAD, ET WICHBERTH, ET ABEL, ET WIBALD COEPISCOPI, PERENNEM IN CHRISTO CARITATIS SALVTEM. Videnda integra in Conciliis Angliæ f 232. Altera ibid. epist. ejus est ad Cudbertum Archiep. Cantuariensem, de corrigendis vitiis Anglorum, luxuriæ potissimum, & ebrietatis; quibus vitiis, Rege præsertim præbente exemplum, plusquam cæteræ nationes, subjacebant. Epist. hoc initium est: *SPIRITVALIS ADFINITATIS NECESSITVDINE COPVLANDO FRATRI ARCHI PONTIFICATVS INFVLA SVBLIMATO COEPISCOPO CVTHBERTO, BONIFACIVS LEGATVS GERMANICVS CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ ROMANÆ ECCLESIÆ, OPTABILEM IN CHRISTO INTIMÆ CARITATIS SALVTEM. Non taceo caritati vestræ, quia omnibus servis Dei, qui hic, vel in Scriptura, vel in timore Dei probatissimi videntur, quod bonum consilium, & honestas, & pudicitia vestra aliquod velamentum turpitudinis sit: si prohiberet Synodus, & Principes vestri, mulieribus, & velatis fœminis illud iter, & frequentiam, quam ad Romanam civitatem veniendo & redeundo faciunt, quia magna ex parte pereunt, paucis remanentibus integris. Perpauca enim sunt civitates in Longobardia, vel in Francia, aut in Gallia, in qua non sit adultera, vel meretrix generis Anglorum, quod scandalum est, & turpitudo totius Ecclesiæ vestræ,* &c. Ibidem: *Fertur quoq; in parochiis vestris ebrietatis malum nimis adsuetum esse, & non solum Episcopi quidam non prohibeant, sed etiam ipsi nimis bibentes inebrientur, & alios porrectis poculis majoribus cogant ut inebrientur, quod absq; dubio nefas est omni servo Dei facere, vel fecisse; quod canones Patrum ebrium Episcopum, vel Presbyterum, aut cessare, aut degradare jubent,* &c. *Hoc malum speciale est paganorum, & nostræ gentis, hoc nec Franci, nec Galli, nec Longobardi, nec Romani, nec Græci faciunt. Et hoc scelus similiter Synodali decreto, & interdictis Scripturarum compescamus, si possumus: sin autem vitantes, & interdicentes, absolvamus animas nostras à sanguine perditarum.*

Fol. 237.

Anno Christi 746. *Childerici III. Reg. Neustr. IIII. Rege Austr. nullo. Carlomanni Majoris domus Austr. VI. Pipini III. Majoris domus Neustr. VI.* Fredegarius: *His transactis, sequente anno, dum Alamanni contra Carlomannum eorum fidem fefellissent, ipse cum magno furore cum exercitu in eorum patriam peraccessit, & plurimos eorum, qui contra ipsum rebelles existebant, gladio trucidavit.* Annales Pithœani, & Fulden: *DCCXLVI Carlmannus Alamannos iterum res novas molientes, nonnullis eorum interfectis, compescuit. Bonifacius Archiep. cum auctoritate Sedis Apostolicæ annuente Carlmanno duas sedes Episcopales constituit: unam in castro Wirciburgh, ubi Burghartum collegam suum ordinavit; alteram in loco qui vocatur Eihstad, ubi Willibaldus Episcopus ordinatus. S. Florebertus Episcopus Tungrensis seu Leodiensis moritur, succedit Fulcharius.* Ita Miræus Ann. Belg. & Bucher. Hoc demum anno obiisse S. Willebrordum Archiepiscopum Frisiorum, ac diœceseos Vltrajectinæ,

Ches. t. I. fol. 773.

trajectinæ, eique substitutum S. Bonifacium, colligimus ex S. Bonifacii epistola, quam retulimus è Miræo lib. præced. Vbi dicitur: Cap. 24; f. 519. *A Sergio Papa Episcopus ordinatus per quinquaginta annos gentem Frisonum maxima ex parte convertisse, ibi usque ad debilem senectutem permansisse, finitis longævæ vitæ diebus ad Dominum migrasse.* Ex Beda vero constat eum anno 696 Episcopum ordinatum, in Frisiam venisse; Vide f. 26. errat itaque Beca, aliique eum secuti authores, dum annum Christi 737 statunnt Willebrordo postremnm. Ex iisdem Bonifacii literis colligimus, eum coëpiscopum fuisse Frisiorum vivente Willebrordo; eoq; mortuo, sibi olim quoque coëpiscopum assumpsisse, Bochelio teste, Eobanum. Vide Becam in Bonifacio, in eumque Bochelii notas.

Anno Christi 747. Childerici III. Regis Neustr. V. Rege Austr. nullo. Carlomanni Majoris domus Austr. VII. Pipini III Majoris domus Neustr. VII. Suprà anno 742 Concilio germanico fol. 348. jusserat Carolomannus, monachi omnes, & nonnæ viverent secundum regulam S. Benedicti, quam & ipse hoc anno est amplexus. Fredeg: Fol. 775. *His ita gestis, sequenti curriculo annorum, Carlomannus devotionis causâ in extincto succensus, Regnum, unà cum filio suo Drogone, manibus germani sui Pipini committens, ad limina beatorum Apostolorum Petri & Pauli Romam, in Manachorum ordine perseveraturus, advenit. Qua successione Pipinus roboratur in Regnum.* Pro *extincto*, legendum *instinctu*. Ann. Pith. & Fuld: *Carlmannus, relictâ quam tenebat posestate, Romam vadis, ibiq; mutata habitu religiosè victurus, in Cassinum, ad S. Benedictum secedit, & Manachus efficitur.* Sunt qui & hujus Carlomanni filium putant Hugonem Episcopum Rhotomagensem, de qno sic Balder. lib. 2, c. 29: *Ad Aichadrii Abbatis Gemeticensis piam conversationem sanctus vir Domini Hugo Rotomagensis Episcopus, Karlemanni Regis filius, divinâ inspiratione succensus; relictis siquidem Episcopatûs habenis, curisq; secularibus abdicatis, disciplinam monachorum, & habitum, ex toto desiderio appetivit, sacrisque magistri moribus informatus, omni virtutum genere perfectus emicuit.* Miræus in Fast. Belg. 9. Apr. ait Hugonem, post vitam sanctè actam, Gemetici sepultum, *Indeque ossa ejus translata, unà cum S. Aichadri Abbatis Gemeticensis ossibus, ad villam Hasprum, quæ sita est inter Cameracum & Valentianas: ubi sacra utriusque lipsana hodieque adservantur in Præpositura Benedictinorum, ad Vedastinos spectante.* Idem Miræus in origine cœnob. Bened. Belg. cap. 6. *Hasprensem cellam, medio itinere inter Cameracum & Valensianas, ad Scaldim fl. sitam, Pipinus Major domus Austrasiorum, victo Theodarico Galliæ Rege, fundavit, cœnobitis Benedictinis, Gemetico, celebri diœcesis Rotomagensis manasterio, evocatis.* An, & cujus Carolomanni filius Hugo fuerit, vehementer dubito, cnm Aichadrus dicatur successor S. Philiberti, primi fundatoris Gemeticensis, sub Clodovæo II. & Regina Bathilde, quod in hæc tempora non quadrat. Vide anno 666. fol. 198. Hoc tamen adnotandum è Folberto in vita S. Aichadri apud Surium 15. Sept: *Erat Christi familia,*

sicut

ſicut textus vitæ B. Philiberti commemorat, qui in eodem loco præceſſerat, nongentorum monachorum. Chron. Marchianenſe tradit viſionem S. Eucherii cauſam fuiſſe, cur Carolomannus relicto regno tranſierit ad Monachiſmum. vide fol. 660. Sed jam error ille eſt refutatus. Idem fol. 684: *Anno VI. Pipini, Karlomannus, frater Pipini, ob cauſam ſupradictam patris ſui, caducam reſpuens ſeculi dignitatem, Romæ, à beato Papa Zacharia, clericatûs habitum ſumpſit, capitis comâ ſibi demptâ. Sed, non multo poſt tempore, montem Caſſinum adiens, ſpopondit ſe vivere ſub regula Patris S. Benedicti, profeſſionem illic regularem faciens Optato Abbati. Ejuſdem verò ſpacio anni, Pipinus, Griffonem fratrem ſuum, è cuſtodia, in quo eum Karlomannus dimiſerat, liberavit.* Sequitur ibidem: *Eodem anno Adalricus arte medicinali probatiſſimus Atrebatenſium Abbas efficitur.* Mortuo videlicet Romano; de Adalrico ſic Chron. Vedaſtinum apud Locrium fol. 91: *Vir ſanè perinde idoneus ad tuendam, ſartiendamq́ valetudinem corporis myſtici, atq́ ad humani. Geſſit enim eá vigilantiâ, & curâ, res omnes, ut ab Hadulpho, interjectis omnibus deceſſoribus ſuis, notior ad noſtram memoriam fama bene geſtæ rei celebris perſeveret; annis etiam multò eis felicior, qui viginti-ſex annos præfuit rebus, iſtud fortè peritiâ medicinæ; illud eruditiore prudentiâ conſecutus.* Pipinus hoc anno reſtituit Abbatiæ S. Dionyſii pa-
Fol. 691. rochiam de Mareil, diplomate, è quo hæc Doubletius adducit: *Cum reſediſſet inluſter vir Pipinus Major domûs Verno, in palatio publico, ad univerſorum cauſas audiendas, vel recta judicia terminanda, &c. Datum in menſe Februario die vigeſimo primo, anno quinto regni Childerici Regis, Willericornis juſſus recognovit.*

Anno Chriſti 748. *Childerici III. Reg. Neuſt. VI. Rege Auſt. nullo Pipini III Majoris domus Neuſtr. VIII. Auſt. I.* Annal. Pith. & Fuld: *DCCXLVIII. Gripho frater Carlmanni, & Pippini, poteſtatem quandam affectans, ad Saxones ſe contulit. Pippino verò per Thuringiam ingreſſo Saxoniam, ſuper fluvium Obacra, in loco qui dicitur Horoheim, Saxones occurrunt, Gryphonem cum eo pacificare cupientes. Grypho autem nec Sa-*
Cheſne t. 1. fol. 773. *xonibus, nec Francis ſe credens, in Baioariam fugit.* Fredegarius: *Eodem anno Saxones, more conſueto, fidem, quam germano ſuo promiſerant, mentiri conati ſunt. Qua de cauſa adunato exercitu, ad eos pervenire compulſus eſt. Cui etiam Reges Winidorum, ſeu Friſionum, ad auxiliandum uno animo convenerunt. Quod videntes Saxones, conſueto timore compulſi, multis ex eis jam trucidatis, & in captivitate miſſis, regionibus eorum ignéque concrematis, pacem petentes, juri Francorum ſeſe, ut antiquitus mos fuerat, ſubdiderunt; & ea tributa quæ Chlothario quondam præſtiterant, pleniſſimâ ſolutione ab eo tempore deinceps eſſe reddituros promiſerunt. Ex quibus plurima multitudo videntes, ſe contra impetum Francorum rebellare non poſſe, propriis viribus deſtituti, petierunt ſibi*
Ex Aimo. in l. 4. c. 26. *Chriſtianitatis ſacramento conferre.* Tributum videlicet 50 vaccarum, ut dictum ſuprà. Lutgerus Epiſcopus Monaſterienſis, de miraculis S. Suiberti agens, ita meminit hujus, & ſequentis anni, victoriæ, in epiſtola ad Rixfridum Trajectenſem Epiſcopum, Sur.

1. Martii

1. Martii fol. 17: *Anno tricesimo tertio post celebrem transitum sanctissimi Suiberti, gloriosi Episcopi & confessoris, anno scilicet à nativitate Domini septingentesimo quadragesimo octavo, illustrissimus & Christianissimus princeps Pipinus, filius Caroli Martelli, Major domus Franciæ, qui fuit dux Agrippinensis, Austriæ, Thuringiæ, & Burgundiæ provinciæ, & totius Lotharingiæ, antequam fuit coronatus Francorum Rex, debellans potenter perfidas Saxones & Westphalos, simul & Angarios, inter cætera pietatis suæ salubria opera, allectus famâ sanctitatis, & miraculorum gloriâ sancti Suiberti Episcopi, eo quod ad sepulchrum ipsius infirmi sanabantur, cæci visum, claudi gressum, febricitantes incolumitatem impetrabant, munitionem extruxit in eadem villa Werda, in qua sanctum ejus corpus requiescit, celeri opere, prope ecclesiam ejusdem sancti Suiberti fecit, propter defensionem ecclesiæ ejusdem sancti, & devotorum fratrum ibidem Deo militantium munitionem.* Ad Griphonem ita scribit hoc eodem anno S. Bonifacius: *BONIFACIVS SERVVS SERVORVM DEI, GRIPHONI FILIO CARLI OPTABILEM IN CHRISTO SALVTEM. Obsecro & adjuro pietatem vestram, per Deum patrem omnipotentem, & per Iesum Christum filium ejus, & Spiritum sanctum, per sanctam Trinitatem, & unitatem Dei, ut si tibi Deus potestatem donaverit, ut adjuvare studeas servos Dei sacerdotes presbyteros, qui sunt in Thuringia, & monachos, & ancillas Christi defendere contra Paganorum malitiam, & adjuvare Christianum populum, ut eos Pagani non perdant, ut ante tribunal Christi mercedem habeas perpetuam. Et cognoscite, quòd memoria vestra nobiscum est coram Deo, sicut & pater vester vivus, & mater, jam olim mihi commendarunt.* In fine: *Valere vos in longitudine dierum in Christo optamus.* A monachatu Carolomanni, Pipinus solus regnavit, exstatque ad eum epistola Zachariæ Papæ, itemque ad Franciæ clerum tom. 1. Conc. *DOMNO EXCELLENTISSIMO ATQVE CHRISTIANISSIMO PIPPINO MAIORI DOMVS, SEV DILECTISSIMIS NOBIS VNIVERSIS EPISCOPIS ECCLESIARVM, ET RELIGIOSIS ABBATIBVS, ATQVE CVNCTIS DEVM TIMENTIBVS PRINCIPIBVS IN REGIONE FRANCORVM CONSTITVTIS, ZACHARIAS EPISCOPVS SANCTÆ DEI ECCLESIÆ CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ ROMANÆ IN DOMINO SALVTEM. Gratia* &c. *Principes & seculares homines, atque bellatores, convenit curam habere, & sollicitudinem, contra inimicorum astutiam, & provinciæ defensionem. Præsulibus verò sacerdotibus, atque Dei servis, pertinet salutaribus consiliis & orationibus vacare; ut vobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præstante, provincia salva persistat, fiatque vobis in salutem, laudem, & mercedem perpetuam.* Vide & hîc rescriptum Pontificium ad articulos 27. Fuere vero hoc anno in Belgica provincia Episcopi, ut arbitror, qui anno 745 in literis Zachariæ recensentur: Raimbertus videlicet *Ambianensis*; Ætherius *Ternanensis*, sive *Boloniensis*, & *Morinensis*, Helisæus *Noviomensis*, & *Tornacensis*; Treuuartus *Cameracensis & Atrebatensis*; Fulcarius *Tungrensis*, seu *Trajectensis ad Mosam*, aut *Leodiensis*.

Conc. Gall. f. 575.

Sirm. f. 562

Suprà fol. 356.

Anno Chriſti 749. Childerici III Reg. Neuſtr. VII. Rege Auſtr. nullo. Pipini III Majoris domus Neuſtr. VIII. Auſtr. II. Pergit Lutgerus in epiſtola ſuperius citata ex Surio fol. 17: *Qua nobiliter* (eccleſiâ Werdenſi) *conſtructâ & firmatâ, contigit, ut idem egregius princeps Pipinus anno ſequenti, anno ſcilicet Domino ſeptingenteſima quadringenteſimo nono, Saxones & Weſtphalos debellans, patituſq; victoriâ cum triumpho, cum ſuo exercitu multum laſſo ad Coloniam Agrippinam reditum maturaret. Weſtphali verò, dolentes, Chriſtianos eis dominari, licet, Deo auxiliante, triumphali gladio ipſius Pipini victi, profligati, & proſtrati ſuccubuiſſent: indignati valde, exercitum fortem nimis feſtinanter denuo congregantes, per compendia itinerum, & devia, exercitum Chriſtianorum prævenientes, poſitis inſidiis, multum hoſtiliter, & callidè propè Werdam, Pipinum cum ſuis Chriſticolis animosè invadere, & bellum rurſus inſtaurare, & committere, decreverunt. Quod inclytus princeps, per ſuos exploratores percipiens, primò parum doluit, tùm propter laſſitudinem exercitûs ſui, tum propter defunctos & ſauciatos; fiduciam tamen firmam habens in Deum, recordatuſq; miraculorum ſanctiſſimi Suiberti, deſcendens de caballo ſuo, proſtratus in terram, flexis genibus ſanctum Suibertum devotâ mente invocans, & auxilium, & patrocinium implorans, vovit Deo, & ipſi S. Suiberto, quod ſi is pro honore nominis Chriſtiani, à Chriſto, ſibi, & exercitui ſuo ſuis meritis, & precibus, victoriam contra paganos impetraret, & Chriſtianum populum protegeret, ut ſanum inde reduceret, ipſum in Werda cum ſuis primatibus ſupplicites peregrè viſitaret. Quo emiſſo voto, ſtatim lux immenſa ſuper exercitum Chriſtianorum ſplendens, non ſolum paganos exterruit, ſed & fere excæcavit, pavorque ingens eos invaſit. Quod cernentes pagani, timore valido perculſi, formidantes manum potentis Dei Chriſtianorum ſuper eos ſævire, cœlumque ſuper eos ruere, conſilio celeriter inito, miſerunt duos ſatrapas ad Pipinum, petentes quæ ſunt pacis, eiq; ſe ſubdentes, ac referentes conſtanti animo, quæ viderant, & eis contigerant. Pipinus verò cum hoc audiſſet, intelligens hoc meritis ſancti Suiberti accidiſſe, lætus in terram cum ſuis proceribus proſtratus, Deum adorans, & gratias devotè referens, receptis à paganis pacis obſidibus, Werdam cum ſuo exercitu humiliter intravit, diſcalceatuſque cum ſuis inclytis primatibus, & præcipuis miniſtris, ſepulchrum ſancti Suiberti regalibus muneribus, & oblationibus viſitans, benedixit Deum, & ſanctum Suibertum, qui abſque effuſione ſanguinis humani victoriam ſibi contra perfidos præſtitiſſet: & deinceps ſanctum Suibertum, in ſuum protectorem, & patronum, ac ſpecialem elegit advocatum.*

Fol. 4. Annal. Pith. & Fuld: *DCCXLIX. Pipinus in Baioariam pergens Taſſilonem, nepotem ſuum, natum ex Hiltbrude ſorore ſua, ducem ibi conſtituit, Grypbone & Lanfrida inde eductis.* Fredegarius:

Cheſn. t. 1. fol. 773. *Bagoarii conſilio nefandorum, iterum eorum fidem fefellerunt, & contra præfatum Principem eorum fidem mentiti ſunt. Qua de re commoto exercitu, cum magno agmine apparato, eorum patrias pervaceſſit. Ipſi verò terrore compulſi, ultra fluvium Igni, cum uxoribus, ac liberis eorum fugientes, & memoratus Princeps ſuper ripam Igni caſtra metatus, navale*

prælium

prælium præparavit, qualiter eos ad internecionem persequeretur. Quod videntes Bagoarii, eorum viribus se auxiliari non posse, Legatos cum muneribus multis transmittunt, & in ejus ditione se subdunt, & sacramenta, vel obsides donant, ut ne ulterius rebelles existant. Ipse verò, duce Christo, cum magno triumpho in Franciam ad propriam sedem feliciter remeavit. Et quievit terra à præliis annis duobus. Ad pacem conciliandam inter Pipinum, & Griphonem fratres, utitur Zacharias Pontifex operâ Carolomanni, tertii eorum fratris, monachi Cassinatis, unde hæc est Zachariæ epistola apud Sirmondum: *ZACHARIAS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS SACERDOTIBUS, ET PRESBYTERIS FRANCORUM. Egregiis,* &c. *Quia innotuerunt nobis Optatus religiosus Abbas, presbyter monasterii S. Benedicti, & Carolomannus Deo amabilis monachus, germanus filii nostri Pipini, excellentissimi Majoris domûs, per hos religiosos Dei servos monachos, concordia, & pacis sermones inter eum, & Griphonem fratrem ejus, misisse; ut & nos in ea ipsa admonendo dirigamus excellentiam ejus, ut ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacificè mediantibus.* Hujus anni existimo esse epistolam Zachariæ, qua S. Bonifacii literis respondet Romam allatis à S. Burchardo episcopo Herbipolensi, seu Wirtbergensi, apud Otlonum: *REVERENTISSIMO FRATRI BONIFACIO COEPISCOPO, ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI. Sacris liminibus beati Apostolorum principis Petri, & nostris obtutibus præsentatus præsens Burchardus, dilectus nobis Episcopus, sanctitatis tuæ attulit affatus. Inter cætera sanctitatis tuæ scripta petisti, ut sacerdos à nobis dirigatur in partes Franciæ, & Galliæ: quod implere omittimus, quia dum Deo propitio tua sanctitas superstes existit, qui sedis Apostolicæ, & nostram illic præsentias vicem, alium illuc dirigere necessarium non est. Quos autem reperens, amantissime frater, habentes sana doctrina scientiam, vitaq; puritatem, hos mittere stude, in quibus præviderìs locis, ad prædicandum verbum salutis. Concilia verò aggregatis Episcopis provincialibus, ubi tibi rectum videtur, celebrari procura, & quos deviantes inveneris, confunde; faciet earum ignaminia, ut sint coram amnibus sine honore. Suscepimus & chartam de vera, & Catholico fide conscriptam, quam cum dilectissimis nobis Episcopus partis Francorum tua direxit reverenda fraternitas. Hanc itaq; referantes, nimio gaudio sumus repleti, innumerabilesq; gratias agimus Deo omnipotenti, quia unanimitatem eorum, ad societatem nostram revocare dignatus est. Nostrâ autem vice, charissime, omnes in osculo pacis saluta.* Et paulò post: *Alia denique scripta fraternitatis tuæ continebant, quod jam alias de Agrippina civitate scripsisti, quia Franci non perseverarent in verbo quod promiserunt, & nunc moratur fraternitas tua in civitate Moguntia. Petisti etiam, ut cum nostro consultu, superveniente tibi senectute, atque imbecillitate corporis, si invenire potueris idoneum virum, ad sedem Pontificalem, in qua praees, pro te valeas collocare. Pro qua petitione nos, adjutore Deo, consilium damus tuæ sanctitati, ut sedem sanctæ Ecclesiæ Moguntiacensis, quam pro salute animarum accepisti, nequaquam relinquas, ut*

Conc. Gall. t. 1. f. 575.

impleas illud Dominicum praeceptum: ,, Qui perseveraverit usque in finem; ,,hic salvus erit. Si verò Dominus dederit juxta tuam petitionem hominem perfectum, qui possit curam animarum habere, illum ordinabis pro te Episcopum, eritq; in Evangelio tibi credito ad ministerium Christi portandum in omni loco, requirens, & confortans Ecclesiam Dei. Oramus itaq; Dominum, & redemptorem nostrum, ut sacris interventionibus sanctae suae genitricis semper virginis Mariae, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, orantem pro nobis sanctitatem tuam sospitem conservare dignetur. Data Calend. Maij, imperante piissimo Augusto Constantino, anno XXIX. imperii ejus, Indictione prima. Notandum partes Franciae intelligi, eas Galliae, quas Clodio, & Merovaeus, à Romanis primò obtinuêre, videlicet Tornacum, Teruanam, Atrebatum, Bavacum, Cameracum, Ambianum, Bellouacum, aliasque, Parisios usque, partes verò ulteriores ad Ligerim, & ultra, Galliae adscribi; eandem verò Franciam novam subinde appellatam, utpote Francorum armis acquisitam, expulsis inde Romanis, respectu veteris Franciae, sive primae, ubi nunc Flandria, Zelandia, Brabantia, aliaeque provinciae, in quibus usus linguae Theotiscae. In hac, qui hoc tempore degebant, atque à primis Francis oriundi erant, ingenui Franci appellabantur, ut multis locis ostensum, patetque clarissimè

Anno 725. è testamento Willebrordi suprà citato fol. 318. ubi quaecumque possedit in Toxandria, vicinisque locis, *ab ingenuis Francis* se scribit obtinuisse. Porrò ex his litteris, patet error Egiluardi, qui scripsit in vita S. Burchardi, episcopatum Wirtsbergensem primò institutum anno 751. Mortuo Rigoberto Archiep. Rhemensi, ab hoc anno solus resedit Abel in ecclesia Rhemensi, qui Miloni, vivente adhuc Rigoberto, fuerat substitutus. Colven. ad Flodoard. Rhem. in catalogo. Eodem anno resipiscens Rex Merciorum Ethelbaldus, per literas S. Bonifacii exhibitas anno 745. fol. 358. construens monasterium Croglant, ecclesias, & monasteria regni sui, libera facit à vectigalibus, hoc diplomate in Conc. Angl. fol. 256: *EGO ÆTHELBALDVS REX MERCIORVM, pro amore caelestis patriae, & pro remedio animae meae, hoc maximè agendum esse pravidi, ut eam bonis operibus liberam efficerem ab omnibus vinculis piaculorum. Dum enim mihi omnipotens Deus per misericordiam clementiae, absq; ullo antecedente merito, sceptra regiminis honorificè largitus est, ideò ei libenter, & voluntariè ex eo quod accepi, iterum retribuo. Hujus rei gratiâ, hanc donationem, Deo teste, me vivente concedo, ut monasteria, & ecclesiae, à publicis vectigalibus,* &c. *absoluta maneant. Ad confirmandum verò hoc nostrae beneficentiae munus, hii testes adfuerunt, & nostri magistratûs optimates, & Duces, fidelissimiq; amici consenserunt, & scripserunt. Ego Ædelbald divino fultus suffragiis hiis statutis consentiens, confirmandoq; signum crucis aravi,* &c. *Hujus scedulae scriptio Dominicae incarnationis, Anno DCCXLVIIII. Indictione secunda, in loco celebre, cujus vocabulum ste Godtmundeslach, XXXIII Anno Ædelbaldi Regis peracta est.*

Anno Christi 750. Childerici III Reg. Neustr. VIII. Rege Austr. nullo,

nullo, Pipini III Majoris domus Neust. X. Austr. III. Transiit hic annus absque ullo bello, teste Fredegario, ad annum præcedentem. Annal. Pith. & Fuld: *DCCL. Pipinus Gryphoni in partibus Neustriæ, XII. comitatus dedit. Sed ille nec ibi securum se esse ratus, ad Waifarium ducem Aquitaniæ secessit.* Pipinus restituit ecclesiæ S. Martini parochiam *De la Croix*, edito Attiniaci diplomate, è quo hæc Doubletius: *Igitur cum nos in Dei nomine unà cum optimatebus, vel pontificebus Apostolicis, Episcopis, seu, & inlustrebus viris, Ducibus, & Comitibus, Attiniaco villa in nostro palatio ad universorum causas audiendas, vel recto judicio terminando resedissemus:* &c. *Datum in mense Augusto, die decimo septimo, anno octavo regni gloriosissimi Childerici Regis. Winerannus jussus recognovit.* Adfertur ibid. & aliud diploma, Pipini Majoris domus, quo varia loca monachis S. Dionysii ablata, tum ipse restituit, tum ab aliis restitui jubet, è quo, aut barbarè prorsus conscripto, aut vitiosissimè exscripto, paucula delibamus, erroribus quantum fieri potuit, sublatis, ne lectorum aures sat malè affectæ precedentium aliquot diplomatum lectione, prorsus offendantur: *ILLVSTER VIR PIPINVS MAIOR DOMVS OMNIBVS EPISCOPIS, ABBATIBVS, DVCIBVS, COMITIBVS, DOMESTICIS, GRAVIONIBVS, VICENARIIS, CENTENARIIS, VEL OMNIBVS MISSIS NOSTRIS DISCVRRENTIBVS, SEV QVACVMQVE IVDICIARIA POTESTATE PRÆDITIS. Cognoscat utilitas, seu magnitudo vestra, quod Venerabilis vir Fulradus Abbas de monasterio peculiaris patroni nostri S. Dionysii martyris.* &c. *Missâ petitione per monachos, de villabus ipsius sancti, nobis suggessit, à pravis, seu malis hominibus, iniquâ cupiditate, seu malo ingenio, vel tepiditate Abbatum, vel negligentia judicum, abstractas fuisse,* &c. *Et nos pro reverentia ipsius S. Dionysii martyris, ubi eorum justitiam invenimus, eis reddidimus, & missos nostros ad hoc inquirendum direximus, ut ubicumq. eorum justitiam invenissent,* &c. *Eis reddere deberent,* &c. *Quid ita & fecerunt, & hac sunt per diversos pagos loca denominata: In pago Fanomartense, cella, qua dicitur Cruce, qua aspicit ad fiscum Solemnium. In pago Bragbanto, Scantia, & Cambrione,* &c. *Manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione signavimus. Signum illustris viri Pipini Majoris domus.* Subjungitur: *Avec le seau sain, & entier, de cire, auquel est de relief l'effigie dudict Prince Pepin en naturel.* Obit in urbe Luca Italiæ S. Richardus, Angliæ Rex, pater SS. Willebaldi, Winnibaldi, & Walburgis, ut est in ejus epitaphio apud Surium 7. Febr. sculpto in civitate Luca, fol 84: *Soror Offonis Regis, fuit mater beati Richardi. Beatus Richardus Rex Angliæ, exul patria, spretor mundi, contemptor sui, pater sanctorum fratrum. Willibaldi, & Winnibaldi, & beata Walburgis virginis, terrenum regnum in caleste mutavit. Deposuit coronam regiam pro vita perpetua. Exuit purpuram, & vilem induit tunicam. Regum reliquit tribunal, & sanctorum quæsivit limina. Dimisit sceptrum, & accepit baculum. Dimisitque filiam suam in regno beatam Walburgam, atque simul, cum filiis peregre profectus est. Et eis relictis,*

Fol. 691.

Fol. 692.

*relictis apud sanctum Bonifacium martyrem gloriosum, tunc Archiepiscopum Moguntinensem, virum miræ sanctitatis, eò quod Anglicus esset, de regno suo natus: idem sanctus rex, exilia se ulteriari, *limina sanctorum trans Alpes adiit, & loca deinceps magis devia petiit solitudinum, Deo soli idem solus liberè vacaturus. Deinde post longa exilia, post multa certamina, post famis, sitis, & frigoris multimodas ærumnas, in provincia Italiæ, civitate Luca, finitur pugna, dantur præmia, cælo recipitur anima, & in beati Frigdiani basilica, juxta corpus ejus, ponuntur pia membra, ubi & miraculis coruscat.* V. ibidem plura. An autem verè Rex fuerit, an Regiâ tantum stirpe editus, Baronius dubitat ad annum Christi 750. Bruschius in catalogo episcoporum Achstetensium. S. Richardum vocat maritum Bonnæ S. Bonifacii sororis, alii saltem consanguineum eum faciunt S. Richardi. In literis suis ad Walpurgem, eam, sororem, Bonifacius appellat, quod interpretor spiritualem, unde dicta, à plerisque, & credita soror ejus germana. V. P. Scribanum in orig. Antu. cap. 7. quem & nos secuti libro præcedente, cap. 24. fol. 518. ubi de S. Walburgi, Brugis, & alibi etiam in Flandria, cum S. Bonifacio, vide. Obit Theotila Blangiacensis Abbatissa, v. anno 721. fol. 304.

Anno Christi 751 Childerici III Reg. Neustr. IX. Reg. Austrasiæ nullo. Pipini III Majoris domus Neustr. XI. Austr. IV. Leo IV Constantini filius Imperator à patre VIII. id. Iun. appellatus, imperavit cum eo ann. 24. menses 3. dies 9. *Onuphr.* Annales Metenses tom. 3. Chesne. 275. Anno D. Incarn. DCCLI. *Grippo cernens quòd in Aquitania à facie fratris sui Pipini minimè latere posset, dum ad Haistulfum Regem confugium facere voluisset, occurrit ei Theodouvinus vir inlustris, cum aliis Comitibus, qui Alpium transitus tuebantur, in valle, qua Morienna urbs sita est. Sed dum ipse Grippo eas vi præterire vellet, pugnam injerunt. In qua ex utraque parte multi nobiles Franci corruerunt. Inter quos etiam Grippo, & Theadouvinus vitam finierunt. Exinde omnis terra Francorum sub Pipini dominatione in summa pace quievit.* Ann. Pith. & Fuld: *DCCLI. Pipinus missâ Romam*
Fol. 4. *legatione, Zachariam Papam interrogat de Regibus Francorum, ex antiqua Merovingorum stirpe descendentium, qui Reges quidem dicebantur, sed potestas regni tota apud Majorem domus habebatur, excepta quod cartæ, & privilegia, Regis nomine scribebantur, & in Martis campum, qui Rex dicebatur, plaustro bobus trahentibus vectus, atque in loco eminenti sedens, semel in anno à populis visus, publica dona solenniter sibi oblata accipiebat, stante coràm Majore domûs, & quæ deinceps eo anno agenda essent, populis adnuntiante: sicque Rege domum redeunte, cætera regni negotia Major domûs administrabat. Orat ergo sibi decerni, quis eorum justè Rex debeat dici, & esse, is qui securus domi sedeat, an ille qui curam totius regni, & omnium negotiorum molestias sufferat?* Legatorum nomina exprimit Adelmus in corpore historiæ Francorum, edito Hannoviæ anno 1613. fol. 383. *Richardus Wirziburgensis episcopus, & Fulradus capellanus, missi sunt Romam ad Zachariam papam, ut con-*

sulerent

fulcirent Pontificem, de causa Regum, qui in illo tempore fuerunt in Francia: qui nomen tantum Regis, sed nullam potestatem Regiam habebant. Per quos prædictus Pontifex mandavit: Melius esse illum vocari Regem, apud quem summa potestas consisteret: datoque auctoritate suâ jussit Pipinum Regem institui. In Aimoino Parisiis excuso anno MDCIII, hæc Adelmi, Aimoino tribuuntur; estque hic locus libro 4, c. 61. fol. 197. sed manifestò pro: Richardus, legendum Burchardus, docent nos ea, quæ præcedunt. Fulradus Capellanus Pipini fuit, S. Dionysii Abbas, ut ex Pipini Regis diplomatibus apparebit. Bonifacius Lullum præsbyterum Romam mittit ad Zachariam Papam, cum literis, quarum hic titulus apud Othlonum: *REVERENDISSIMO PATRI, ET DILECTISSIMO DOMINO, CVM TIMORE, ET HONORE VENERANDO APOSTOLICÆ SEDIS INFVLA SVBLIMATO ZACHARIÆ, BONIFACIVS EXIGVVS SERVVS VESTER LICET INDIGNVS, ET VLTIMVS, TAMEN LEGATVS GERMANICVS DEVOTISSIMVS, OPTABILEM IN CHRISTO IMMARCESCIBILIS CHARITATIS SALVTEM. Paternæ pietatis vestræ sanctitatem subnixis precibus obsecro, ut hunc presbyterum meum, portitorem literarum præsentium, nomine Lul, grato animo clementer suscipiatis.* &c. *Est locus sylvaticus in eremo vastissimæ solitudinis, in medio nationum prædicationis nostræ, in quo monasterium construentes, monachos constituimus, sub regula sancti patris Benedicti viventes, viros strictæ abstinentiæ, absque carne, & vino, & ceruis, proprio manuum suarum labore contentos. Hunc ergo locum, per viros religiosos, & Deum timentes, maximeq; per Carlomannum principem Francorum, justo labore acquisivi, & in honore sancti Salvatoris dedicavi. In quo loco, cum consensu pietatis vestræ proposui aliquantulum, vel paucis diebus fessum senectute corpus requiescendo recuperare, & post mortem jacere. Quatuor enim populi, quibus verbum Dei prædicavimus, in circuitu loci hujus habitare noscuntur, quibus, cum vestra intercessione, quandiu vivo, vel sapio, utilis esse possum. &c.* Ad hanc extat ibidem hæc responsio: *ZACHARIAS PAPA BONIFACIO EPISCOPO, ET PER EVM FRATRIBVS IN MONASTERIO AB EO CONSTRVCTO. Quoniam semper sunt concedenda, quæ rationalibus congruunt desideriis, oportet, ut devotioni conditoris piæ constructionis oraculum in privilegiis præstandis minimè denegetur. Igitur quia postulasti à nobis, quatenus monasterium Salvatoris, à te constructum, in loco, qui vocatur erga ripam fluminis Fulda, privilegio sedis Apostolicæ, decoretur, ut sub jurisdictione sanctæ nostræ, cui Deo authore deservimus, Ecclesiæ, constitutum, nullius alterius ecclesiæ potestati submittatur: Pro qua re, piis desideriis faventes, hac nostrâ authoritate, id, quod exposcitur, effectui mancipamus. Et ideo omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem, in præfato monasterio ditionem ullam habere, aut authoritatem, præter sedem Apostolicam, prohibemus,* &c. *Data pridie, Non. Novemb. imperante Domino Augusto Constantino, Anno xxxj. imperii ejus, Indictione V.* Est & altera Papæ epistola ad Bonifacium, qua Moguntinam urbem metropolim facit, eique subdie

Fol.80. dit Tungros, Coloniam, Wormatiam, Spiram, & Trechtis .j. Trajectum ad Rhenum, seu Vltrajectum: *ZACHARIAS PAPA BONIFACIO EPISCOPO SANCTÆ ECCLESIÆ MOGVNTINÆ PERPETVAM SALVTEM. Qualiter Dominus Deus noster sanctæ Ecclesiæ suæ propitiatus sit, & laboribus sanctissimæ fraternitatis tuæ cooperator extiterit, per singula edicere longum est: tamen ut hæc, quæ objicimus, confirmemus, quæ ex parte te narrante perspeximus, enarramus. Igitur dum in Germania provincia sanctitas tua, ad prædicandum fuisset directa, à sanctæ recordationis prædecessore nostro Domino Gregorio Papa, & post inchoatum opus, & aliqua parte ædificatum, Romam reversus, ab eo Episcopus ordinatus, & ad prædicandum denuo remissus es, & elaborasti, Deo prævio, nunc usque per annos xxv. in eadem prædicatione, ex quo Episcopatum accepisti: sed & in Francorum provincia, nostrâ vice Concilium egisti, & juxta Canonum instituta, omnes flexi sunt tibi obedire: & dum in his piis operibus, occupata esset sanctitas tua, hùc usque Cathedralem sedem sibi minimè vendicavit. At ubi Deus, prædicationem tuam auxit, obtinere voluisti, ut tibi Episcopalem ecclesiam, vel successoribus tuis, confirmare debeamus, juxta eorundem filiorum nostrorum Francorum petitionem. Et idcirco, authoritate beati Petri Apostoli, sancimus, ut supradicta ecclesia Moguntia, perpetuis temporibus, tibi, & successoribus tuis, in Metropolim sit confirmata, habens sub se has civitates, id est, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas, per suam prædicationem, Christi lumen cognoscere fecit. His à nobis definitis, per hujus nostræ confirmationis paginam, in tua ecclesia, perpetuis temporibus, pro sui confirmatione, hæc conservare mandamus. Data pridiè Non. Novemb. imperante Domino Augusto Constantino, anno xxii. imperii ejus, Indictione V.* S. Gerulphus sub Eliseo Tornacensi Episcopo, ab impiis cæsus, sepeliri voluit Truncinii, cui monasterio, villam dedit Merendram. De eo sic Miræus in Fast. Belg. 21. Septemb: *Merendra, secundo lapide à Gandavo natus, illam ipsam sui juris villam, Trunciniensi monasterio dedit, in quo, & sepeliri voluit, cùm ab immani parricida lethale vulnus accepisset. Vixit temporibus Elisei Noviomensis, ac Tornacensis Episcopi, circa an. 750.* Wichbertus, & Ada, dotant monasterium Lætiense. Horum filia fuit S. Hiltrudis, de qua sic etiam in Fast. 27. Sept: *Patre Wigberto Comite, & Ada matre nata, Hugonem, Burgundionum Principem, sponsum in terris fugiens, à Theodorico, Cameracensi Episcopo, sacrum velamen accepit, & annis septemdecim, velut altera Anna, mundo mortua, soli Deo vivens, reclusa permansit in cellula, quàm sibi fabricandam curarat, ponè monasterium Latiense, quod an. 751. suprà nominati parentes ejus, dotaverant.* Oportet dudum, ante Theodorici tempora, velamen susceperit Hiltrudis, nam Theodoricus dignitatem eam demum accepit, à Ludovico Pio, primusque ejus regiminis annus fuit Christi 832. ut latiùs ad eum annum ostendetur. Molanus 27. Sept. de Hildetrude: *Hæc virgo, ex Wigberto Comite, & Ada matre, tempore Pipini regis claruit, super fluvium Helpram, in loco qui dicitur Latia.*

Anno

Anno Christi 752. Childerici III Reg. Neust. X. Rege Austr. nullo.
Pipini III Majoris domûs Neustr. XII. Austr. V. Ejusdem Pipini Regis
utriusque Franciæ, Neustr. & Austr. I. Zacharias Papa obiit id. Mart.
vacat sedes dies 8. Stephanus II Iunior Romanus, ex presbytero
creatus non. Cal. Apr. sedet dies 4. obiit 5. Cal. Apr. vacat se-
des diem 1. Stephanus III, dictus II, ex diacono Cardinale, crea-
tus 3. Cal. Apr. consecratus. 4. non. Apr. sed. ann. 5. dies 29. *Onuph.*
Fredegar. *Unà cum consilio, & consensu omnium Francorum, missâ rela-* Chef. t. 1.
tione, à Sede Apostolica auctoritate perceptâ, præcelsus Pipinus electione f.773.
totius Franciæ, in sedem Regni, cum consecratione Episcoporum, & subje-
ctione Principum, unà cum Regina Bertradane, ut antiquitus ordo depo-
scit, sublimatur in Regno. Annales Pith. & Fuld: *DCCLII. Zacha-* Fol.4.vers.
rias Papa, ex auctoritate sancti Petri Apostoli, mandat populo Franco-
rum, ut Pipinus, qui potestate Regiâ utebatur, nominis quoque dignitate
frueretur. Ita Hyldricus Rex, qui ultimus Merovingorum Francis impe-
ravit, depositus, & in monasterium missus est. Pipinus verò in civitate
Suessionum, à sancto Bonifacio Archiepiscopo, in Regem unctus, Regni
honore sublimatus est. Monasterium hoc fuisse Sithiu, nunc Bertini-
cum appellatum, notavimus ante fol. 332. Vide & anno DCCLIII.
unde Locrius, sed malè an. 750: *Anno 750. Childericus Merovinge-*
rum ultimus, cognomento fatuus, Rex, posito sceptro, cucullum, in B. Ber-
tini asceterio induere cogitur. Citat ad id idem author Bresinium, &
Francorum Annales. Ex epistola Lud. Pii Imp. ad Hilduinum,
hoc adfertur è Serario Mogunt. lib. 3. not. 38. fol. 523. *Sanctæ,*
ait, *recordationis, avus noster Pipinus, propter altare, quod ante sepul-*
chrum sæpè fati, sæpiùsque dicendi dionysii, per divinam, & memorabilem
revelationem, jussu ipsius sanctissimi Martyris, in honorem Dei, & Apo-
stolorum Petri, & Pauli, qui præsentes ostendebantur, à beato, & ange-
lico viro Stephano summo Pontifice dedicatum est, in sacra Missarum so-
lennia, unà cum duobus filiis, Carolomanno videlicet, & divæ memoriæ;
Domino, ac genitore Carolo, jure prænominato Magno, ab eodem Aposto-
lico Papa, in Regem Francorum unctus, super innumeris, benedictionem
accepit. Regino sed præproperè: *DCCL. Pipinus secundum morem* Fol. 22.
Francorum electus in Regem, & unctus per manum, sanctæ memoriæ, Bo-
nifatii, Moguntiacensis urbis Archiepiscopi, & elevatus est à Francis in
regno, in Suessionis civitate. Hildericus verò, qui falsò Rex vocabatur,
attonsus est, & in monasterium missus. Bis itaque unctus Pipinus in
Regem, semel à S. Bonifacio jussu Zachariæ Papæ anno 752 Sues-
sione, deinde mortuo Zachariâ à Stephano III. Parisiis anno se-
quenti. Aventinus in hist. Boiorum primum Francorum conven-
tum vult fuisse Francofurti, inde Romã missos *Fulradum*, quem *Volo-*
radum vocat, & *Burchardum*; qui responsum Zachariæ Papæ ad Fran-
cos hoc attulerunt: *In divinarum literarum sacra hist. populum, à rege*
ignavo & socordi, lasciviaque (spretò prudentium consilio) intento, indulgen- Fol. 174.
to summâ, ac æternâ illâ Majestate, defecisse: virumque prudentem à suo
corpore Regum creasse invenio. Regnum omne, potestasque, Dei Opt. Max.

est, principes ministri duntaxat regnorum sunt. Duces populo ideò deliguntur, ut supremi Imperatoris in omnibus sectentur voluntatem: non pro libidine sua agant. Is demum verus Rex, qui populum sibi à Deo creditum, juxta divinæ legis præcepta, placitaq́, moderatur, quo simul fælices consiant, & vitam adipiscantur beatam. Princeps populo, cujus beneficio possidet, obnoxius est. Quæcunque enim habet, potentiam, gloriam, honorem, dignitatem, à populo accepit: plebi accepta referat necesse est. Regem plebes constituit, eundem & destituere potest. Proinde fas est, & licet ipsis Francis, Germanisq́, repudiato degenere monstro, eligere eum, qui belli, domi, sapientiâ conjuges, liberos, parentes, omnium deniq́, vitam, & fortunas tutari, & defendere queat, & valeat. Subdit Avent. Hujus epistolæ finis: *Data pridie Nonas Novembris, Imperante domino piissimo Augusto Constantino Imperatore, imperii ejus ann. XXXIII. indictione V.* Pergit Aventinus: *Legati deinde in Germaniam revertuntur, Moguntiaci, ubi proceres Francorum, & Germaniæ frequentes convenerant, literas reddunt, sententiam Pontificis Max. patefaciunt. Indicitur igitur concilium Augustam Suessianum (Vessonum Ptolomæus nominat) urbs est Belgicæ secundæ, in confinio Germaniæ, & Galliarum. Ibi Hylderico Regium nomen communi omnium suffragio abrogatur: Pipinus Rex salutatur. Quem deductum in templum Divus Bonifacius Pontifex Moguntinus, ritu solenni, & more Christiano, inungit. Quamobrem Moguntinus Archimystes tenet hactenus primas deligendi Imperatoris Germani, quem regem Romanum vocant. Hyldericus captus, tonsus in Monachorum ordinem, capite diminuto redigitur. Itidem & Gisala regina. Ambo traditi Vtiloni & Thessaloni filiæ Vtilonis regulis Boiorum, ipsi eos in Boiariam deduxerunt. Hyldericus in monasterium Divi Hemerani Reginoburgii (caput est Boiarum) includitur. Gisala regina Cachiliam in contubernium sacratarum fœminarum, in superiore Boiario, sub radicibus alpium, ad ejusdem cognominis lacum, relegatur. Vbi & vita defunctam, atq́, humatam esse, & famâ, & literis proditur. Etenim id cœnobium ab Vngris exustum est: nomen, Bagus, ædes sacra superest: cætera ædificia sola æquata sunt, sicut quinto narrabimus libro.* Locrius.: *Anno 752. Godefridus S. Arnulphi martyris filius, Tragnardo Episcopo defuncto, Atrebatensi Cathedrâ honoratur. Porrò S. Arnulphus fuit miles & martyr, qui in defensione Domini ac Magistri sui innocens laqueo peremptus fuit. Cisanii celebris est ejus memoria, ibique ejusdem ossa quieverunt; verùm per primos Iconomachorum nostri temporis furores multum dispersa Cisonienses dolent. Extat & de eo Hymnus, quem vide apud Molanum in Nat. 29. Ianuarii.*

Aliis Tragnardi, seu Trauwardi successor est Guntfridus. Baldericus in Chron. Cameracensi & Atrebatensi: *Post Hadulfum Trau-*
Lib.1.c.36 *nardus substituitur in sedem. Post quem ejusdem monasterii Guntfridus rector, extitit. Post cujus excessum Albricus.* Colvenerius in hunc lo-
Fol 425. cum: *Massam* Gaufridus, *alii* Godefridus. *Hunc fuisse filium S. Arnulphi martyris scribunt. Demochares, & Gazæus eum sedisse anno 752. Quis sit autem iste S. Arnulphus martyr, non facilè dixerim. In martyrologiis duos invenio Arnulphos martyres, unum die 18. Iulii, qui scribitur*

tur fuisse Episcopus Turonensis, contemporalis & discipulus S. Remigii, & proinde non est iste, de quo quaritur, alterum die 3. Octobris in additionibus Molani ad Vsuardum his verbis: Masonii, festivitas beati Arnulphi martyris. Vbi tamen pro Mosonii, verisimiliter legendum est Mosomii, cujus meminit aliquoties Flodoardus lib. 4. hist. Remensis ecclesia, estque castrum, aut opidum non procul à Remis situm, Gallicè Mausom. An iste sit, non mihi constat. Meyerus in Annal: *DCCLII, Gandavi excitatus civilis motus propter sanctorum imagines, quas alii, ceu idololatria instrumenta, execrabantur, alii habendas in veneratione, ac in templis ponendas, censebant. Ea in discordia interfectus Hildebertus Abbas Blandiniensis, qui contra fautores Casaris, decretis Pontificum, de habendis statuis, adhasit, eamq; ob rem inter beatos martyres relatus esse dicitur.* Idem in primo suo libello, quem in tomos, seu potius tomulos X, divisit, ita scribit tom. 5. fol. 23: *Anno DCCLII Hildebertus Abba Blandiniensis, occisus militibus Casaris Constantini, sanctorum Martyrum numerum auxisse creditur.* Vbi legendum: *Occisus à militibus.* Sanderus in auctuario tomi 1. Flandriæ illustratæ tom. 2. fol. 43. putat Hildebertum non Blandiniensem, sed Bavonianum Abbatem fuisse; & in suo Gandavo ita enumerat Bavonianos: *Florbertus obiit 642, alii 639, ut Sigeb. in Chron. Adalbertus 660. Fulco 673. Walfridus 690. Reynerus 704. Albericus 711, Wilradus 728, S. Hildebertus martyr 752. Egisfridus episcopus 762.* Pipinus telonium Epternacense confirmat monasterio S. Willebrordi, hoc diplomate apud Miræum not. Eccles: *PIPPINVS ILLVSTER VIR, REX FRANCORVM, Notificamus omnibus Christi nostrisque fidelibus, esse locum in regno nostro Epternaca vocatum, ubi sanctissimus vir Willibrordus, cognomento Clemens, nuper temporibus Pippini avi nostri, & patris nostri Caroli Martelli, datis sibi ab eis, & ab aliis illustribus viris, pradiis, monasterium construxit: quod collocatis in eo, quas à Roma detulit, Sanctorum reliquiis, in honore S. Trinitatis & beatorum Apostolorum Petri & Pauli dedicavit: ubi quoque cum monachis, & ipse monachus, angelicam, omniq; sanctitate praditam vitam ducens, plenus virtutibus, & insignis miraculis ante hos paucos annos in pace quievit, & ibidem sepultus, quantùm ad Deum valeat, signis quotidie evidentibus innotescit. Ad hunc quoque sacrum locum, consilio strenuissimi viri Bonifacii Archiepiscopi, & petitione Adelberti Abbatis ejusdem loci, viri venerabilis, ecclesiam, qua est in Crovia, cum omnibus rebus ad se pertinentibus, totamque decimam partem silva, qua dicitur Contilla, sive cultam, sive incultam, tradimus, & condonamus, & in perpetuam possessionem fratrum ibi Deo famulantium delegamus. Placuit etiam nobis, juxta instituta majorum nostrorum, eidem ecclesia Epternacensi telonium in omni regno nostro indulgere & relaxare, quatenus inibi Deo famulantes, pro nostra, succedentiumque Regum, salute, jugiter Deo delectet supplicare. Et ut hac traditio nostra, regali auctoritate firmata, inconvulsa permaneat, hanc traditionem propriâ manu subter firmamus, & sigilli nostri impressione fideliter sigillamus. Signum domini Pipini Regis gloriosissimi. Bonifacius Archicancellarius recognovi. Data*

Fol. 9.

Cap. 4 fol. 239.

Fol. 28.

Aaa 2 *III Nonas*

III Nonas Maii, anno incarnationis Domini DCCLII. Indictione V. anno verò domini Pipini Regis tertio. Actum Compendio, in Dei nomine feliciter, Amen. Signum Gerebaldi Episc. &c. Scribendum *anno primo*, si sit Christi 752, quod puto suppotititium, nam Pipini III est Christi

Fol.793. 754. Idem abb. S. Dionysii restitui jubet: *Abbaçay, Sibbii, Sibyac*, à Gislemaro viro præpotente occupata, *pro stabilitate regni Francorum & filiis nostris, vel posteritate eorum*, ut ipse loquitur in diplomate, sic definente: *Datum Calendas Martias, anno primo regni nostri, Verneria scilicet.* Item confirmat præcedentium Regum immunitates, &

Fol.35. donationes, factas ecclesiæ Trajectensi; apud Hedam: *PIPPINVS REX FRANCORVM. Notum sit omnibus agentibus nostris, tam præsentibus, quàm & futuris: Principali quidem clementia cunctos decet accommodare aurem benignam, præcipuè quando per compendium animarum à præcedentibus Regibus, & Principibus, parentibus nostris, ad loca Ecclesiarum probamus esse indulta, devotâ debemus mente perpendere, & congrua beneficia, ut mereamur ad mercedem esse participes, non negare, sed robustissimo jure nostris oraculis confirmare. Igitur Apostolicus vir, & in Christo pater Bonifacius urbis Trajectensis Episcopus, Regiæ nostræ clementiæ suggessit, eo, quod antecessores nostri, vel parentes, Clotharius quondam Rex, & Theodebertus quondam, per authoritates eorum manu subscriptas; de villis Ecclesiæ S. Martini quas ad præsens possidebat, vel de eo, quod à Deo timentibus, hominibus ibidem in antea delegaretur, integra, & imminuta concessissent, ut nullus Iudex publicus ad causas audiendum, vel freda exigendum, nec mansiones, vel paratas faciendum, nec fidejussores tollendum, nec homines ipsius Ecclesiæ de qualibet causâ distringendum, nec ullâ redhibitione requirendum, ingredi ibidem non debeant; unde & ipsas præceptiones jam dictorum Principum, seu & confirmationes illorum Regum, eorum manibus roboratas, antedictus Pontifex Bonifacius nobis ostendit relegendas, & ipsum beneficium circa eandem Ecclesiam S. Martini, sicut à supradictis Principibus fuit indultum, moderno tempore asserit esse conservatum. Sed pro firmitatis studio petiit celsitudinem nostram, ut hoc denuo circa eandem suprà memoratam S. Martini ecclesiam nostra deberet authoritas generaliter confirmare. Cujus petitionem pro reverentiâ ipsius sancti loci, ut mereamur ad mercedem sociari, plenissimam voluntatem visi sumus præstitisse, vel in omnibus confirmare &c. Et ut hæc authoritas tam præsentibus quàm & futuris temporibus, Deo adjutore, possit constare, subter eam manu propriâ decrevimus roborare. Signum gloriosi Pipini Regis Francorum, Wineramus recognovi.*

Anno Christi 753. Pipini Regis Neustr. & Austr. II. Annal. Pith.

Fol.4.vers. & Fuld: *DCCLIII. Pipinus iterum Saxonum perfidiâ provocatus, regiones eorum devastat: in qua expeditione Hildigarius Coloniensis Archiepiscopus à Saxonibus interimitur. Grypho frater Pipini cùm Italiam petere conaretur, in valle Maurienna, à comitibus fratris sui occisus est. Stephanus Papa Romanus auxilium contra Haistulphum regem Longobardorum petens, ad Pipinum in Franciam venit: à quo honorificè exceptus, apud*

apud Parisios, duos filios ejus, Carlmannum, & Carlum, unxit in Reges. Eadem fere, & paulo copiosius Fredegarius editus jussu Nebelungi. Pipinus Rex iterum benefacit S. Dionysio hisce literis: *PIPINVS REX FRANCORVM VIR ILLVSTER. OMNIBVS DVCIBVS, COMITIBVS, GRAFFIONIBVS, DOMESTICIS, VICARIIS, CENTENARIIS,* &c. *Et ut hae confirmatio nostra, inspecto ipso judicio Domni Hildeberti Regis, vel aliorum Regum, sed & avunculi nostri Grimoaldi Majoris domûs, firmior habeatur, & circa ipsa, sancta casa Dei perenniter conservetur, manu nostrâ subter eam decrevimus adsignare, & de annulo nostro subter sigillare. Signum Domni nostri Pippini Rege. Eguis jussus recognovit. Datum quod fecit mensis Iulii, die sexto, anno secundo regni nostri, in Dei nomine feliciter.* Idem confirmat tradita ecclesiæ S. Martini Traject. Heda ex editione Bochelii fol. 36: *PIPINVS REX FRANCORVM VIR ILLVSTER, Si petitionibus sacerdotum in omnibus non negamus, Dominum exinde retributorem habere confidimus: Ideoq; venerabilis vir Bonifacius Archiepiscopus nobis expetiit, ut confirmationem de rebus ecclesiæ suæ S. Martini, quæ est extructa, in vico, qui dicitur Trajecto, super fluvium Rheni, ea quæ Pipinus donavit S. Martino, seu Karolus, vel Karolomannus, renovare vellemus. Ideoq; quicquid Pipinus Rex Francorum, ad casam Dei concessit, vel ad illum Episcopatum, ut omnem decimam, de terris, seu de mancipiis, aut teloneis, vel de negotiis, aut undecunque, à partibus fisci censûs spectare videbatur, sicut diximus, omnem decimam partem ad ipsam casam Dei S. Martini, in qua D. Bonifacium Archiepiscopum custodem praesse concessimus, & confirmamus, in luminaribus, seu in stipendiis Monachorum, vel Canonicorum, qui ibidem gentiles ad Christianitatem convertunt, & Domini misericordiâ ipsos, quos habent, conversos, docent, juxta quod alii Christiani, eorum Christianitatem conservant, & eorum praeceptionibus contineri videtur, quæ antecessores nostri, sæpè dicti, Pipinus, & Karolus, & Karolomannus ad ipsam casam Dei, per eorum instrumenta condonaverunt justè, & rationabiliter, nos per nostram confirmationem, ei gratanti animo concessimus, vel confirmavimus. Cognoscite; Et ut hae authoritas confirmationis nostræ, firmior habeatur, & per tempora meliùs conservetur, manûs nostræ signaculis, subter eam, decrevimus roborare. Signum Pipini gloriosi Regis Francorum. Widmarus jussus recognovi, & subscripsi. Datum, quod fecit mense Majo, die 23. anno secundo Regni ipsius gloriosi Regis. Actum Vermeria palatio publico, in Dei nomine feliciter.* Fol. 174.

Anno Christi 754. Pipini Regis Francorum III. Annales Pith. & Fuld: *Carlomannus, frater Pipini, cum consilio Haistulfi regis Longobardorum in Franciam veniens, ad persuadendum fratri, ne exercitum in Italiam duceret, non post multos dies, Lugduni, vitâ decessit. Pipinus verò Italiam ingressus, Haistulfum superatum, & Papiæ inclusum, obsides dare, & res sancti Petri reddere, sacramento constringit. Stephanus Papa Duce Hieronymo fratre Pipini, Romam revertitur.* Hieronymus, frater Pipini, à fratribus Sanmartanis, dicitur pater Fulradi Ab- Fol. 5

 batis

batls, fundatoris Abbatiæ S. Quintini, ex Theodulpho. Ad hunc Fulradum exstat epistola S. Bonifacii circa hæc tempora scripta, quæ sic refertur à Sirmondo: *BONIFACIVS SERVVS SERVORVM DEI, GRATIA CHRISTI EPISCOPVS, CARISSIMO CONSACERDOTI FVLRADO PRESBYTERO PERENNEM IN CHRISTO CARITATIS SALVTEM. Fraterna dilectioni tuæ ob spiritalem amicitiam, quam sæpè in necessitatibus meis, pro Dei intuitu fecisti, dignas gratias persolvere non possum: sed Deum omnipotentem deprecor, ut tibi in alto cælorum culmine mercedis præmia in gaudio Angelorum æternaliter retribuat. Nunc autem in Christi nomine deprecor, ut quod bono initio cœpisti, cum bono fine perficias, id est, ut meo verbo gloriosum, & amabilem Regem nostrum Pipinum salutaveris, & illi magnas gratias referas, de omnibus pietatis operibus, quæ mecum fecit; & ut illi referas, quod mihi, & amicis meis, similiter videtur, ut vitam istam temporalem, & cursum dierum meorum, per istas infirmitates, citò debeam finire. Propterea deprecor Celsitudinem Regis nostri, pro nomine Christi, filii Dei, ut mihi, nunc viventi, indicare, & mandare dignetur, circa discipulos meos, qualem mercedem posteà, de illis, facere voluerit. Sunt enim pene omnes peregrini, quidam presbyteri, per multa loca ad ministerium Ecclesiæ, & populorum, constituti: quidam sunt monachi, per cellulas nostras, & infantes, ad legendum litteras ordinati sunt: & aliqui seniores, qui longo tempore, mecum viventes, laboraverunt, & me, adjuvabant. De his omnibus sollicitus sum, ut post obitum meum, non disperdantur; sed ut habeant mercedis vestræ consilium, & patrocinium Celsitudinis vestræ, & non sint dispersi, sicut oves non habentes pastorem, & populi prope marcam paganorum, non perdant legem Christi. Præterea Almitatis vestræ clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, ut filiolum meum Lullum, & coepiscopum, si Deus voluerit, & sic clementiæ vestræ placeat, in hoc ministerium populorum, & Ecclesiarum componere, & constituere faciatis prædicatorem, & doctorem presbyterorum, & populorum. Et spero, si Deus voluerit, quòd in illo habeant presbyteri magistrum, & monachi regularem doctorem, & populi Christiani fidelem prædicatorem, & pastorem. Propterea hoc maximè fieri peto, quia presbyteri mei, prope marcam paganorum, pauperculam vitam habent. Panem ad manducandum acquirere possunt; sed vestimenta ibi invenire non possunt, nisi aliundè consilium, & adjutorem habeant, ut sustinere, & indurare, in illis locis, ad ministerium populi possint, eodem modo, sicut ego illos adjuvi. Et si pietas Christi, hoc vobis inspiraverit, & hoc, quod peto, consentire, & facere volueritis, per hos missos meos præsentes, aut per litteras pietatis vestræ, hoc mihi mandare, & indicare dignemini, ut eo lætior, in mercede vestra, vivam, vel moriar.* Rescripsit procul dubio S. Bonifacio, Fulradus, ac nomine Pipini Regis omnem opem, atque operam addixit, unde ibidem exstat epistola ad Pipinum, hoc principio:

Tom. 2. Conc. Gall. fol. 8.

Fol. 9. *DOMINO EXCELLENTISSIMO PIPINO REGI FRANCORVM, BONIFACIVS EPISCOPVS IN DOMINO SALVTEM. Celsitudinis vestræ clementiæ magnas gratias agimus, Dominum Iesum Christum precantes,*

cantes, ut vobis in regno calorum aternam mercedem retribuat, eo quòd petitiones nostras clementer exaudire dignati estis, & senectutem meam atque infirmitatem consolari. &c. Fuit & Fulradus Abbas, Stephano Papæ, in Franciam venienti, obviam missus à Pipino, ita Anastasio bibliothecorio, in vita Stephani, referente: *XV. die mensis Novembris, pradicta VII. Indictionis, à civitate Papia digressus, in Franciam profectus est, & cum nimia celeritate, Deo pravio, ad Francorum conjunxit clusas: cœptumq́ gradiens, iter ad venerabile monasterium Christi martyris Mauritii pervenit; ubi constitutum fuerat pariter secum Francorum Regem convenire. Cùm verò aliquantis, in eo monasterio, demoratus esset diebus, advenerunt Fulradus Abbas, & Rathardus Dux, directi à Pipino, excellentissimo Francorum Rege, petentes eundem sanctissimum Pontificem, ad suum progredi Regem; quem, & cùm magno honore, cum omnibus, qui cum eo erant, ad eum deduxerunt. Audiens ergò Rex, beatissimi Pontificis adventum, festinanter, in ejus advenit occursum, unà cum conjuge, filiis etiam, & primatibus. Et ferè ad centum millia, filium suum, nomine Carolum, in occursum Papæ direxit, cum aliquibus ex suis optimatibus. Ipseque in palatio sua, in loco, qui vocatur Ponticone, ad ferè trium millium spatium, descendens de equo suo, cum magna humilitate, terra prostratus, unà cum sua conjuge, filiis, & optimatibus, eundem sanctissimum Papam suscepit: cui, & vice flratoris usque in aliquantum locum, juxta ejus sellarem, praceravit. Tunc pradictus Pontifex, cum omnibus suis, extensâ voce, gloriam, & laudes, omnipotenti Deo, referens, cum hymnis, & canticis, usque ad prafatum palatium, pariter cum Rege, omnes profecti sunt, VI. Ianuarii mensis die, in apparitionis Domini, & Salvatoris nostri Iesu Christi sacratissima solemnitate. Ibiq́ intus oratorium pariter considentes, mox Christianissimum regem, Papa lacrymabiliter, deprecatus est, ut per pacis fœdera, causam beati Petri, & reipublica Romanorum disponeret. Qui de prasenti jurejurando eidem Papa satisfecit, omnibus mandatis ejus, & admonitionibus, sese totis nisibus obedire, & ut illi placitum fuerit, Exarchatum Ravenna, & Reipublica jura, ac loca reddere, modis omnibus. Sed quia tempus imminebat hyemale, Papam, cum suis omnibus Parisios, apud venerabile monasterium beati Dionysii, ad hibernandum, pergere, curavit. Quo peracto, & eo in eodem monasterio, cum Christianissimo Pipino conjungente, post aliquantos dies, idem Pipinus Rex, ab eodem sanctissimo Papa, Christi gratia, cum duobus filiis suis, Reges uncti sunt Francorum. Posteà verò Papa, pra nimio labore itineris, atque temporis inaqualitate, graviter infirmatus est. ut jam omnes, tam sui, quàm etiam Franci, de ejus vita desperarent. Sed Domini Dei nostri ineffabili clementiâ, dum eum manè mortuum invenire sperabant, subitò alio die, sanus repertus est. Pipinus verò Rex, cum admonitione, & oratione, venerabilis Pontificis, ad locum, qui Carisiacus appellatur, pergens, ibique congregans cunctos proceres Regia sua potestatis, & eos tanti patris admonitione imbuens, statuit cum eis, qua semel Christo favente, unà cum eodem Papa decreverat, perficere. Interea nefandissimus Haistulfus, Carolomannum, fratrem*

Tom. 2. fol. 12. Conc. Gall.

Pipini

Pipini Regis, à monasterio beati Benedicti, in quo devotè monachus degebat, in Franciam, ad adversandum causa redemptionis Ecclesia direxit. Dumque illuc conjunxisset, nitebatur Ecclesia causam subvertere: sed minimè valuit, germani sui Christianissimi Pipini Regis, in hoc firmissimum cor inclinare. Potiùs autem, compertâ Aistulfi nequitiâ, totâ se virtute, professus est, pro causa sancta Dei Ecclesia, decertare, sicut pridem spoponderat Pontifici. Tunc pari consilio, Papa, & Rex, Carolomannum, in Monasterio Vienna, collocaverunt: ubi, & post aliquantos dies, divinâ vocatione, de hac luce migravit. Porro Pipinus, ut verè, beati Petri fidelis, & Papa obtemperans monitis, direxit Missos suos Aistulfo Regi, atque bis, & tertio, deprecatus est, & plura ei pollicitus munera, ut tantummodo propria restitueret propriis. Sed ille obedire distulit. Quare idem eximius Francorum Rex, cernens quòd ejus saxeum mollire cor non valeret, generalem, contra eum decrevit, facere motionem. In congregatione, Carisiaci facta, cujus Anastasius suprà meminit, multa sunt Stephani Papæ responsa, tam ad reformationem cleri, quàm conjugatorum, apud Sirm. loco citato. Fuerunt & ante, sed incerto

Fol. 14. anno duæ Synodi à Pipino habitæ. Prima apud Vermeriam palatium, ubi fuisse eum, anno 1, & II, regni ejus, suprà ostensum, qua ferè ea tractantur, quæ ad conjuges spectant, ac nominatim

Fol. 450. est canon ille, quem attulimus, libro præcedente. Altera Synodus, à Pipino coacta, nonnullis dicitur Metensis, contra incestuosos præsertim, cujus canones (quòd ad sequentium annorum historiam multum conducant) visum fuit adscribere è Sirmondo:

Tom. 2. fol. 5. *Si homo incestum commiserit de istis caussis: de Deo sacrata, aut commatre sua, aut cum matrina spiritali de fonte, & confirmatione Episcopi, aut cum matre & filia, aut duabus sororibus, aut cum fratris filia, aut sororis filia, aut nepte, aut cum consobrina atq; sobrina, aut cum amita vel matertera. De his criminibus pecuniam suam perdat si habet, & si emendare se noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet; & si hoc fecerit, LX solidos domno Regi componat, usq; dum se ipse homo correxerit. Et si pecuniam non habet, si liber est, mittatur in carcerem usq; ad satisfactionem: si servus aut libertus est, vapuletur plagis multis: & si dominus suus permiserit eum ampliùs in tale scelus cadere, ipsos LX solidos domno Regi componat. II. De Ecclesiasticis verò, qui supradicta facinora commiserint, si bona persona fuerit, perdat honorem suum: minores verò vapulentur, aut in carcerem recludantur. III. De presbyteris & clericis sic ordinamus, ut Archidiaconus Episcopi, eos ad Synodum commoneat unà cum Comite: & si quis contempserit, Comes eum distringere faciat, ut ipse presbyter, aut defensor suus, LX solidos componat, & ad Synodum eat. Et Episcopus ipsum presbyterum, vel clericum, juxta canonicam auctoritatem dijudicari faciat. Solidi verò LX de ipsa causa in sacellum Regis veniant. Et si aliquis per violentiam presbyterum, aut clericum, aut incestuosum contradixerit, tunc Comes ipsam personam per fidejussores positam, ante Regem, faciat unà cum misso Episcopi venire, & domnus Rex distringat, ut cæteri emendentur. IV. De teloneo verò sic ordinamus, ut nullus*

nullus de victualio, & carris, qua absq; negatio sunt, teloneum prehendat. De sanmis similiter ubicúmque vadunt, & de peregrinis similiter constituimus, qui propter Deum ad Romam, vel alicubi vadunt, ut ipsos per nullam occasionem ad pontes, & ad exclusas, aut navigio detineatis, nec propter scrippa sua ulli peregrino calumniam faciatis, nec ullum teloneum eis tollatis. Et si aliquis hoc fecerit, qualiscumq; homo hac comprobaverit, nos de LX solidis, XXX illi concedimus, & illi alii in sacellum Regis veniant. V. De moneta constituimus, ut ampliùs non habeat in librapensante nisi XXII solidos, & de ipsis XXII solidis monetarius accipiat solidum unum, & illos alios domino, cujus sunt, reddat. VI. Ut emmunitates conservata sint. VII. Ut omnes justitias faciant, tam publici, quàm Ecclesiastici. Et si aliquis homo ad palatium venerit pro causa sua, & antea Comiti non innotuerit, in mallo, ante Rachemburgios, aut si causa sua ante Comitem in mallo fuit ante Rachemburgios, hoc sustinere noluerit, quod ipsi et legitimè judicaverint; si pro istis causis ad palatium venerit, vapuletur: & si major persona fuerit, Regis arbitrium erit. Et si reclamaverit, quòd legem ei non judicassent, tunc licentiam habeat ad palatium venire pro ipsa causa: & si ipsos convincere potuerit, quòd legem ei non judicassent, secundum legem contra ipsum emendare faciat. Et si Comes & Rachemburgii ei convincere potuerint, quòd legem ei judicassent, & ipse hac recipere noluerit, hoc contra ipsos emendare faciat. VIII. Similiter de Ecclesiasticis, si ad palatium venerint, de eorum causa se reclamare, super eorum seniore, vapulentur, nisi senior suus pro sua causa transmiserit. Nota mores hujus temporis ac nominatim de Episcoporum, ac Comitum jurisdictione. Quid sit Rachemburgius, vide quoque libro præcedente, ad vocem *Rasimburgus*. S. Bonifacii diploma ad Stephanum Papam, de statu ecclesiæ Vltrajectinæ, post obitum Sancti Willibrordi, vide libro præcedenti cap. 24. fol. 519. In arch. S. Dionys. diploma etiam est Pipini, initio ut suprà, hac conclusione: *Signum Illustris viri Domini gloriosissimi Pipini Regis, Wilmarus jussus recognovit, data anno tertio regni nostri, Vermeria in palatio.* Fol. 696, Grammaius in Mechlinia sua, meminit diplomatis à Pipino Rege, dati Parisiis, anno regni sui III. quo *Adani affini suo*, sic verba sonant, *tradidit terram in Bratuspantii medio, ubi Scalda Tylam excipit, dictam Francis Maslinam.* Sic Haræus in Ducibus Brabantiæ fol. 39. & Gurnez in face historica, ad vitam S. Liberti fol. 111. ubi varias legere est conjecturas, qua ratione Ado fuerit affinis Pipini; ipse vero Gurnez putat Arnulphi filium fuisse Drogonis neptem. (Vide ante fol. 279. anno 708.) *Potuit*, inquit, *anno 708 (quo Droga rebus humanis excessit, multâ prole ex se relicta) ex Arnulpho primogenito natus fuisset quòd novemdecim pòst annis, anno scilicet 727. Martello Europa vindici, contra Saracenos strenuam operam navasse memoretur, atq; adeò quidem, ut ob res, contra eos insigniter, fortiterq; gestas, Dominium Mechliniense perpetuà possidendum à Pipino Martelli filio accepisse.* (Gurnez Fol. 119.) Wachtendoncus vero in vita S. Rumoldi cap. 14: *Habitabat id temporis cu Tiliom, in eo loco, ubi nunc armamentarium Regium est, vir illustris Ado, Comes*

Bbb de

de Huyssen, filius (ut quidam volunt) Berulphi ex Childebrando, affinis, vel (ut alii) consanguineus Pipini, filii Caroli Martelli, Regis Franciæ, à quo, ob res insigniter contra Saracenos gestas, eosdemq́ non semel profligatos, Dominum Mechliniensé perpetuo possidendum acceperat anno 753. Erat illi uxor Adelisia, sive Elizo, filio Comitis Hasbaniæ, soror Roberti, qui regnabat ad partem illam, quæ Satchinium vetus dicitur, & Sigrammi, qui Landradam duxerat, ejusdem Caroli Martelli filiam. De loco sic Mo-

1. Iulii. fol. 133. lanus in vita S. Rumoldi: *Est autem Mechlinia unica civitas in ditione Mechliniensi; æqualiter distans à tribus primoriis Brabantiæ urbibus, Lovanio, Bruxella, & Antverpia. Dicitur etiam Machlinia, & à Gallis Malina. Quæ vox nunc extra usum est in Latino sermone: aliquando tamen tritissimo fuit, quando Lyra, oppidum vicinum, Ledo nominabatur. Ledo autem, & Malina, leguntur pro maris recessu, & accessu, in appendice ad tomum tertium Augustini, in libro primo de mirabilibus S. Scripturæ, capite septimo, & alibi. Vnde à maris fluxu, hac nomina indita esse supradictis oppidis annotatum est, ante annos trecentos, in historia de*

Fol. 589. *Rumoldo, & Gummaro manuscriptis.* Vide lib. præced. locum D. Augustini. Ex his collige quædam maris æstuaria per lacus, & paludes, Mechliniam usque fluitasse, ut olim creditum ad Tungros; quæ arte hominum, & industriâ, paulatim coërcita, nunc non adeo patentem, & diffitum, habent fluxum, & refluxum. Districtum omnem Wasianum marinis æstibus subjectum fuisse, alibi etiam est

Fol. 589. annotatum. Iperius apud Locrium: *An. 759. S. Suibertus, Pipini curâ in catal. Sanctorum refertur* &c. *Nantharius Abbas Bertinensis fato concedit, succedit Dadbertus 7. ejus sedis antistes, qui annos ferè duodecim*

Fol. 9. *præfuit.* Meyerus Annal. eodem anno 754: *Quinto decimo Cal. Dec. abba Gandensis, Agilfridus attulit ex Francia orientali, ad cœnobium Gandense corpus divæ Pharabildis. Hoc ab Gertrude Nivigellensi de sacro levata fonte, literisq́ instructo, multos per annos illibatam in conjugio custodivit virginitatem. Frater illi erat Emebertus, Cameracensis episcopus, sorores Gudula, ac Reynildis. Parentes verò Vigerus vir nobilis, ac Amelberga filia sororis Pipini principis.* Sanderus in auct. tom. 1. fol. 54. tom. 2: *Post Hildebertum verò, Egilfridus 752 Leodiensis Episcopus, per Stephanum Papam, Abbas Cœnobii Gandavensis creatus est, is anno 754 ab urbe Roma rediens multas reliquias Sanctorum Apostolorum, & aliorum, deque Lotharingia corpus B. Pharabildis, Deo dicata Virginis secum detulit, & in cœnobio Gandavensi 16 Cal. Decemb. decenter & honorificè collocavit.* In gestis Episc. Leod. reperio hoc tempore Fulchatium E-

Vide anno 761. piscopum, successorem Floreberti anno 746, & Fulcarii successorem anno 761 Agilfredum; de quo P. Bucherius consulendus.

Anno Christi 755. Pipipi III, Regis Francorum IIII. Ann. Pith.

Fol. 5. & Fuld: *DCCLV. Haistulphus sacramento mentitus, collecto exercitu, Romam impugnando circundat, omnia extra urbem ferro & igne vastans. Ejus rei nuntium pontifex, marino itinere missis legatis, Pipino insinuat, deprecans, & obtestans, ne inceptum opus quod sancto Petro promiserat, imperfectum relinqueret.* Exstant literæ Stephani Papæ ad Reges

Pipinum

Pipinum, Carolomannum, & Carolum, Chesn. tom. 3. fol. 705: *Patrus* &c. *Protestor, & admoneo, tanquam in ænigmate, & firmâ obligatione conjuro vos Christianissimos Reges, Pipinum, Carolum & Carolomannum, atque omnes Sacerdotes, Episcopos, Abbates, Presbyteros, vel universos religiosos Monachos, vel cunctos Iudices: item Duces, Comites; & cunctum Francorum Regni populum, & tanquam præsentaliter, in carne vivus, adsistens coram vobis,* &c. *Conjuro vos, conjuro, ut præfatam est, dilectissimi, per Deum vivum, & omnino protestor, minimè permittatis, hanc civitatem meam Romanam, & in eo habitantem populum, amplius à gente Longobardorum laniari, ne lanientur, & crucientur corpora, & animæ vestræ in æterno, atque inextinguibili tartareo igne, cum diabolo, & ejus pestiferis angelis, & ne dispergantur amplius oves Dominici gregis mihi à Deo commissæ, videlicet populus Romanus. Sic non vos dispergat, & projiciat Dominus, sicut Israëliticus populus dispersus est. Declaratum quippe est, quòd super omnes gentes, quæ sub cælo sunt, vestrâ Francorum gens, prona mihi Apostolo Dei Petro extitit, & ideo Ecclesiam, quam mihi Dominus tradidit, vobis per manus Vicarii mei commendavi, ad liberandum de manibus inimicorum.* Sequitur ibidem altera Stephani epist. hoc titulo: *DOMNIS EXCELLENTISSIMIS PIPPINO, CAROLO. ET CAROLOMANNO, TRIBVS REGIBVS, ET NOSTRIS ROMANORVM PATRICIIS; SEV OMNIBVS EPISCOPIS, ABBATIBVS, PRESBYTERIS, ET MONACHIS, SEV GLORIOSIS DVCIBVS, COMITIBVS, VEL CVNCTO EXERCITVI REGNI, ET PROVINCIÆ FRANCORVM; STEPHANVS PAPA, ET OMNES EPISCOPI, PRESBYTERI, DIACONES, SEV DVCES, CARTHVLARII, COMITES, TRIBVNI, ET VNIVERSVS POPVLVS, ET EXERCITVS ROMANORVM, OMNES IN AFFLICTIONE POSITI. Quanta* &c. *O Christianissimi, ecce venerunt nobis dies angustiæ, præsto sunt dies fletûs, & amaritudinis: quoniam quod timebamus, à Longobardis evenit. Pro quo angustiati, afflicti, & ex omni circumquaque parte circumdati, ab eorum nequissimo Haistulpho Rege, & gente, cum Propheta Dominum deprecantes dicimus: „ Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui libera nos;* &c. *Et rursum; „Apprehende arma & „ scutum, & exsurge in adjutorium nostrum. Ecce enim cognitum habetis, quomodo pacis fœdera à præfato impio Haistulfo Rege, & omni Gente dissipata sunt, & qualiter nihil juxta, ut constituit, & per vinculum sacramenti confirmatum est, valuimus impetrare, & jam in ipsis Ianuarii Kalendis, cunctus ejusdem Longobardorum exercitus, Tusciæ partibus, in hanc civitatem Romanam conjunxerunt, & resederunt juxta portam beati Petri, atque beati Pancratii, & Portuensem. Ipse verò Haistulphus, cum aliis exercitibus, conjunxit ex alia parte, & sua fixit tentoria juxtà portam Salariam, & cæteras portas: & sæpiùs nobis direxit: Aperite mihi portam Salariam, & ingrediar civitatem, & tradite mihi Pontificem vestrum, & patientiam ago in vobis. Sin minus, muros evertens; uno vos gladio interficiam, & videam quis vos eruere possit de manibus meis.* &c. *Audite nos, dilectissimi, audite nos, & subvenite nobis. Ecce ad-*

Fol. 707.

est tempus salvandi nos, salvate nos, antequam pereamus, Christianissimi. Omnes etenim gentes, quæ circumquoque sunt positæ, & ad vestram, per Dei potentiam, Francorum fortissimam gentem refugium fecerunt, salvæ factæ sunt, & si omnibus auxilium impertire non differetis, multò amplius sanctam Dei Ecclesiam, & ejus populum de inimicorum impugnatione debueratis liberare. Considerate, dilectissimi, & omninò percogitate, per Deum vivum vos conjuro, quoniam post Deum, & ejus principem Apostolorum, nostræ omnium Romanorum animæ in vobis pendent, & si perire quod absit, contigerit, pensate, in cujus animam respiciat ad peccatum. Certè enim omninò credite, Christianissimi, si nobis aliqua evenerit calamitas, quod absit, periclitandi, vos de omnibus ante tribunal Dei eritis reddituri rationem. Sed magis, dilectissimi nobis, agite & liberate, post Deum, in vobis confugientes, ut fructum bonum afferentes, in futuri examinis die, mereamini dicere, Domine noster princeps Apostolorum Petre, ecce nos clientuli tui, cursum consummantes, fidem servantes tibi, Ecclesiam Dei à superna clementia tibi commendatam, de manibus persequentium defendentes, liberavimus, & adsistentes immaculati coram te, offerimus tibi pueros, quos nobis commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospites, atque incolumes existentes. Tunc & in præsenti vita, & in futuro seculo, cælestium præmiorum gaudio adipisci mereamini, audientes paternam desiderabilem vocem illam inquientis: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis præparatum est ab origine mundi, &c. Est & peculiaris epist. ad Pipinum Regem ibid. fol. 715: *DOMNO EXCELLENTISSIMO FILIO, ET NOSTRO SPIRITVALI COMPATRI PIPPINO REGI FRANCORVM, ET PATRICIO ROMANORVM, STEPHANVS PAPA*, ejusdem argumenti, quo præcedentes. Ludgerus in epistola ad Rixfridum, de miraculis S. Suiberti, apud Surium 1. Martii fol. 17: *Anno à nativitate Domini septingentesimo quinquagesimo quinto, serenissimus Pipinus præfatus, jam per sanctum Bonifacium, Maguntinensis, & Trajectensis, ecclesiarum Archiepiscopum, Rex Francorum authoritate & mandato Zachariæ Papæ, consecratus & coronatus, ordinavit nobilem principem, armis strenuum, Hunaldum nomine, Principem, & Comitem de Angiers, Capitaneum Christianorum in munitione Werdensi, sive propugnaculo, ad tuendum fines Christianorum contra impetus paganorum. Accidit autem eodem anno, ut ipse Hunaldus cum plerisq; sui exercitûs militibus squalido squinantiæ morbo infectus, ad mortem usque ægrotaret. Cumq; de vita quorundam, & præsertim principis Hunaldi desperaretur, & mæror esset validus propterea inter Christianos, ipse Hunaldus, egregius princeps, medicis de vita ipsius desperantibus, fiduciam magnam in Sanctum concipiens Suibertum, eo quod multa miracula dudum ab ipso patrata didicerat, publicè multis coràm adstantibus vovit ipsum devotè visitare, & sibi deinceps fideliter servire, modò ipsum ab imminenti periculo, & peste, suis meritis, & precibus liberaret. Voto peracto, statim absque humano medicamine convaluit, votumq; cum suis latus humiliter adimplevit, & ut vovit, quandiu vixit, servitio ejus se mancipavit. Quo miraculo inter aulicos, eâdem squinantiæ peste infectos, divul-*

vulgato, etiam ferè in extremis laborantes, votum similiter de visitandò sepulchro ejus, ut sanarentur à languoribus suis, voverunt: & plerique sanati, votum nudis pedibus devotè implentes, laudaverunt Deum in sancta Svviberta, quia mirificavit ipsum tantis miraculis. Post hoc autem habitus fuit in maximo honore ab omnibus fidelibus, frequentantibus, & honorantibus sepulchrum ipsius, cum diversis oblationibus, & muneribus. Eodem anno idem illustris Hunaldus comes de Angiers, dispositis rebus bellicis in eodem castro de Werda, abiit ad Pipinum regem Parisios, & eidem omnia perpetrata per sanctum Svvibertum, potentem Dei medicum, devoto corde patefecit. Vnde his auditis, rex lætus effectus, benedixit Deum de tanta gratia, Hunaldo suo duci, cæterisque clientibus, exhibita, per merita, & intercessiones sancti Svviberti. Deinceps vero idem Rex, in sanctum Svvibertum majorem fiduciam concipiens, servivit ei quotidie certis orationibus, deprecans ut ipsum, & regnum, populumque, sibi subjectum, suis meritis protegat. Hæc autem ego Ludgerus, minimus servorum Dei, ab eodem Rege Pipino Coloniæ audivi, orto sermone de miraculis sancti Svviberti in mensa Regis. Pergit idem Lutgerus: *Eodem anno sanctus Stephanus Papa, ejus nominis secundus, ob infestationem & oppressionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ ab Aistulpho, atroce Rege Longobardorum, factam & perpessam, in Franciam ad Christianissimum Regem Pipinum, defensorem Ecclesiæ, & propugnatorem Catholicæ fidei, veniens, cum suis Cardinalibus, regaliter ab eodem Rege receptus, & ad ejus est perductus palatium. Itaque collatione habitâ de oppressione Romanæ Ecclesiæ cum eodem felici Rege, idem Rex inter cætera exposuit sanctissimo pontifici felicissimam vitam, & miracula sancti Svviberti, petens benignè ab eo, ut catalogo sanctorum Confessorum per ipsum adscriberetur. Sanctus vero Stephanus Papa aliqualiter apud sanctum Dionysium ægrotans, tum propter fatigationem longi itineris; tum propter senium, tum propter oppressionem Romanæ Ecclesiæ, volens satisfacere felici, & justæ petitioni Christianissimi Regis, commisit vices suas ad experiendum actus, virtutes, & gesta, ac miracula ipsius sancti Svviberti, ad canonizandum ipsum sanctum, vice ipsius, venerabilibus Patribus, & Pontificibus: sancta scilicet Hildulpho Trevirorum, Bonifacio Moguntinorum Archiepiscopis, Fulcario Leodiensi episcopo, & præcipue Hildegero Coloniensi Archiepiscopo, in cujus parochia sanctissimus Svvibertus Episcopus migravit ad Christum. Qui venerabiles Paires, propter incursionem Saxonum, & expeditionem exercitûs inclyti Regis Pipini contra præfatum Aistulphum, persecutorem Ecclesiæ Romanæ, in Werda non convenientes, distulerunt canonizationem sancti Svviberti Episcopi, usque ad reditum ipsorum ab Italia: quia necessitate imminentis belli urgente, hoc facere commodè nequibant. Sicque canonizatio ipsius aliquanto tempore protracta fuit. Attamen venerabilis & Divus pater Hildegerus, Coloniensis Archiepiscopus, antequam in bello Saxonico apud Weseram occisus, immo martyr pro fide Christi, effectus fuit, Werdam cum suis clericis properavit, ut alterâ die ipsum solenniter anthoritate Apostolicâ exaltaret. Igitur alterâ die, qua fuit quarto Idus Iunii, Missarum solemniis per eundem Archiepiscopum expletis, accessit devotè in pontificalibus, cum*

ſuis presbyteris, clericis, & fratribus conventûs in Werda, ad tumulum ſancti Swiberti. Cumque depoſitâ terrâ, arca, in qua ſacroſanctum corpus ſancti Swiberti jacuit, aperta eſſet, odor mirificus omnium ora & nares perfudit. Archiepiſcopus verò reverenter, & devotè ſanctum corpus ex tumulo elevans, in aliam pulchram capſulam, ad hoc præparatam, idem corpus ſanctum, involutum mundiſſimis pontificalibus indumentis, ac ornamentis, rite collocavit. In cujus ſancti corporis elevatione quidam civis Colonienſis, Robertus nomine, dictus de veteri monte, mutus, & ſurdus, auditum, & loquelam, meritis, & interceſſionibus ſancti Swiberti, oſculando manum ejus, in præſentia Archiepiſcopi, & fratrum conventus Werdenſis, & omnium aliorum adſtantium, recuperavit. Factumque eſt in illo die gaudium magnum in Werda ab omnibus. Condidit nihilominus idem venerabilis Archiepiſcopus, idem ſanctum corpus in crypta ſubterranea, propter incurſionem vicinorum gentilium. Statuit inſuper idem Archiepiſcopus eundem diem elevationis corporis ſancti Swiberti, ſcilicet quartum Idus Junii, per totum vicum de Werda celebrari perpetuis temporibus, ut diem Dominicam, ab omnibus incolis ipſius vici, in honorem ſancti Swiberti. Et deinceps frequentabatur ſanctus Swibertus ab omnibus viciniis Chriſtianis devotè, & ſolenniter, peregre, cum diverſis oblationibus: appellaturque ibique terrarum: Patronus peſtis ſquinantia, ita ut multi infecti tali, & tam periculosâ peſte, voventes devotè ipſum peregre viſitare, & ipſi ſervire, liberati ſint ab eadem peſte, adducti ad ſacroſanctum & venerandum corpus illius. In archivis S. Dionyſii fol. 696. Pipini diploma eſt hujus etiam anni, quo tradit monaſterio Caſtellum, ſitum in monte S. Michaëlis Virdunenſis, rebellione Wulfoaldi in fiſcum ſuam redactum, eam præſertim ob cauſam, quod in illo monaſterio ſcribat ſe enutritum, & pro remedio animæ genitoris ſui Caroli: *PIPINUS, REX FRANCORUM, VIR ILLUSTER. Summa* &c. *Cognoſcat omnium fidelium Dei, & noſtrorum, tam præſentium, quàm futurorum ſagacitas, quia nos pro Dei amore, & ſancti Dionyſii ſpecialis Patroni noſtri, ubi Fulradus Abbas & cuſtos praeeſſe dinoſcitur, locum aliquem in pago Virdunenſi, qui appellatur ad Montem ſancti Michaëlis Archangeli, ſuper fluvio Marſupio, quem Wolfoaldus quondam pro ſua vita nobis dedit, in noſtra mercede, & remedio animæ Domni genitoris noſtri Karoli donamus ipſum locum, & caſtellum, ad monaſterium beati Dionyſii ubi enutriti fuimus, &c. Manu propriâ ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum glorioſiſſimi Domni Pippini Regis. Eguis juſſus recognovit. Datum quarto Kal. Auguſti, anno quarto regni noſtri, Compendio in Dei nomine feliciter. Amen.* In hunc annum incidit martyrium S. Bonifacii, quamvis Francici ſcriptores ponant anno præcedenti, quo ſic aiunt Annal. Pith. & Fuld: *Bonifacius Ar-*
Fol. 4.ver. *chiepiſcopus Moguntinenſis Eccleſiæ, evangelizans genti Friſonum verbum Dei, martyrio coronatur, anno Epiſcopatûs ſui XXXVI. die quarto menſis Junii. Poſt quem Lillus in cathedra ejus ſedit annos XXXII.* A-
Fol. 382. delmus quoque eodem anno: *Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinenſis, in Friſiâ verbum Dei prædicans, à paganis interfectus martyrio coronatus*

natus est. Otlonus in vita S. Bonifacii fol. 82: *Posthac igitur cum S. Præsul Bonifacius verbi divini semina, quæ infra Germaniæ Galliaq; confinia jecit, in cordibus credentium jam pullulasse, & fructum facere cerneret, nec non vicinam corporis sui solutionem prænoscens, sitiret omni modo, quando veniret, & appareret ante faciem Dei, decrevit adire Fresonum populos, olim quidem ejus doctrinâ ad Christianæ religionis culturam conversos, sed fallente diabolo, iterum quosdam eorum ad pristinum gentilitatis errorem devolutos, ut aut eos Deo reconcilians ibi præsentem vitam fructuosâ pace finiret, aut si hoc magis Deo placeret, pro ejus nomine quæcunq; ibidem adversa, & cruciamina, sibimet occurrerent, usque ad mortem sustineret. Sed priusquam tanti discriminis iter arriperet, sciens non convenire, ut pro alienis ovibus salvandis laborans, proprias, sibique commissas oves perire permitteret, sanctum Lullum, qui fidelissimus prædicationis, & laboris sui comes extitit, cujusque probitatem omni dignitate condignam satis agnovit, cum consensu venerandi Regis Pipini, nec non Episcoporum & Abbatum, atq; Canonicorum, omniumq; procerum ad suam diœcesin pertinentium, pro se Episcopum elegit, & ordinavit. Nam ab Apostolico præsule jam ante eundem pro se ordinandum impetravit. Quo facto mox illum manu propriâ apprehendens, commendavit cunctis Principibus, ibidem congregatis, ut ei tanquam patri obedirent, & adjutores ei in omnibus necessitatibus existerent. Deinde profectus ad eos, qui in Turingia, & qui circa Rhenum habitabant, eadem faciebat. Paucis itaq; diebus transactis, navim cum conviatoribus, ad hujusmodi iter electis, ascendit, & Reni fluminis alveo defertur, donec aquosa Fresonum arva ingrediens, in stagnum, quod linguâ eorum Almeri dicitur, sospes perveniret. Ubi circumquaque pergens, verbum Domini cum fiducia prædicavit, Ecclesias ingenti studio construxit. Tantam autem gratiam Dominus famulo suo contulit, ut post paucos dies multa millia virorum ac mulierum, cum commilitone suo Chorepiscopo Eoban baptizaret. Hunc namq; ad sublevandam senectutem suam, injuncto sibi Episcopatu, in urbe, quæ dicitur Thret, subrogavit. Erant etiam ei fautores presbyteri tres, & totidem diacones, quorum hæc sunt nomina, Wintrug, Waltheri, & Adalheri, Hamunt, Skirbalt & Bsersos Vaccar vero, & Kundekar, Willtheri, & Adolf, ex monastico ordine erant sequentes eum. Qui omnes unanimiter cum S. Bonifacio laborantes in prædicatione Evangelii meruerunt consortes fieri in palma martyrii. Nam cum per latas Fresonum regiones prædicandi causâ discurrissent, venissentq; ad flumen quoddam, Borthne vocatum, quod est in finibus eorum, qui rusticâ dicuntur linguâ Oster & Westerriche, sanctus Bonifacius suorum tantummodo clientum comitatu stipatus, jussit ibi tentoria figi, cupiens videlicet in eodem loco, eorum qui nuper baptizati erant, adventum expectare, confirmationis gratiâ. Dies enim appropinquabat, qui ad eandem confirmationem statutus erat. Cumq; dies prædestinatus advenisset, & ortus sol altioris lineæ sua gradus jam præoccupasset, tunc omnes, qui quasi filii à patre expectabantur, indigni ad accipiendam S. Spiritus gratiam, quæ ipso die per sacram confirmationem offerenda erat, super illos, versâ vice pro amicis inimici, pro novitiis fi-*

dei cultoribus, novi lictores cum ingenti strepitu, horrendoque armorum sonitu, in castra Sanctorum proruperant. Quo viso, pueri ex castris prosilientes, armisq; sese accingentes, Sanctos contra populi furentis multitudinem defendere gestiebant. Sed S. Bonif. audito tumultuantis turbæ impetu, prima quidem ad munimenti spiritualis asylum confugit, sumens videlicet Sanctorum reliquias, quas secum indesinenter habere consueverat; deinde vero accitis ad se clericis è tentorio processit, & pueros suos ad resistendum paratos compescuit, dicens: Nolite, quæso, pueri mei pugnare, &c. Etiam Clericos cujusq; ordinis patriâ liberaq; voce admonens, ait: O fratres charissimi, si qua divini amoris cura, si qua admonitionis mea memoria maneat in vobis, in hora ostendite præsenti, recalentes illa dominica verba: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, quoniam animam non possunt occidere. &c. Nec dum vero hujus salutiferæ admonitionis verba à S. Bonifacio, discipulos ad coronam martyrii incitante completa sunt, & ecce furens multitudo paganorum cum gladiis, omnique infestâ armaturâ super eos irruit, eorumq; corpora felici cæde cruentavit. Quod cum fecissent, confestim victricem damnationis suæ causam augentes, primo quidem ingressi sunt castra, & omnia quæ illic erant reposita, tam in libris, quam in capsellis reliquiarum suarum abstulerunt, arbitrantes se in eis repertur os multos auri & argenti thesauros. Deinde verò ad naves currentes, asportaverunt etiam ea, quæ de quotidiano Clericorum puerorumq; victu illic remanserant. Vbi cum aliquid vini inter cætera reperissent, cœperunt ex eo gustare, furentemq; animum inebriare. Post hæc verò tractare, & consulere studuerunt, qualiter illum, qui putabatur inventus esse, auri & argenti thesaurum, invicem dividerent. Cumque prolixius de tanta pecuniæ sermocinantes divisione, nequirent rem pacifico consensu definire, tanta inter eos subitò discordia & disceptatio exorta est, ut eodem furore, eâdem vesaniâ, eisdem armis, quibus antea SS. Martyres jugulabant, semetipsos mutuâ condignâ cæde necarent, justo Dei judicio illis occurrente, & in tam reprobum sensum cadere permittente, ut eundem gladium, quem evaginaverunt ad interficiendos salutis suæ ministros, transfigerent in corda sua. Hujusmodi igitur strage finitâ, qui supererant iterum de pecuniarum opinione gaudentes concurrebant, fractis librorum repositoriis, pro auro, volumina; pro argento, divinæ doctrinæ chartas reperiebant. Vnde solitâ dementiâ arrepti, eosdem libros, quos invenerunt, alios quidem per campi planitiem, alios vero per palustria loca disperserunt, quosdam autem in quibuslibet locis incongruis projicientes absconderunt. Veruntamen omnipotentis Dei gratiâ, ut claresceret quanti esset meriti, cujus iidem fuerant libri, postea magno temporis spatio transacto, reperti sunt intemerati, & ad Ecclesias, in quibus usque hodie haberi possunt, à singulis inventoribus reportati. Inter eosdem vero libros repertus est S. Evangelii liber, quem beatus vir, pro sanctitate sua, secum jugiter ferre solebat. Hic ergo quamvis gladio acuto, ut adhuc ab inspicientibus probari valet, per medium incisus fuerit, nullius tamen literæ integritatem eâdem incisione perdidit. Quem, ut fertur, S. Bonifacius in illa hora, qua ad caput ejus abscindendum vibrabatur gladius, habens in manibus,

mibus, vel pro tutela capitis, ut multi solent, seu etiam pro elypeo spirituali, quem in libro tali esse credidit, percussori opposuit. In quo nimirum signo, & miranda virtus Dei, & veneranda sanctitas beati Bonifacii potest agnosci. Mirabilius namque videtur, quod nulla incisi libri littera delebatur, quam si nullum incisionis stigma per ferientem gladium in libro reperiretur. Postquam ergo carnifices, qui remanserant, nulla æstimata pecunia indicia invenerant, satis contristati domum sunt reversi, sumpturi post trium dierum inducias, dignas facinoris sui pœnas. Audita enim sanctorum virorum improvisa nece, omnes Christiani, qui in ejusdem regionis confinia habitabant, convenerunt, terramq; eorum, qui Sanctos trucidabant, cum armata manu invaserunt. Quibus cum pagani convenientes resistere vellent, sed minimè prævalerent, in fugam versi, magna persequentium Christianorum virtute prostrati, corruerunt. At Christiani victoriam in paganos obtinentes, omnem substantiam eorum abstulerunt, sicque ad propria redierunt; factumque est, ut qui salutis suæ ministros trucidare non verebantur, duplici contritione contererentur; nam in vita præsenti cœperunt conteri, & postmodum æternæ damnationi sunt deputati. Corpus vero à B. Pontificis Trajectensis Ecclesiæ Clericis raptum, post dies paucos ferebatur ad Trajectum, ibique magna veneratione est sepultum. Quod cum S. Lullus comperisset, congregata multitudine venerabilium virorum, tam laicorum, quam Clericorum, intimavit eis, & gloriosam S. Bonifacii passionem, & qualiter humatus esset apud Ecclesiam Trajectensem, pariterque referans omnibus, in quo loco S. Præsul adhuc vivens, sibi præceperit corpus suum sepeliri, petiit, ut pro Dei amore auxilium præberent, quatenus sancti viri jussa possent impleri. Cumq; plurimi ad hujusmodi auxilium se promptissimos exhiberent, elegit ex eis, qui sibi aptissimi videbantur, & misit tam navigantes, quam equitantes, ad prædictam urbem causa auferendi corpus S. Bonifacii. Eisdem autem legatis omnimodo properantibus, & pervenientibus ad Trajectum, cives illius loci audientes cur venissent, congregaverunt & ipsi seniores populi, judicesque ad resistendum. Et quia multitudini advenientium congredi non posse viderunt, testati sunt à Rege Pipina jussum fuisse, ne corpus S. Bonifacii inde auferretur. Veruntamen legati hoc magis fictum, quam verum arbitrantes, viribus totis in ea, qua venerant causa, instabant, virtute scilicet divina eos roborante, & adjuvante, ut voti compotes existerent. Quod etiam ita esse rei probavit eventus. Nam cum utrinque ageretur altercatio de corpore Sancto, interea signum ecclesiæ, quod vulgo appellari solet clocca, absque humano motu sonare cœpit. Quo audito incolæ omnes, qui illic aderant, ad pugnam congregati, nutu divino perterriti obstupuerunt, & sancti viri corpus reddendum esse decreverunt; statimq; redditum est corpus, & à venerabilibus prædictis legatis susceptum cum debito honore. &c. Perductus est monasterii Puldensis loco, quo ipse sepeliri sæpius optavit, sæpiusq; id beato præsuli Lullo peragendum commendavit. &c. Habuit autem S. Bonif. in Episcopatu annos XXXVI. menses VI. & dies VI. passus est una cum sociis Nonis Iunii, anno scilicet peregrinationis suæ XL. sed Incarnationis Domini septingentesimo quinquagesimo, regnante eodem

Domino nostro, cui laus & gloria per omnia sæcula sæculorum, Amen. In margine adnotatur scriptum fuisse quinquagesimo quinto. Locum, ubi contigit martyrium S. Bonifacii, vulgo Dochum appellant, Dochingem vocat Heda, sic de eo agens fol. 34: *Accivit ex Britannia tam viros, quàm mulieres, religione & variâ scientiâ fulcitos, ad cooperandum sibi, quos tanquam morum magistros diversis in locis præfecit, inter quos erat Diva Walburgis. Tandem à Carolo principe (qui primùm Radbodum, & demum Poponem, Reges Frisiæ, bello delevit, Frisiam sibi subjugans) & à Pipino Rege maximis privilegiis, & donationibus in utilitatem ecclesiæ Trajectensis est honoratus, confirmatis etiam donationibus per Reges, & prædecessores suos, obtentis. Primum Eobano chori Episcopo, ac demum beato Gregorio successori suo curam diœcesis Trajectensis, ecclesiam verò Moguntiacensem Lullo committens. Cum jam Francos, Thuringos, Hessos, Saxones, Boructuarios, & plerosque alios populos Christo acquisivisset: novissimè transiens ad Frisios, ex quibus etiam multos subjugavit fidei, cum sociis quinquaginta duobus apud vicum Dockingem in Ostrachiâ martyrio coronatur. Passus est cum aliis nonis Iunii anno DCCLII. secundum alios DCCLIII. secundum alios DCCLV. anno Episcopatus sui XVI. anno quinto regni Pipini. Corpus ejus, & aliquot sociorum, Trajectum devecta, partim illic sepulta, & demum translata ad Fuldam Monasterium. Ex passis fuêre viri religiosi, presbyteri, Diaconi, atque Monachi, sed clariores inter eos fuêre Eobanus episcopus, & Adalarius sacerdos, qui primitus juxta aliquos apud Trajectum honorabilem meruerunt sepulturam, cum aliis, in cryptâ ecclesiæ sancti Salvatoris. Sed & ipsi quoque succedentibus annis translati Fuldam juxta corpus ipsius ducteris quiescunt.* Rhytmus Stockii etiam Dochinghen habet:

Te Dochinghen daer quamen hem aen
De onbekende wilde Vriesen. &c.

Vbi notandum Frisonum genus fuisse reliquis ferocius, quos *Wiltos* appellarunt, vulgò Wilden, wilde Vriesen, qui castrum Vltrajectinum, aut ab aliis Frisiis ceperunt, aut ipsi condiderunt, inde dictum Wiltaburgum, de quo supra ad annum 690 fol. 237. His, aut horum è stirpe oriundis imputat Stockius necem S. Bonifacii. Bochelius in locum Hedæ suprà citatum: *Frisia in tres dividitur partes: Ostergoa, Westergoa, & Sylvestres.* Fuldâ deinde magnam partem corporis S. Bonifacii Brugas perlatam fuisse, ostendimus libro præcedente, ubi docuimus à sanctis Willibrordo & Bonifacio, Vriam, etiam Frisiæ accensitam, sub episcopis Vltrajectinis, qui per ducentos annos ecclesiam Brugensem sibi conati sunt vindicare; S. Bonifacium quoque ecclesiæ B. Virginis fuisse fundatorem, aliarumque; ad quæ Lectorem remitto. Summæ sanctitatis atq; existimationis fuisse apud omnes Germaniæ inferioris, & superioris populos, S. Bonifacium, vel ex eo constat, quod ipsimet hæretici, Lutheri, & Calvini, sectatores, præclarissimum de eo testimonium dent, atque imprimis Carion Divum appellat Chron. lib. 3: *D. Bonifacius in Germania prædicavit.* David Chytræus in onomastico

mastico Theologico: *Bonifacius, Evangelista Germaniæ, & Archiepiscopus Moguntinus, natione Anglus fuit. Tempore Leonis Iconomachi, & Constantini Imperatorum, & Gregorii II, Gregorii III, & Zachariæ Pontificum Romanorum, propagavit Evangelion suâ voce in Bavaria, Franconia, Thuringia, Hassia, Frisia, evocavit ex Anglia viros, pios, & doctos, quos Ecclesiis præfecit, coëgit synodos, adjutus à Carolomanno, patruo Caroli Magni, in quibus decreta, de abolendis ethnicis idolomaniis, & piè constituendis Ecclesiis facta sunt. Sibi vivo elegit successorem Lullum: Tandem rediens in Frisiam, quæ ab Evangelio defecerat, à Frisiis interfectus est, anno Christi* 755. *die* 5. *Iunii, cùm Germaniæ Ecclesias rexisset annos* 40. *Condidit monasterium Fuldense, in quo sepulchrum illius vidi.* Letznerus Luteranus in historia S. Bonifacii Germanicè edita, præfatione ad Christianum Ducem Bruuswicensem, & Luneburgensem, apud Serrar. hist. Mogunt. fol. 595: *Hominum salutis causâ, & ne in æternum illi damnarentur, suis Apostolis, ac discipulis, ac post eos, multis Dei hominibus eruditis, Spiritum sanctum misit, ac dedit Christus: iisque serio præcepit, & commendavit, ut tam ipsi, quàm ipsorum successores sæculi hujus hominibus, quæ ipse Christus docuisset, ac fecisset, proponerent, pœnitentiamque, ac peccatorum remissionem, in suo nomine prædicarent, ac docerent. Et, ut speciatim de nobis Saxonibus dicam, deberemus meritò de salutis nostræ initio, & quemadmodum ad Christianam religionem venerimus, cogitare, ac reminisci, quod videlicet majores nostri, in hisce regionibus, ethnici fuerint, de Deo & clementi ejus voluntate nihil sciverint, neque Deum cognoverint, sed mutis, mortuis, & diabolicis idolis servierint, eaque, tanquàm Deum, coluerint, & adorarint, donec per S. Bonifacium, Carolum Magnum, Ludovicum Pium, aliosque similes, ex horrendis gentilibus tenebris, & è cæco ethnicismo extracti, & omnium primò ad Christum, de quo nec minimum quid antea sciebant; adducti sunt.* S. Bonifacio in archiepiscopatu Vltrajectino succedit Gregorius, de quo sic Beca fol. 19: *Cùm Beatus Bonifacius Archiepiscopus diversas perlustraret urbes, ad dilatandum cultum divini nominis, contigit, ut deveniret ad Monasterium puellarum, propè Treverim in ripâ Mosellæ fluminis. Quem ex tunc Adela venerabilis Abbatissa, cum ingenti devotione, collegit in hospitio, sperans spiritualem ædificationem audire de tanti patris alloquio, dum autem idem Episcopus ad mensam accederet, ut cum ancillis Christi communem refectionem reciperet, ecce quidam ingenuus puer, xv. annorum, nomine Gregorius, secundum claustralem ritum, expetiit ab Episcopo benedictionem, coram discumbentibus homiliam ordinatè legens, finemque suæ lectionis, ordine consueto claudens. Beatus igitur Bonifacius, eandem Homiliam incepit, exinde repetere, & circumsedentium animos ad contemplativæ vitæ dulcorem adeo ferventer incendere, ut idem puer Gregorius relictis statim omnibus, sequeretur eundem Episcopum, qui diebus illis iter arripuit ad convertendum Turingiæ populum. Eidem igitur Episcopo, jam dictus puer, usque ad maturam ætatem, irrevocabiliter, adhæsit, ac ipsius fidelis compar, in verbo veritatis, ubique fuit: demum verò, ut prædicitur, beatus*

Apud Serrar. f. 597.

Bonifacius, infidelis Frisiæ pagos adiens, & Martyrii palmam, cum summâ devotione desiderans, substituit Gregorium Trajectensi Ecclesiæ succedentem Episcopum, quem veraciter agnovit virum sanctum, dignum, idoneum: Quanta verò charitatis, & benevolentia, jam dictus Pontifex, in Episcopatu suo vixit, tractatus de vitâ, sive conversatione suâ, lucidissimè manifestat: hic idem Episcopus destinavit Lysvinum, Marcellinum, ac Willibaldum ad partes Transisellanas, prædicare sanctum Evangelium, ubi post plurimorum conversionem, idem Lysvinus, apud Oudenseel, migravit ad Dominum. Eodem anno 755. aut præcedente, contigit solemnis illa translatio reliquiarum S. Germani, *de oratorio S. Symphoriani, intra majoris Ecclesiæ aulam,* ut scribit Adelmus, cui præsentes fuerunt, Pipinus, Carolus, & Carolomannus Reges, ac Carolus quidem tum scribitur fuisse septennis, & postponitur Carolomanno, sic enim loquitur auctor: *Die constitutâ gloriosissimus Rex præfatus* (Pipinus) *unà cum multitudine Antistitum, & Procerum, assistentibus filiis suis Regibus (Carolomanno, videlicet, atque Carolo, qui posteà magnus dictus est, tunc septenni puerulo) sacratissima membra reverendissimi Antistitis Germani, intra majorem basilicam, cum digno honore transposuerunt.* In veteri exemplari M.S. fuerit *XII. ann. puerulo,* undè malè exscriptum fuerit *VII. ann.* nam pro septenni manifestè hic legendum duodenni. V. annum Christi 742. 814.

Fol. 384.

Anno Christi 756. Pipini Regis Francorum V. Ann. Pith. & Fuld: *DCCLVI. Iterum Pipinus Italiam ingressus, Haistulfum Papiæ inclusum, obsidet. Ravennam, cum Pentapoli reddere compellit, & per Folradum, missum suum, sancto Petro Apostolo, & Stephano Papa, vicario ejus tradit.* Annales Metenses sic de Haistulpho anno 755: *Nullam spem evadendi habens, per supplicationem Sacerdotum, veniam à præcellentissimo Rege Pippino postulavit, & ea quæ contra jus, vel sacramenta perpetraverat, secundum judicium Optimatum Francorum se plenissimâ voluntate emendare spopondit. Rex ergo Pippinus solito more misericordiâ motus, Regnum ei, & vitam concessit. Haistulphus autem per judicium Francorum, thesauri, quod in Ticino erat, tertiam partem Pippino. Sacramenta iterum renovans, obsidésque tribuens, promisit se partibus Francorum semper esse fidelem: & annuale tributum, quod Francis debuerat, per missos suos annis singulis esse transmissurum; & ea quæ sancto Petro vel Stephano Papæ annis præteritis promiserat, cuncta reddidit. Pippinus autem victor, cum incolumi exercitu gaudens ad propria remeavit, thesauris & obsidibus secum adductis.* In Annalibus Francorum auctioribus Tilii additur, de Pippino: *Ravennam civitatem cum Pentapoli acquisivit, & S. Petro tradidit.* De Fulcario episcopo Leodiensi, ita Ægidius in gestis Leod. episc: *Post S. Florebertum, tricesimus secundus episcopatum suscepit vir venerabilis Dominus Fulcarius, qui floruit tempore Pipini secundi; patris Caroli Magni. Hujus temporibus, Leodiensis ecclesia adhuc novâ fundatione multa acquisivit; qui & obiit in senectute bona. Præfuit enim Leodiensi ecclesiæ, annis quindecim, temporibus Stephani Papæ secundi, & Pauli primi, fratris ejusdem, sub imperio Constantini, & Leonis,*

Fol. 5.

Chesn. t. 3. fol. 277.

Chesn. t. 2. fol. 12.

Tom. 1. fol. 147.

Leonis, Imperatorum. Vbi in annotationibus adfertur diploma Ludovici Pii, datum anno imperii ejus XIII ecclesiæ Leodiensi, in gratiam Fulcharii episcopi Tungrensis, quæ omnino veritati repugnant. Patet enim suprà anno 745. & 755. Fulcarium episcopum fuisse Leodiensem. Fol.356. 374.

Anno Christi 757. Pipini Regis Francorum VI. Stephanus III Papa obiit VI Kal. Maii, vac. sed. dies 32. Paulus Constantius Romanus consecratus IV Cal. Iun. sed. ann. 10. mens. 1. *Onuphr.* Ann. Pith. & Fuld. *DCCLVII, Hastulphus in venatione quadam equo lapsus, regnum cum vita perdidit.* Regino id habet anno 755. Annales Metenses, qui tamen Reginonem fermè sequuntur, an. 756. Pergunt Ann. Pith. & Fuld. eodem anno: *Constantinus Imp. Pipino Regi inter cætera munera etiam organum mittit.* Adducit Annal. Metenses: *Quod antea non visum fuerat in Francia.* Subdit & Regino: Fol.24. *Rex Pipinus tenuit palatium suum in Campendio, ibique Thassilo venit Dux Baioariorum, & suus effectus est, per manus, sacramentaque multa juravit Pipino, & filiis ejus, supra corpus sancti Dionysii, sancti Germani, & sancti Martini simul, & ejus homines meliores fecerunt.* Apud Chesne tom. 3. literæ sunt Pontificis ad Pipinum gratias actoriæ post Astulphi mortem, ob Vrbem & Italiam, à Longobardorum invasione liberatam: *DOMNO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO* Fol.719. *SPIRITALI COMPATRI PIPPINO REGI FRANCORVM, STEPHANI PAPA. Explere* &c. *Quia elapso anno, isto in tempore, valde ab hostium depapulosa impugnatione sauciati, & ultro citrâque circumdati affligebamur, nunc autem tuo potentissimo auxilio erepti ab imminentibus periculis, immensa exultamus gaudio, & benedicentes nomen Domini cum Psalmographo consonâ dicimus voce: Hac est immutatio dexteræ Altissimi. Et rursum: Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Cujus enim vel saxeum pectus, tam benigno opere è tua præclarâ bonitate peracta, cognitóque, non statim in omnipotentis Dei laudibus, atque in tuæ Excellentiæ amorem mollescat?* &c. *Benedictus es, eximie fili, à Deo excelso, qui fecit cælum & terram. Et benedictus Deus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Benedicat tibi Dominus pulchritudo justitiæ, & tuos amantissimos natos, meósque spirituales filios, Domnum Carolum & Carolomannum, à Deo institutos Reges Francorum, & Patricios Romanorum, cum Christianissima eorum matre, excellentissima Regina, dulcissimáque conjuge, fidele Dei, spiritali nostra commatre, tueatur, & in omnibus protegat. Dilatet Deus semen vestrum, & benedicat in æternum, atque solium Regni fruendum perenniter concedat, & universam gentem Francorum, sub vestra ditione permanentem illæsam custodiat. Tyrannus ille, sequax Diaboli, Aistulphus, devorator sanguinum Christianorum, Ecclesiarum Dei destructor, divino ictu, percussus est, & in inferni voraginem demersus. In ipsis quippe diebus, quibus hanc Romanam urbem devastandam profectus est, post anni spacii circulum, ita divino mucrone percussus est, ut profectò in eo tempore, quo fidem suam temtans diversa piaculi scelera perpetratus est, in eo, & suam impiam*

piam finiret vitam. Nunc autem, Dei providentiâ, per manus sui principu Apostolorum beati Petri, simul & per tuum fortissimum brachium, praecurrente industriâ Deo amabilis viri Folradi, tui fidelis, nostri dilecti filii, ordinatus est Rex super gentem Langobardorum Desiderius, vir mitissimus, & in praesentia ipsius Folradi, sub interjurando, pollicitus est, restituendum beato Petro civitates reliquas, Faventiam, Imolam, & Ferrariam, cum eorum finibus, simul etiam & saltora, & omnia territoria: necnon & Ausimum, Anconam, & Humanam civitates, cum eorum territoriis: & postmodum per Garinodum Ducem, & Grimoaldum, nobis reddendum spopondit civitatem Bononiam, cum finibus ejus, & in pacis quiete, cum eadem ejus Dei Ecclesia, & nostro populo semper mansurum professus est, atque fidelem erga à Deo protectum Regnum vestrum esse testatus est: & petiit nos, quatenus bonitatem tuam deprecaremur, ut cum eo, & cuncta gente Langobardorum, magnam pacis concordiam confirmare jubeas. Nam & Spoletini Ducatus generalitas per manus beati Petri, & tuum fortissimum brachium, constituerunt sibi Ducem, & tam ipsi Spoletani, quámque etiam Beneventani, omnes se commendare per nos à Deo servata Excellentia tua cupiunt, & imminent anhelantius, in hoc deprecando bonitatem tuam. Unde petimus te, excellentissimi fili, & spiritalis compater, ut si praedictus Desiderius, quemadmodum spopondit, justitiam sancta Dei Ecclesia sua, Reipublica Romanorum, beato Petro protectori tuo, plenius restituere, & in pacis quiete, cum Ecclesia Dei, & nostro populo, sicut in pactibus, à tua bonitate confirmatis, continetur, permanserit cum universa sua gente, jubeas in id, quod petiit, tuas à Deo inspiratas aures inclinare, &c. Desiderius successor Astulphi, ab Eginharto, de gestis Pipini Regis dicitur fuisse: *Ejus Comes stabuli*. anno 756. Annales Francorum è bibliotheca Tilii & Petavii: *DCCLVII. In eodem anno moritur Stephanus Papa, & nativitas Gislanae; ipso venit organa in Franciam.* Gislana haec, seu Gisla, fuit filia Pipini, Caroli soror, postea monialis. Vide anno 810. Alia fuit filia Caroli, Gisla, ex Hildegarde nata, & baptizata Mediolani anno 781, de qua suo loco. Hoc tempore (utar verbis Theobaldi, coaetanei authoris, qui vitam S. Gomari descripsit ad Sigerum Lirensem praepositum, apud Surium): *S. Gomarus praeclarâ stirpe ortus apud Emblehem*

11. Octob. *Riensis provincia pagum*, &c. *ad aulam Regis perductus est à parentibus suis: dignus quidem, ut regni principibus interesses, & negocia regni procurares. Pipinus eo tempore regni habenas moderabatur: & ab illo quidem Gummarus susceptus est, sed mallet utiq. Deo servire, quàm Regi: mallet privatus vivere, quàm in aula versari.* Et mox: *Pro sua industria, non solùm Regi gratus, & acceptus, sed etiam cunctis optimatibus ejus charissimus fuit. Sermo ejus sapientiâ conditus erat: omnia opera ejus Deo & hominibus placebant.* Circa haec etiam tempora Mechliniam venit S. Rumoldus ad Comitem Adonem, de quo supra anno 754. fol. 377. Molanus 1. Iulii: *S. Rumoldus ex parte Scotia, qua hodie Hybernia dicitur, desertis patriâ, parentibus, nobilitate & Archiepiscopatu Dublinensi, Romam ivit, & inde, habitâ Pontificis benedictione,*

nedictione, juxta Angeli apparitionem, eò pervenit ubi Scaldis fluvius in mare se exonerat, naturaque juxta lunæ curriculum labitur ac perfluit. Hoc est, Mechliniam; ubi sic fidei rudimenta plantavit, ut meritò post beatum Lambertum Mechliniensium Apostolus habeatur. Susceptus est autem benignè ab Adone Comite, ejúsque conjuge Elsza. Theodoricus, Abbas monasterii S. Trudonis, apud Surium, in ejus vita, sic describit iter ejus Romam versus: *Romam auditu didicerat: eam, vel studio invisendorum locorum, vel veneratione Apostolorum, appetendam deliberat. Omnibus exoccupatus, nec jam in angaria crucem Iesu gestaturus, in Britanniam ex more gentis transmeat. Navigant enim vimineis alveis, quos circundant ambitione tergorum bubalorum. Indè transmisso Morinorum freto, qua brevissimus transitus maris est, in Galliam defertur, quoquò locorum veniens, Iesum semper proloquens, de vita æterna, & quid sit Deus, homines instruens; sæpè etiam cum ratio postulasset, miraculorum gratiâ refulgens. Sic demum satis laborioso itinere Alpium nives transreptat.* Tum de ejus reditu: *Divinitatis igitur se committens consilio, compendiosâ peregrinatione Italiam reversus, qua se Apennini montis dorso attollit, supergreditur: Galliásque ingressus, in eas occidentalium partes se deponit, qua Scaldis fluvius æstum maris in Ruperam usque remittit. Locum incolæ Machliniam dicunt; propter maris malinam & ledonam, quæ certis temporibus, cum cornicularis Lunæ consonantia, nunc accessum faciunt, nec ultrà, quàm ad hujus loci fretum, vel damna, vel lucra sua commutant. Nobilium quidam Odo nomine Comitatum gerebat, cùm æquè moribus, & genere nobili conjuge. Ambo religiosi, ambo ante Deum florentes castitate conjugali, ut antiquos illos Abraham & Saram esse putares: præter quòd Isaac tertius aberat. Hi solitâ religione virum mox visum invitant, hospitio inducunt, convivio participant, ad commanendum postulant, & impetrant. Felices ambo tali hospite, ad cujus ingressum divinâ jocundati sunt benedictione. Vnâ enim dierum soli & sine arbitris divinum aliquid cùm agerent, totâ spiritum prophetiæ mente concipiens, manu impositâ orationem præstat, utrisq; benedicens fœcunditatem pollicetur: seipsum compatrem promittit, de nomine prædicit.* Pipini diploma est in S. Dionysii, initio ut supra, quo jubetur omnis servorum ejus monasterii progenies, quamvis è legitimo matrimonio, esse servilis. Hoc fine: *Si quis autem hanc Regalem præceptionem nostrorum prædecessorum, atque nostram destruere voluerit, atque temptaverit, decem libras auri purissimi, & viginti pondo argenti thesauris Regalibus solvere compellatur, & cum omni domo sua: si antea liber erat, de cætero servus perpetualiter habeatur, & lege mancipiorum Ecclesiasticorum constringatur: Si verò servilis conditionis fuisse dinoscitur, multetur coram Iudicibus verberibus centum quinquaginta. Vt autem hæc nostræ præceptionis firmior habeatur constitutio, nostro subter assignari præcipimus anulo. Signum Pippini gloriosissimi Regis. Ego Franco recognovi. Actum Suessionis palatio, die 3. Non. Aprilis, indict. IIII. anno vero regni Domni nostri Pippini 6. in Dei nomine feliciter.*

1. Tom. f. 24.

Fol. 697.

Anno

Anno Christi 758, *Pipini Regis Francorum VII.* Annal. Pith. & Fuld: *DCCLVIII, Pipinus Saxonibus tributum imposuit, ut trecentos equos singulis annis sibi solverent.* Ob iteratam videlicet rebellionem, & munitiones exstructas; unde sic Fredegarius jussu Nibelungi continuatus: *Sequenti anno iterum Saxones contra eorum fidem, quam*
Chef. t.1. f.774. *præfato Regi dudum promiserant, solito more iterum rebelles contra ipsum existunt. Unde & Pipinus Rex irâ commotus, commoto omni exercitu Francorum, iterum Rheno transjecto in Saxoniam, cum magno apparatu veniens, ibique eorum patriam maximè igne cremavit, captivos tam viros, quàm feminas, secum duxit, cùm multam prædam ibidem fecisset, & plurimos Saxones ibidem prostravisset. Convenientibus iis, Saxones pœnitentiâ commoti, cum solito timore clementiam Regis petunt, ut pacem eis concederent, & sacramenta, atque tributa, multo majora, quàm antè promiserant, redderent, & nunquam ultrà jam rebelles existerent. Rex Pipinus, Christo propitio, cum magno triumpho iterum ad Renum ad castrum, cujus nomen est Bonna, veniens.* Regino quoque, ut solet uno anno
Fol.24. præproperè: *Anno Dominicæ incarnationis DCCLVII. Pipinus Rex in Saxoniam iter fecit, & in munitiones Saxonum, per virtutem, introivit, & in loco, qui dicitur Sitina, multæ strages factæ sunt de populo Saxonum. Et tunc promiserunt se omnem voluntatem Regis facturos, tributum etiam præsentandum, equos scilicet CCC per singulos annos.* Pergit Regino: *Anno Dominicæ incarnationis DCCLVIII. notus est Pipino Regi filius, cui supra dictus Rex nomen imposuit, qui vixit annos duos, & in tertio defunctus est. Eodem anno celebravit Natalem Domini in Longolare, & Pascha in Iopilia.* Iopilia est sedes Pipini II. in qua obiit. vide anno 714. fol. 288. quam, non dubium, quin sæpe inviserit Pipinus Rex, è Francia in Germaniam, & contrà, proficiscens. S. Abel ab ecclesia Remensi depellitur anno 758, ut notat Colvenerius in catalogo episc. Rhem. ex hoc Adriani Papæ ad Til-
Fol.235. pinum apud Flodoardum: *Sanctæ memoriæ Bonifacius, Archiepiscopus, & Legatus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & præfatus amabilissimus Fulradus, Franciæ Archipresbyter, tempore antecessorum nostrorum Zachariæ & Stephani successoris illius, multum laboraverunt, ut bonæ memoriæ prædecessor noster domnus Zacharias pallium Archiepiscopo Remensi, Abel nomine, per deprecationem supra scripti Bonifacii transmitteret, quòd ab illo constitutum fuit; sed ibi permanere permissus non fuit, sed magis contra Deum ejectus est, & Remensis Ecclesia per multa tempora, & per multos annos, sine Episcopo fuit, & res Ecclesiæ de illo Episcopatu ablatæ sunt, & per loïcos divisa sunt, sicut & de aliis Episcopatibus, maximè autem de Remensi Metropolitana civitate.* Secessit verò Abel Lobium, ubi ob dignitatem, ut Abbas receptus, teste chron. Lobiensi Ægidii Wauldé, f. 345. Fulcuinus, Abbas Lobiensis, in Chron. Lobiensi (quod nondum mihi videre licuit) apud Miræum in Fastis Belgii: *Habuit*
5. Augusti. Fol.461. *S. Herminus cooperatores sive successores, ejusdem loci gubernatores, & Coabbates, sanctum utique Abel, Scotum genere, & S. Vulgisum Episcopum, & Dominum Amulninum æquè Episcopum: qui utrum sibi vicissim succes-*

se-

sim successerint an S. Ermino spiritualibus occupato rebus, locum in communi tractaverint, nihil certi reliquit antiquitas. Non tacuit tamen locum Lovuensem eos, & tenuisse, & gubernasse; sed & pro opportunitate temporum locum emelioraße. De Abele quoque tale quid comperimus Remis cum fuissemus, & cum viro venerabili, & illarum partium eruditissimo, confabularemur, ab Alberone Archiepiscopo requirentibus nobis originem ejusdem urbis, prolatis ejusdem urbis pontificalibus gestis, pro opportunitate temporis satisfecit. In quibus videlicet gestis inventum est, quòd in eadem civitate Abel quidam fuerit Episcopus, qui in ea plura, vel acquisierit, vel ordinaverit, finis verò ejus quis fuerit, scriptor gestorum, aut nescivit, aut omnino tacere voluit. Nos in tantis undecumque temporum ruinis, hunc eundem Abel & nostrum fuisse, & Scotum & Episcopum, facili ratione probabimus. Sed quod scriptori ejus incertus exstitit finis, longinquitas fortè fecit itineris & viri religiosi voluntaria privatio, & amor patriæ cælestis. Dixit etiam Episcopus supra memoratus, prædecessorum suorum auctam usq; ad se consuetudinem, ut inter Missarum solennia, in ea speciali commemoratione defunctorum, quæ super diptycha dicitur, & in consecratione Dominici Corporis solenniter agitur, quotidie in aurem presbyteri, recitante silenter Subdiacono, omnium ipsius Sedis Episcoporum nomina ex scripto viritim recitentur; satisq; mirari, quod in ea commemoratione iste non inveniatur. Quod ut conjicimus, idcirco actum est, ut ipse vacanti sedi jam antea Episcopus jussus sit aliquantisper insidere, aut pro amore Dei voluntariâ cessione illum catalogum repudiasse. Notat Miræus Alberonem Archiep. Rhemensem obiisse anno 989. subditque. *Notet autem hic antiquitatis Ecclesiasticæ studiosus, super diptycham defunctorum commemorationem olim ex diptycho fieri solitam, sive ex tabella, in qua partim vivorum, partim defunctorum nomina continebantur. De diptycho ejusq; usu consule Baronium in Annalibus.* Anno 407. *Visitur autem hodieque Leodici, in D. Lamberti sacrario, diptychon sive tabella plicatilis, ebore confecta, in qua pœnè exesa Episcoporum illius urbis nomina etiamnum leguntur.* Porro vacavit sedes Rhemensis annis quindecim, ut notat Colven. in Catal. ad Flodoardum. Vide paulo post anno 773. S. Gomarus uxorem ducit, de qua sic Theobaldus apud Surium loco citato: *Nullâ incitante libidine, sed cogente Rege* 11. Octob. fol. 160. *uxorem duxerat Guinmariam, longè à suis moribus discrepantem. Nam quantum ille humanitate, & misericordiâ, tantum illa crudelitate redundabat. Cùm ergò jussu Regis ad expeditionem se pararet, domûs suæ, totiusq; familiæ curam, potestatemq; ei reliquit, admonens, ut erga subjectos multâ uteretur mansuetudine: & profectus est. Sed illa quadam belluina feritate post ejus abcessum cœpit sævire in suos, falsò illis quasdam affingens culpas, & eos negligentiæ insimulans, quòd debita non persolverent: contemnebat eorum servitia, tanquàm qui nulli essent usui, nec ullius precii eos reprobabat. Atque sub hoc prætextu auferebat etiam boves eorum, & omnem possessiunculam, nihil eis relinquens præter paupertatem, & laborem, vitamq; cum summa miseria conjunctam. Cumq; nihilominùs absq; ullâ clementia exigeret tantumdem ab illis, quantum anteà consue-*

consueverat, illi bobus spoliati instar jumentorum, colla jugo supponentes, trahebant plaustra onusta usq; ad domum illius, gementes, atque dolentes. At vide nunc animum non fœminæ, sed immanis belluæ. Rebus omnibus spoliatos, etiam duris affligit verberibus, & capillos illorum tonderi jubet. Vide quæ sequuntur anno 767. Eodem tempore nascitur S. Libertus Mechliniæ, sic enim Theodoricus in vita S. Rumoldi, qui ejus nativitatem anno superiore prædixerat: *Iuxta tempus & diem prædictam, de priùs sterili, filius nascitur: exceptus homini Dei præsentatur: ille susceptum baptismate abluit: & Libertus nomen imponit.* Matthias Hovius vult hoc anno Normannos Zelandiam invasisse, eamque tenuisse ad annum usque 800. citans Ottonem Fringensem lib. 5. cap. 30. ubi nihil simile reperio, ut neque in chronico Zelandiæ, incognito adhuc tum temporis nomine Normannorum.

Fol. 400. Fol. 391. Sur. 1. Iulii fol. 24.

Anno Christi 759. Pipini Reg. Francorum VIII. Annal. Pith. & Fuld. *DCCLIX. Waipharius Dux in Aquitania tyrannidem exercens pressuras Ecclesiarum Dei movit, deprædationes, & injustitias multas fecit.* Annales auctiores Tulii: *DCCLIX. natus est Pipini filius, cui imposuit nomen suum, vixit annos II. celebravit natale Domini in Longlare, & Pascha in Iupilio.*

Chesn. t. 3. f. 12.

Anno Christi 760. Pipini Regis Francorum IX. Annal. Pith. & Fuld. *DCCLX. Pipinus, Waipharia Ducis stultitiâ permotus, ducto in Aquitaniam exercitu, justitias Ecclesiarum Dei facere renuentem, rerum injustè ablatarum restitutionem promittere sacramento coegit.* Circa hoc tempus in Frisiam venit S. Lebuinus, Daventriensium patronus. Othelgrimus in vita S. Lutgeri, Monasteriensis Episc. apud Miræum in Fast. Belg. 12. Novemb. *Temporibus Gregorii III. Vltrajectensis Episcopi, venit & aliùs homo sanctus, Liafvvinus nomine, ex Anglorum gente Domino vocante, adductus. Etenim referebat, trinâ omnipotentis Dei admonitione, terribiliter se exire jussum, ut illo in loco, & illis gentibus miseratoris nostri Evangelium prædicaret. Petiitque à Gregorio demonstrari sibi locum divinitùs commendatum. Gavisus ille de divina clementia, direxit eum in confinium Francorum, & Saxonum, juxta fluvium Isala, ad locum, qui dicitur, Daventre, dans ei comitem, & cooperatorem verbi Dei, servum Domini Marchellum, & ipsum ex Anglorum genere, à S. Wilbrordo à pueritia enutritum. Ibi cùm Ecclesiam construeret, & plurimos convertisset ad Dominum, sanctam animam reddens Domino, locum illum suo honorificavit corpore. Post mortem illius, Saxones, zelantes inibi collectionem Christiani populi, locum illum præda, & incendio vastaverunt, combustâq; Ecclesiâ, corpus ejus, dum quærerent, invenire nequiverunt.* Malè pseudo-Marcellinus hunc posuit consodalem S. Wilbrordi, Heda quoque confudit eum S. Livino Gandavensium patrono. V. ad annum 692. fol. 245. sup. Nota situm Francorum.

L. 1. c. 6.

Anno Christi 761. Pipini Regis Francorum X. Annal. Pith & Fuld. *DCCLXI. Waipharius juramenta mentitus Pipino, molestus efficitur, & ferro, & igne cuncta vastando, Cavillonem usque pervenit, Pipinumque sibi cum suis occurrere compulit.* Annales Metenses fol. 761. hoc

hoc etiam addunt: *Pipinus Rex conventum Francorum habuit in Duria villa publica, & de utilitate regni Francorum tractans suos ibi optimates adunavit. Duria* hodieque Duren appellatur in Ducatu Iuliacensi. Bucherius ad res gestas Episcoporum Leod: *Anno 761, Fulcarius moritur post 15 annos completos sua sedis, succedit Agilfridus.* Ægidius fol. 149: *Post hunc* (Fulcarium) *trigesimus tertius pontifex, ordinatur D. Agilfridus vir praclarus & nobilis, & in palatio Caroli Magni nominatissimus, hic primus vitam S. Lamberti per quendam clericum suum Godescalcum nomine scribi fecit.* Adnotat Bucherius loco citato ad annum 761: *Circiter 70 annis post ejus martyrium.* Ancelmus cap. 31: *Trigesimus secundus sedit Fulcarius, trigesimus tertius Agilfridus, ad quem Carolus Magnus, Desiderium, Italiæ Regem, Leodium misit in exilium.* Vide postea ann: 774. Sanderus Fland. Illustr. tom. 2. in auctuario ad tom. 1. fol. 54. eundem Egilfridum facit Abbatem cœnobii Gandavensis, ut dictum anno 754. fol. 378. sed Sanderus eum obiisse scribit eo fere tempore, quo Bucherius eum tradit Episcopum creatum. Verba Sanderi: *Obiit Egilfridus, Episcopus Leodiensis, & Abbas Gandensis cœnobii nouus, anno 762, cui successit Robertus.* Sic ferè & Sigebertus anno 762. Ego existimo ad hunc usque annum eum Abbatem fuisse, nunc vero Abbatis officio defunctum, Fulcario in episcopatu successisse.

Anno Christi 762. Pipini Reg. Francorum XI. Annal. Pith. & Fuld: *Pipinus cum Carolo filio Burbonem, Canitolam, Clarmontem, aliasque ciuitates, & castella, pugnando cepit, aliisq; quam plurimis ejus dominatui subjectu etiam Bituricam expugnans.* Meyerus in Ann: *DCCLXII. S. Amelberga sepulta in Temsic ade D. Virginis, sed posteà Gandavum translata, conditáq; ad S. Petri cœnobio D. Benedicti.* Quod id priores annos referendum. Sub hoc tempus constitutus à Pipino episcopus Trevirensis S. Hildulphus Belga, de quo sic Mir. in Fast: *Hunc claro Nerviorum genere ortum Pipinus Francorum Rex, petente clero ac populo, Treveris episcopum constituit. Post aliquot autem annos, cum tribus monachis, Spinulo, Ioanne & Benigno, in diœcesis Tullensis silvam, qua dicitur Vosagus vel Vogesus, secessit, ubi & obiit. Vitam ejus scripsit Bruno Tullensis episcopus, pòst Leo IX. Papa nuncupatus, ut testatur Molanus in autographo Natalium Belgicorum, quod Lovanii exstat apud Philippum Zangrium bibliopolam.* Fol.395

Anno Christi 763. Pipini Francorum Reg. XII. Annal. Pith. & Fuld: *Tassilo nepos Pipini de exercitu Regis se subducens ad Baioarios secessit.* Hisce temporibus vacante cathedra Remensi, sedes quoque ei subditæ, aut vacarunt, aut episcopos habuere, de quibus nihil scriptu dignum posteris est relictum; unde Cameracensis & Atrebatensis sedis nomina sola adducit Baldericus, post Trauwardum videlicet, Gunfridum, sive Godefridum, & Albricum, de quibus supra fol. 370. Vide & anno 776, de Alberico. Colvenerius in Baldericum parum etiam de his, ut & Gazæus. Tornaci quoque post Eliseum nominantur Adelfredus episcopus, Dodon, & Gillebertus;

bertus; de quibus vide Cosin. lib. 2. cap. 48. & apud Meyerum tom. 4. fol. 19. vers. qui nihil de illis, nisi nomina adducunt; Morinensium, seu Teruanensium, post Erkenbodonem, sola nomina habet Chenu, videlicet: *Adalgerus, Gumbertus, Etharius, Rodaldus, Athalphus, Vigbertus, Theoduinus, & Ambaldus.* De Ethario adnotat mentionem fieri epist. 3. Zachariæ Papæ. Vixerit itaque ante annum 752. quo vivere desiit Zacharias Papa.

Anno Christi 764, *Pipini Reg. Francorum XIII.* Ann. Pith. & Fuld: *Hoc anno contigit hyems valida & præter solitum prolixa.* Puto duobus annis serius hoc ponendum, ut & illud quod scribunt iidem annales de morte Pipini anno sequenti. Gordonus anno 766: *Hoc anno Pontus ad centum miliaria obriguit in glaciem, & nix viginti cubitos alta montem referebat.* Vide apud Sigonium plura. S. Abel de quo supra 758, obit in monasterio Laubiensi 5 die Aug. ut ait Colven. in catalogo episc. Rhem. ex Chron. Lobiensi supra citato. *Hunc* (inquit Colven.) *quidam non numerant, & secundum hoc Hincmarus in epitaphio S. Remigii se vocat XXXI Rhemensem episcopum, & XVI à S. Remigio.* Locrius: *Anno 764, Sanctus Aldebertus, Ostrovandiæ Comes, & Sancta Regina ejus conjunx, Dononiense Cœnobium,* Fol.93. *in diœcesi Atrebatensi ad Scaldim fluvium companunt. Cui S. Ragenfredis eorum filia, prima dicitur Antistita. Quo in ordine dignitatem originis, morum honestate, & sanctorum operum claritate magnaperè illustravit. Porrò Virgines Dononienses, non Monastica, sed Canonicæ, seu regularis vita genus initia secuta sunt, Post Normannorum autem vastationem, Benedictinum institutum sunt complexa. Ioannes Molanus* 8. *Octob.* Miræus in Fast. Belg. 1. Iulii: *Reginam* (vocat) *Regia genere, & affinitate claram, Pipini Francorum Regis neptem.* Raginfredis contractè Rainfredis. Ejus meminit & Baldericus in Chron. Camerac: L.2,c.28. *In vico Duneng, beata Rainfridis ex sui juris rebus cellam fundavit, & sanctimonialibus constituit, ipsa etiam Abbatissa regimenium duxit. Hanc autem postea, incumbente inopiâ, inclinatam, pauci canonici incalebant: donec concilio domni Gerardi Episcopi, & Leduvini Abbatis, moderno tempore Balduinus Comes ad pristinum statum restituit, ibique monialibus regulariter institutis, Abbatissam, nomine Ermentrudem, præfecit.*

Chef. t.2. f.535. *Anno Christi* 765, *Pipini Reg. Franc. XIV.* Annales Fuldenses: *DCCLV. Hruodgangus Metensis urbis Episcopus, postulavit à S. Paulo Romana Sedis Apostolico corpora sanctorum martyrum Gorganii, Naboris, & Nazarii, & impetravit: adduxitq́ cum honore ab urbe Roma, & in Franciam transtulit.* Ibidem: *Anno DCCLXVI, corpus S. Gorgonii condidit in monasterio suo, quod ipse à novo ædificaverat, cui vocabulum est Gorzia: Sanctum Naborem in monasterio alio, quod dicitur Nova cella: Sanctum verò Nazarium in Monasterio Lauresham, quod est in Germania. In quibus locis miraculis vivunt, & glariâ.* Miræus in Fastis ita 6.Martii etiam de eo scribit: *B. Godegrangus, Episcopus Metensis, in Lotharin-* Fol.140. *gia, natus est in Hasbania, patre Sigiramna & matre Landrada, Caroli Martelli filia. Pietati & litteris operam dedit, primùm in monasteria S. Trudonis*

Trudonis apud Hasbanos, deinde Metis: à cujus urbis Clero Episcopus electus, amplissimam potestatem Episcopos per Galliam ordinandi à Stephano Papa accepit. Tria exstruxit monasteria, & an. 765 vivere desiit; ut Sigebertus notavit, qui libro De viris illustribus, memorat ipsum sanctæ religionis regulam scripsisse, eamq́ Metensis Ecclesiæ Clericis observandam dedisse. Sed hanc regulam, ut pleraque aliæ Ecclesiæ, sub Walone Episcopo, & unà vitam communem, abdicarunt, & facti sunt Canonici sæculares, ac proprietarii. Miræus in Annal. fol. 9: *Anno DCCLXV obiit Cælestinus, Abba Blandiniensis, in monasterio Rotornacensi, quem ab Carolo Martello pulsum fuisse supra meminimus.* Vide fol. 8. an. 716. Meyerum.

Anno Christi 766, Pipini Reg. Franc. XV. Circa hoc tempus ad Pipinum missa est epistola Pauli Papæ pro defensione Ecclesiæ Romanæ, contra Desiderium Regem Longobardorum, hoc principio: *DOMNO EXCELLENTISSIMO FILIO, ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI PIPPINO REGI FRANCORUM, PAULUS PAPA. Quotiens* &c. *Dirigens Neapolim idem Desiderius Rex, accersivit Georgium imperialem Missum, qui ad vos Franciam directus fuerat, cum quo nefariè clam locutus est, iniens cum eo consilium, atque suas Imperatori dirigens litteras, adhortans eum, ut suos Imperiales dirigat exercitus in hanc Italiam provinciam, & ipse Desiderius, cum universo Longobardorum populo professus est, Deo sibi contrario, auxilium præfatis Imperialibus exercitibus impertire: quatenus ex una parte, ipsius exercitus, & ex alia isdem Desiderius cum universo Longobardorum populo, utriq́ dimicantes, Ravennatium civitatem comprehendere queant, suámque Imperator, quod Dominus non permittat, adimplere valeat, in quocunque voluerit, voluntatem. Nam & cor cum eodem Georgio Imperiali Misso constituit, ut dromonum Siciliæ istorum in Otorantina civitate dirigatur, ut tam Græci, quàm Longobardi, ipsam obsidentes comprehendere valeant civitatem, eámque concedat Imperatori, cum hominibus & facultatibus, quæ in ea consistunt, & tantummodo Ducem illum, atque ejus nutritorem Iohannem prædicto Regi restituat. Post verò dissolutionem eorundem Ducatuum conjunxit hîc ad nos Romæ itidem Langobardorum Rex; & cum eo loquentes, nimis eum adhortati sumus, & per sacratissimum corpus B. Petri, atque etiam per suam à Deo protectam Excellentiam, fortiter illum conjuravimus, ut civitates illas, id est Immulas, Bononiam, Ausimum, & Anconam, quas nobis præsentaliter, simul per vestros missos, id est, Folradum Deo amabilem Abbatem, & presbyterum, atq́ Rodbertum excellentissimæ Christianitati tuæ, & per te etiam beato Petro Apostolorum principi, pollicitus est redditurum, restituere deberet. Quod minimè adquiescere inclinatus est, sed simulans, ut certè Strofarius varias occasiones adhibuit, inquiens, ut si suos, quos illic Francia habere videtur obsides, reciperet, tunc in pacis concordia nobiscum conversaretur. Unde petimus te, excellentissime fili, & spiritalis compater, & obnixè deprecamur à Deo inspiratam eximietatem tuam, ut jubeas perfectam liberationem sanctæ Dei Ecclesiæ, & ejus peculiaris populi exercere, & ita id, quod magnâ animæ tuæ mercede beato Petro pollicitus es, firmiter permanere, ipsumque*

Chesn. t. 3, fol. 728.

Desiderium Langobardorum Regem fortiter constringere digneris, ut prælatam à Deo promissionem beato Petro protectori vestro restituere debeat, atque in omnibus adimplere, tuique studii sit, bene, potentissime Rex, sicut cœpisti, perfectiùs hanc sanctam Dei Ecclesiam, & ejus peculiarem populum de hostium incursione eruere, ut, annuente Deo, certamen benigna operationis tuæ uberrimè fœcundetur: quatenus in die adventûs Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi luceas, sicut radiantissimus Sol, inter universos Reges & Potentes, atque merearis ipsam sanctam Dei Ecclesiam, & ejus populum, tuo adminiculo ereptum, divinæ majestati, absque ulla læsionis sævitia, offerre, & tunc centuplum remunerationis ab eadem Domino Deo nostro, justo judice, percipere, & vitam æternam possidere merearis. In fine: *Oramus autem omnipotentem Deum, ut pio intuitu de throno majestatis suæ super vos, vestrúmque Regnum, respiciat, & sua dextera Excellentiam vestram circumtegat, atq; in omnibus muniat, & præsentis vitæ cursum salubriter exsequi, & Regni potentiam gubernare permittat, per plures annorum metas, unà cum excellentissima & à Deo servata filia, & spiritali nostra commatre, atque amantissimis vestris, meisque filiis, & gaudeatis de eorum florigero germine, & permittat omnipotens Deus, ut semen vestrum splendididissimum usque in finem mundi Regni fruatur culmine* &c. *Domino Carolo & Carlomanno pro magna Apostolica benedictione annulos singulos habentes Hyacinthos, &c.* Locrius ex Iperio: *Anno 766, Dadbertus septimus Bertinensium Abbas fato corripitur: eique surrogatur Hardradus, vir insignis, in excolendâ monasterii dignitate; cui regendo annorum novem operam insumpsit. Is villas de Lovinghem ab quodam Walberto, & de Fressinghem à Sigebertâ nobili*

Chesne tom. 3. Fol. 734. *matronâ, coëmptas, rebus monasterii adjecit.* Aliud est Pauli P. diploma: *DOMNO EXCELLENTISSIMO FILIO, ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORVM, ET PATRICIO ROMANORVM, PAVLVS PAPA. Explere* &c. In fine: *Deus autem omnipotens, qui in excelsis habitat, & humilia respicit, qui palmo universum mundum concludit, in cujus manu omnia Regnorum jura consistunt, sua vos protegat gratiâ, & è cœlo vobis tribuat victorias, subjiciens vestro regali culmini omnes adversantes Nationes, avisq; ac prosperis temporibus Regni gubernacula faciat possidere, cum excellentissima filia, & nostra spirituali commatre, benignissima Regina, dulcissima vestra conjuge, atque amantissimis natis Carolo, & Carlomanno, excellentissimis Regibus, & nobilissima, atq; excellentissima Gisila, nostra spirituali filia, & vitam æternam per infinita vobis tribuat secula possidendam. Incolumem Excel-*

Fol. 757. *lentiam vestram gratia superna custodiat.* Item aliud ibidem: *DOMNIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS CAROLO, ET CAROLOMANNO, REGIBVS FRANCORVM, ET PATRICIIS ROMANORVM, PAVLVS PAPA. Quanto* &c. *Reversus ad nos Petrus primus Defensorum, Missus noster, detulit nobis quas direxistis litteras, quibus relectis, magnâ cor nostrum repletum est lætitiâ. Per has quippe innotuistis, excellentissimi, atq; præcellentissimi filii, vos semper in amore beati Petri, & spiritualis matris vestræ, sanctæ Dei Ecclesiæ, atq; nostro esse permansuros, & viri-*

liter

liter decertaturos pro ipsius sanctæ Dei Ecclesiæ, atque Fidei orthodoxæ defensione. Et quidem nobis, boni præcellentissimi Reges, de vestra firma hujuscemodi constantia omnino confidendum est, magnam, post Deum, in vobis habentes spem. Sed omnipotens Dominus, qui dives est, in misericordiis, ad perfectam vos perducat ætatem, tribuens vobis longæva, ac felicia tempora, corroboretque in vobis fortitudinem brachii sui, atque victores vos super omnes barbaras efficiat nationes, dilatans Regni vestri terminos, atque de vestro præclaro semine, super regale solium, potentiæ vestræ, usque in finem sæculi sedere, permittat, pro æterna sanctæ suæ Ecclesiæ universali exaltatione, & Fidei orthodoxæ defensione. Sed peto, excellentissimi filii, ut imitatores vestri Christianissimi genitoris efficiamini, ejusque Deo placita sequentes vestigia, ut sicut ipse operibus, omnibus Gentibus demonstravit, ita quoque, & vos, bonum, quod cœpistis, opus perficere studeatis, & viriliter cum eo decertare: quatenus amplissima sanctæ Dei Ecclesiæ procuretur exaltatio, dum vestro auxilio, beatus Petrus receperit justitias suas, dignamque ex hoc coram Deo, & Angelis ejus, eodem Principe Apostolorum, beato Petro, interveniente, cælestium præmiorum recipiatis remunerationem, & vestri nominis memoria laudabilis maneat, in sæculum sæculi devulgata. Locrius fol. 95.. *Pipini temporibus florebat in hoc tractu beatus Venantius.* Molanus 10. Oct. *In Artesia, sancti Venantii, martyris verè nobilis. Qui temporibus Pipini Regis Francorum, cùm esset vir militaris, secedens ab armis, ex regione Haynoensium, venit in locum qui Vastus saltus appellatur, qui est apud Ariacum castrum, & flumen Lysiam: ubi jejuniis, precibus, & vigiliis vacans, in nemore, est à quodam nequam, qui pecunias sperabat, decollatus, & in Lisiam projectus.* &c. Item: *Corpus sanctum intra oratorium in sarcophago lapideo est positum, & in hunc usque diem honorificè quiescit, in oppidulo, quod de ejus nomine, sancti Venantii dicitur, & festum habet decimo die Octobris, solenne etiam in vicina Ariensi Ecclesia.* In quem Molani locum, ita Locrius in suo Chronico: *Cæterùm quod Beati Venantii corpus quiescere dicit Molanus in oppidulo cognomine, licet hactenus piè creditum sit: tamen eo ipso anno, quo hæc scribimus, nempè 1608. ejus inventio in ipso S. Itisbergæ templo, & pago, qui abs Ariensi urbe passibus circiter quingentis abjunctus est, cum ingenti omnium stupore contigit, atque de illa Reverendissimus D. Iacobus Blasæus Audom. Episcopus, diligenter ut par erat, inquisivit.* Apud Meyerum sic legitur hoc annno DCCLXVI. *Obiit (ut scriptum est, à Ioanne Placentio) Fulcarius Episcopus Leodiensis, Comitis Lovaniensis ex filia Custodis Flandriæ filius, qui primi fuerat Collegii Antistes, sepultus in templo D. Lamberti.* At nullus tum Comes Lovaniensis, nullus Flandriæ Custos, neque Flandriæ nomen tum in usu, sed *Flandra*, & plurali *Flandræ*, eratque *Comes* etiam *Flandrensis*, sive *Gravio*, qui Flandras gubernabat, ut alibi ostensum, & posteà patebit, V. anno 761.

Anno Christi 767. Pipini Regis Francorum XVI. Paulus Papa obiit 4. Cal. Iulii, vacat Sedes annum 1. mensem 1. dies 7. Constantinus Nepesinus N. Ducis Nepesini filius, laicus, vi à laicis, Pontifex fa-

ctus

ctus 4. Cal. Iulii postridie consecratus Diaconus, & Presbiter, 3. Non. Iulii Episcopus inauguratus, sedit ann. 1. mens. 1. dies 9. *Onuph.* Annales Fuldenses: *DCCLXVII. Lemovica Aquitaniæ Pipino pugnante capta est.* S. Gomarus Pipini militiam secutus est, per novem annos, ab anno videlicet 958 unde sic in vita ejus Theobaldus: *Annis verò novem exactis, cùm dimissus à militia rediret exercitus, sanctus quoque Gummarus remeavit ad sua. Et ecce apud rivulum, qui dicitur Diepennorch, quendam è servis suis videt trahentem plaustrum, eundemque dirè cæsum, toto rasum capite, & miserè lachrymantem. Ad quem cùm propiùs accessisset, motus pietate, Quis te, inquit, frater, in tantùm afflixit? Quis tibi caput rasit? Quænam est lachrymarum, & tanti causa mæroris? Sed cùm ille nihil responderet, dominæ suæ crudelitatem reformidans, multis minis, ab eo tandem extorsit, ut rei veritatem explicaret. Tum ille vir pius, audiens tantam uxoris suæ sævitiam, ab imo pectore suspirans, jussit illum secum reverti: Nolentem reverti præ timore, vi coëgit, dixitque ad omnes, qui illic aderant: Ingressus domum, jubebo mihi potum adferri, quòd si illa potum vituperaverit, nos contra eum laudemus, ut pudore afficiatur. Inde domum intranti occurrit tota familia, ejulant, & clamitant omnes, se graviter cæsos, injustè spoliatos, modis omnibus miserabiliter vexatos. Ille hoc videns, animo conturbatus est, & versus ad uxorem: Conturbet te Deus, inquit, sicut alios perturbasti. Oportebat certe bonum operari ad omnes, maximè ad domesticos fidei. Sive enim servus, sive liber, omnes in Christo unum sumus. Parce ergo servis tuis, pone modum sævitiæ tuæ. Eâdemque horâ jussit pecus omne è pastu reduci, & singulis, quod suum erat, restitui. Deinde cùm sedisset, quasi sitibundus, potum afferri præcipit. Et cùm cervisia allata, ab omnibus, ex ordine biberetur, fœmina illa, more suo, nequiter illam vituperabat. Sed S. Gummarus, & omnes, qui cum illo venerant, egregiè eam efferebant, atque ita mulierem pudore affectam tacere compulerunt. Post hæc convivium lautum, & copiosum, apparari jussit, tam servos, quàm liberos ad illud invitans: & cùm omnium animos paternâ consolatione recreasset, exhilaratos à se dimisit in domos suas. Atque hoc immunitatis exemplum, ille sanctus vir, posteris suis reliquit.* Et mox: *Hactenus, inquit, militavimus Regi terreno: deinceps militandum est Regi Regum Christo. Parùm est, pro labore, præsentis militiæ, capere præmia peritura: optimum verò, sanctitate vitæ dona promereri sempiterna. Despiciendus est mundus iste, qui tamen alioqui fugit è nobis, & omnis gloria ejus instar fœni marcescit. In castra ergo summi Imperatoris, devotus miles venio: hunc sequor, hunc diligo, hunc constanti perseverantiâ per fidem observo. Itaque commendans se Deo, cum nonnullis è vicinis suis, Romam profectus est.*

Hanc Historiam Auctor morte præventus absolvere non potuit.

